THEODORVS THVMMIVS

PRAEDICANS LVTHERANVS

Ἀναλυτικῶς

E

LIBELLIS DVOBVS DE PAPA
ANTICHRISTO

ἐν τύπῳ deſcriptus

A

GASPARE LECHNERO
SOCIETATIS IESV, S. THEO-
LOGIÆ D. ET IN CATHOLICA ELECTO-
rali Vniuerſitate Ingolſtadienſi
Profeſſore Ordinario.

CIↃ IↃC XXVI

JNGOLSTADII,

Typis GREGORII HÆNLINI.

F.24

INDEX
PARTIUM.

1. Immodeſtia	Thummiana.
2. Logica	
3. Pſeudologia	
4. Antilogia	
5. Palinodia	
6. Effugia	
7. Furta	

PERILLVSTRI D. DOMINO IOANNI LVDOVICO AB VLM L. BARONI IN ERBACH, DOMINO IN MVRbach, Mittelbibrach & Hohenfreuburg, S.C.M. à Conſilijs ſecretioribus, S. R. Imperij Procancellario, &c. Domino meo obſeruandiſsimo.

1. MVLTÆ *ſunt cauſæ, Perilluſtris Domine, quæ me impulerunt, vt* Theodorum Thummiũ Tubingenſem Prædicantem coloribus ſuis à me depictum *in Bibliothecam tuam inferrem; & ab illuſtri nomine Tuo patrocinium libro meo quærerem; publicæ, priuatæ.*

2. *Publicæ ſunt, quod S.C.M. à Conſilÿs Secretioribus, quod S. R. Imperÿ*

Procancellarius, quod Boni communis ſtudioſus, Catholicæ Religionis acerrimus defenſor eſſes. Debuit ergo conatus meus Catholicã rem tuendi, & Auguſtiſſimum Imperij nomen contra calumniatorum ora defendendi, Tibi dicari; vt quod conatus ego fuiſſem, id Tu bonum auctoritate tua promoueres & abſolueres.

3. Theodorus quidam Thummius Prædicans Tubingenſis aliquot opuſculis ſparſis, non modo Religionis noſtræ Catholicæ doctrinam ab Apoſtolis continuâ ſerie ad nos vſque deductam oppugnare tentauit; ſed dictis inſuper indigniſſimis Pontificem Maximum, & ſacram Cæſaream Maieſtatem, & S.R. Imperij Principes figere, & apud ſuos in contemptum adducere impensè laborauit. Quales enim ſunt voces illæ, quibus in Romanum Pontificem miſer inuehitur, dum Lupum Sanguinariũ, Execrabile & Romanum Proſtibulum, Prædonem & raptorem peſſimum

Vide infra part. 1. cap. 1.

mum, Maximum, Satanæ primogenitum, legatum, Baſiliſcum Romanum, Malum Genium, Stercoreum Romanenſium Deum, Abominabili ſcabie & maleficâ lue venereâ infectum, Thaidem Romanam, Regni ſatanici Caput profaniſſimũ, Cardinalium Anatergiũ, Latronem & Prædonem Europęũ, violentumq́; inſidiatorem, deniq́; Antichriſtum *paſſim appellitat. poſſétne acerbius Dæmon ipſe conuiciari?*

2. *Nec Imperio Romano parcit. Quid enim eſt iſtud?* Spiritus ſanctus, *inquit*, mirandam Beſtiæ (*Romani Imperij*) & mulieris (*Eccleſiæ Romanæ*) inſtituit copulationem, mutuamq́; vnius in aliam quaſi metamorphoſin, vt vna ſit alia vel pars, vel de eſſentiâ alterius, imò vtraq; ſit vnũ, & vnus Antichriſtus. *De vtraq́ item ſic loquitur:* Beſtia *Romanum Imperiũ*, & mulier *Eccleſia Romana*, in colore coccineo, qui ceu Regius hypocri- Vide ibidem c.10.

 ticus

ticus & tyrannicus, VTRIVSQVE ſuperbum, improbum & cruentũ animum deſignat. *Igitur Romanum Imperium* ſuperbum, improbum, cruentum *verbo vno* Antichriſtus ipſe.

5. *Quid de Imperatore, & Principibus Catholicis imperij ſentiat, non obſcurè indicat, quando negat* Pontificem pro capite agnoſci à Pijs, ſed tantum ab Impijs. *Atqui Imperator & Catholici Principes, agnoſcunt Pontificem pro capite: vide quid hi ſint Thummio. Negat* Imperatorem Romanum poſſe iam vocari Romanum Imperatorem. *Quid? ex his quæ ſubnecto, quid ſequitur? Romanus Pontifex* Romanis perſuaſit, inquit, vt relicto Imperatore ORDINARIO atque LEGITIMO SVO MAGISTRATV Carolum (*Magnum*) pro Romano Cæſare ſuſciperent. *Nonne deducet quis*, Ergo iniuriâ Romanum Imperium deuolutum eſt ad Germa-

In Papa Antichriſto pag. 75.

Germanos: & quæ inde conſequũtur? *Quæ anno 1624. ſcripſit, quid aliud ſignificant, quam* FERDINANDVM II. *& Catholicos Principes vel ipſum eſſe Antichriſtum vel Antichriſti Satellites.* Concedimus, *inquit,* Antichriſtum bellum facere cum Sanctis, & magno exercitu caſtra Sanctorum circumdare, id quod miſeranda Germaniæ facies confirmat, loquitur perturbatus Imperij ſtatus, teſtantur Eccleſiæ in Bohemiâ, Morauiâ, Auſtriâ & alibi ab Antichriſto Romano preſſæ? *Cuius autem exercitus Bohemiam, Morauiam, Auſtriam ad officium reuocauit, ſeditioſoſq́ compeſcuit? Nonne Imperatorius & Imperatori fidelium Principum?* Ergo *Imperator, Principes fideles Antichriſtus ſunt. Iterum Catholicos Principes vocat* Tyrannos ad Reip. gubernacula & moderamen collocatos.

In magno Antichriſto pag. 15.

Tract. de Iuramẽtis. pag. 57.

6. Omitto plura alia, paci parum

 con-

conſentanea. Tametſi enim Cordatiores Lutherani moleſtè ferant, tot illos maledictis in Catholicos debachari, plebem tamen verba illa rapiunt, etiam in furias, in ſeditiones, in rebellionē. Quid enim faciat plebs vociferationibus horum perpetuò irritata, quam vt inſurgat in illos, quos vel Antichriſtum, vel ſatellites Antichriſtianos, adeoque mortalium flagitioſiſsimos, filios perditionis, Dei hoſtes iuratiſsimos, nimia credulitate perſuaſa credit? ſed nolo fuſius de hoc argumento diſſerere. Vident prudentes omnes, quid in illa licentiâ mali inſit, & dudum moderationem adhibendam eſſe cenſuerunt.

7. Priuatæ cauſæ, *virtutes tuæ ſunt: ſolers in conſulendo prudentia, in cauſis expediendis integritas incorrupta, in dicendo eloquentia admirabilis, in rebus gerendis experientia dexteritáſque ſumma, in reſpondendo rerum iudicatarum, ordinationum, decretorum cognitio & memoria fidiſsima, vt quem-*

quemadmodũ Pontifex S. Antonium Patauinum appellatum Malleum hæreticorum, *vocauit* Arcam teſtamenti, *quòd totam ſcripturam memoriâ complexus videretur, ita poſſes Tu quoque legum quædam* arca *ſeu* ſcrinium *vocari. Iam tua in Deum Pietas, in perſonas religioſas Reuerentia, in Doctos Amor, in Societatem noſtram Fauor, Beneuolentia, Fides, cui filios tuos maximæ ſpei adoleſcentes, & bono Patriæ natos, virtutum & officiorum tuorum hæredes, non modò publicè literis, ſed etiã priuatim moribus optimis imbuendos credidiſti, quam patrocinio fouiſti, re adiuuiſti, quantum momenti habent, vt tuo patrocinio liber hic cõmendaretur?*

8. *Poſſem horum omnium luculẽta proferre exempla, ſi panegyrin de te ſcribere inſtituiſſem meliori reſeruatã oratori. Nunc illud ago: & Tibi Patrono maximo opus hoc tenue offero. Cui enim potius, quam Dei, Patriæ, Religionis, literarum amatori? Accipe igitur*

munus exiguum, teſtem magni in te Societatis noſtræ affectus: quam vt porro tueri fouereq́; digneris, vt Catholicam religionem contra importunos inſectatores pergas defendere, etiam atque etiam rogo; meque tuis obſequijs conſtanter addico. Deus Perilluſtrem tuam Dominationem, Familiamq́; tuum lectiſsimam diu ſeruet Reip. Religioni, Societati. Ingolſtadij Calend. Maij cIↃ. IↃc. XXVI.

Perilluſtris Dominationis Veſtræ

Seruus in Chriſto

Gaſpar Lechnerus Societatis IESV.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

THEODORVS Thummius Tubingēſis Academiæ Profeſſor, ante ſexennium fermè diſputationem de Papa Antichriſto edidit; atque iterum alteram, de eodem argumento, quarum priore ſe iactat euiciſſe *Papam eſſe Antichriſtum illum magnum, à Propheta Daniele & Apoſtolo Paulo deſcriptū.* Poſteriori Illuſtriſsimi Cardinalis Bellarmini contrarias rationes *ponderoſis ſolutionibus* abrupiſſe ſibi videbatur. De priore ſcribit *in præfatione opuſculi de papa Antichriſto Magno* contra me editi, *Rem Deo dante non malè cecidiſſe.* Exſpectabam prouincias aliquot, aut certè oppidula quædam Lutherani Euangelij lucem Thummio daducho adſpexiſſe; Catholicos quam plurimos in Tubingenſem ſynagogam papatu deſerto conuolaſſe. Et ecce lepidum fructum Thummianæ ſcriptionis. *aliquot enim millia exemplarium diuendita ſunt.* papæ! quantum inde numorum acceſsit Thumio?

Res

Res Deo dante nõ malè cecidit. quantũ nunc Mercatores abundant chartis, vt piper amiciant? ſed eo opuſculo præterito, quod frequenter vndequaque comparare mihi ſtudebam, poſteriorem de Antichriſto diſputationẽ reperi. Eam gemina diſputatione refutaui tam certis argumentis, tot fraudes, mendacia, errores detexi, vt me Thummij ſeriò puderet, tantum doctorem inanijs nugiſq; chartas implere, & populo vendere: nec videbam, quid porrò poſſet hiſcere, niſi lectorũ ſe ludibrio, nomenq; infamiæ vellet exponere.

Sed non ille animum poſuit, & tametſi nil haberet, quod diceret, plurima tamen contra dixit, ne ſilentio victoriam prodidiſſe videretur. ſcripſit igitur diſputationes alias duas, quarum vnam *de papa Antichriſto magno*, alteram *Apocalypticum Characterem Antichriſti* nominauit, ſchediaſmata prioribus tam ſimilia vt Thummij partum eſſe non poſſes ambigere. Regeſsit quæ prius dixerat, conuitijs & erroribus prioribus nouos adiecit, & vt ipſe loquitur, *diſputationem locupletauit, & ſolutionibus*

pondero-

ponderoſis maiorem reddidit, verbo vno, miſellum & abominandum fœtum edidit: vt adeò dubitarē, vellemne aliquid reponere, & bonum tempus malo homine refellēdo perdere: quod *infinitum* & *ærumnoſum* & *infructuoſum* cenſet ſanctus Auguſtinus. Sed ne ſilentium meum pro timore interpretaretur, viſum eſt reſpondere: ea tamen ratione, vt vno opuſculo gladiatorem illum glorioſum penitus proſternerē. Quod cùm me aſſecuturum aduerterem, ſi penitiſsime Lectori genium viri ſpectandum proponerem; vt olim Hercules Cacum fumo, flamma, furtis pugnantem è cauerna ſua abſtractum eliſiſumque cœlo oſtendit; ſic ego Thūmium verborum inuolucris & cæcis ambagibus errores occultantem ſuos, fumoſque pro vero vendentem, conuitijs & maledictis pugnantem in lucem protraxi, è libellis ipſius, quis quantuſque foret mundo oſtenſum patefacere volui. l.2. de ciu.c.1.

Atque hæc cauſa eſt cur opus hoc *Theodorum Thummium ἐν τύπῳ deſcriptum* inſcripſerim. Verain enim effigiem

Thum-

Thummij ſeu Prædicantis Lutherani exhibet, nebulam, fumoſque quibus ſe texerat diſijcit, & Thummium fuco peregriniſque exutum exuuijs in propria pelle ſpectandum proponit. Quiſquis legerit, dicet ſe Thum̃ium noſſe, magno ſuo bono, quia malum cum notum eſt iam minus eſt.

Diuiſi in partes ſeptem; quarum ſingulæ ſingulas virtutes Thummianas comprehendunt: quarum hic eſt ordo.

Pars prima hominis Immodeſtiam oſtendit, quâ in quoſuis bacchatur, cõuicijs omnes proſcindit, maledictis onerat, maximos minimos ſcurriliter inſectatur, parcit nemini, niſi qui de via cedit.

Altera ratiocinandi imperitiam & obliquam diſputandi artem exemplis comprobat.

Tertia craſſos Thummij errores, aperta mendacia luci exponit.

Quarta contradictiones tum illas quibus in ſeipſum pugnat, tum contra alios ſectæ ſuæ doctores bellum gerit, complexa eſt.

Quinta fumos vomentem Thummium, & effugia quærentem deprehendit.

Sexta

Sexta confitentem reum, erroreſque ſuos recantantem abſoluit. Septima alienorum ſcriniorum compilatorem & Caluiniſtarum deſcriptorem Thummium furti reum in ius vocat.

Hinc Lector beneuole, quiſquis es noſter alienuſúe, celebrem illum ſcriptorem Thummium, qui tot opuſculis bibliopolia ſingulis nundinis implet, poteris noſcere: lege; nihil in dicendo fingi poteſt tam immodeſtũ, nihil in diſputando tam inconcinnum, nihil in veritatis inquiſitione tã vanũ, mendax, ignarum; nihil in tuendis proprijs tam inconſtans, quin in Thummio quaſi ἐν τύπῳ reperias. ſcio quid ex his conſequatur, ſcio quid inclytæ Tubingenſium Academiæ in mentem venire debeat: ſed iſtud alteri loco reſeruo. Tu nunc Lector ad Thummium inſpiciendum mecum accede: reperies plura, quam promittam. Illud modò te rogatum volo, vt eodem animo legas, quo ſcripta ſunt: id eſt, ſolius amore veritatis. lege ſine præiudicio; inuenies Thummium veri oppugnatorem, me defenſorem eſſe. Vale Lector.

APPRO-

APPROBATIO FACVLTATIS THEOLOGICAE.

Quos Theodorus Thummius Prædicans Tubingenſis in duobus libellis *de Papa Antichriſto* congeſſit errores, eoſdem validis rationibus & firmiſſimis documentis confutauit, admodum R. P. Gaſpar Lechnerus. S.I. Theologus, Electoralis noſtræ Vniuerſitatis Profeſſor Ordinarius. cuius refutatio cum ſit ſolida, docta, clara, modeſta, fidei Catholicæ per omnia conformis, nec bonis aduerſetur moribus, eam prælo ac luce digniſſimam cenſeo.

IOANNES FORNERVS SS. Theolog: & Canonum D. Controuerſiarũ Fidei Profeſſor Ordinarius, & pro tempore Decanus.

Prima Pars.

IMMODESTIA THVMMIANA.

Capvt I.

CVR DE MODESTIA, ET ante omnia diſputetur.

1. ORdior à Modeſtia: ſic res meæ, ſic Thummij repoſcunt: meæ quidem, vt Lector intelligat, iuréne accuſer, quod immodeſtus ſim in Thummium, ſi quando acriore verbo tango hominem: Thummij verò, vt illum Lector nouerit. Nam cum modeſtia ſit quædam dictorum actionumque externarum moderatio, teſte Tullio, *a.* & S. Thom. *b.* Erit illa quidam animi Index, quod vel perturbatos, maleque compoſitos animi motus, vel tranquillam mentem poſſimus dignoſcere *c.* Nam ferè *quiſq;,*

Modeſtia dictorum index animi.

vt affectus eſt, ita loquitur: & quod quiſque ex animo tractat, id in ſermones infert; atque talis eſt oratio. qualem affectus format. Iracundus, ſuperbus, ſcurra, *ſuo genio* verba *ſimilia* profundit: *Ex abundantiâ cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala,* d. nempe olla percuſſa ſonat vel integritatem vel vitium ſuum. Hinc ſapienter monet Tullius: e. *Imprimiſque prouideat*, inquit, *ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe in moribus, quòd proximè tùm ſolet euenire, cùm ſtudioſè de abſentibus detrahẽdi cauſa aut per ridiculum, aut ſeuerè, maledicè, contumelioſeq́; dicitur.*

2. Vt igitur Thummium Lector in ſcriptis ſuis poſsit noſcere, debuit animi illius moderatio, tranquillitaſq́ue in publicum produci, ex quâ reliquum hominis ingenium proderetur, quoq́ue in Catholicos animo, quo ſcribat affectu noſci poſſet.

Thummius paſſiones animi turbulentas ſcriptis prodit.

Neque verò melius, certiuſq; videbatur Thummianorum affectuum compoſitio deſcribi poſſe, quàm ſi illius in Catholicis refutandis mode-

ſtiam

ſtiam verborum legendam omnibus proponerem; quod parte hac primâ facere inſtitui. Ex illâ Lector æquus facilè iudicabit, quid de Thummianis operibus ab animo turbulentiſsimo prognatis cenſere debeat.

3. Quod eò magis neceſſarium eſſe duxi, quia non tantum Lutheraniſmi ſectatores moleſtè ferunt, ſi quid putent acrius in ſuos Magiſtros dictũ fuiſſe, atque ob id totum ſæpè opus auerſantur, vnde veritatem haurire poterant: ſed Catholici quoque forſitan nonnulli maiorem modeſtiam in ſcriptoribus ſuis requirunt, nimiũque hos ſibi putant indulgere in Prædicantibus exagitandis, & verborum acrimoniâ refellendis. Mite quoddam, & ſuaue dicendi genus adhiberi volũt, quod ſine aculeo ſubintret Lectoris animum, peſtemque inde ſuauiter educat. Vnde & Ciceronis præceptum eſt. *f. Ratum eſt autem etiam in illis contentionibus,* inquit, *quæ cum inimiciſsimis fiant, etiamſi nobis indigna audiamus, tamen grauitatem retinere, iracundiam pellere. Quæ enim cum aliqua perturbatione* Modeſtia in ſcriptoribus amatur.

fiunt, ea nec conſtanter fieri poſſunt, nec ijs, qui adſunt probari.

4. Qua quidem in re & illos, & hos quàm æquiſsimos arbitros depoſco. Nam ſi Lutheranorum Doctoribus, licet quibuſuis dicterijs, nó modo noſtræ partis Doctores figere, ſed diuos ipſos, ſed religionis Catholicæ capita primaria, ſed Romani Imperij Proceres, turpiſsimis, inuidioſiſsimis, ſcurrilibus conuitijs maledicentiſsimè proſcindere; quo, quæſo, iure à nobis requirunt, vt ſuos palpemus, & quaſi re benè geſta, lepida capita demulceamus?

Ex æquo omnes.

5. Catholici verò id ſibi dictum putent: rectè ipſos monere, ſcriptorem modeſtiæ memorem eſſe debere, atque ad illud tantum attendere, vt proſit, non vt noceat, Sed illud quoque viri ſapientiſsimi nouerunt; non æquè omnia prodeſſe omnibus; diuerſos morbos medicamenta diuerſa requirere. Subinde vrendum ac ſecãdum, aliter nequeas ſanitatem procurare. *ὥπερ γὰρ ἰατρὸς ἂν συμφέρῃ, κρόκον, καὶ νάρδον ἐπέφαλε, καὶ νὴ δία πολλάκις ἔλυσε πρεσηνῶς,*

Diuerſi ægri diuerſas medicinas depoſcunt.

περσηνῶς, καὶ ἔθρεψε φιλανθρώπως· ἔςι δὲ ὅπου, ταῦτα, ἐάσας, καςόρειον ἐνέσεισεν ἢ πόλιον βαρύοσμον ὃ δὴ ῥίγιςον, ὄδωδεν, ἤ τινα ἐλλέβορον ἐκπιεῖν τρίψας ἠνάγκασεν, ὔτε ἐνταῦθα τὸ ἀηδὲς, ὔτε ἐκεῖ τὸ ἡδὺ ποιούμενος τέλος, ἀλλ' ἐφ' ἓν δι' ἀμφοτέρων ἐπὶ τὸ συμφέρον ἄγων τὸν θεραπευόμενον, ait Plutarchus. g. *Sicut enim Medicus vbi res poſcit crocum, nardumq́ adhibet, & aliquando leni lauacro, alimentóque grato vtitur: nonnunquam his omiſsis caſtorium inÿcit, aut polium tetrum latè, quod iactat odorem, aut veratrum tritum potui exhibet: quod neque hic moleſtiam, neque ibi voluptatem finis loco ſibi proponit, ſed vtrobíque vtilitatem eius reſpicit, quem curat.* Ita prorſus Eccleſiaſticus Doctor nūc blandiùs tractat ægrum, nunc acerbiùs vti res poſtulat.

6. Nec minus cauendum eſt nè nimiâ peccetur clementiâ, quàm aſperitate. Benè ſanctus Greg. Nazianzenus. *b.* ὁμοίως καὶ ἄχρηςα, καὶ νωθρότης ἄπρακτος καὶ θερμότης ἀπαίδευτος. ἡ μὲν οὐκ ἐγγίζουσα τῷ καλῷ, ἡ δὲ ὑπερπίπτουσα, καὶ τοῦ δεξιοῦ ποιουμένη τι δεξιώτερον. *Æquè enim inutiles ſunt, iners ac ſupina, ſegnities, & imperitus feruor: illa ad bonum minimè accedens,* Etiam mitis Medicus perimit.

 hic au-

hic autem vlterius cadens, ac dexto dexterius quid efficiens. Sed de tota hac ratione ſequentibus articulis Lectori ſatisfaciam, hîc tantùm cauſam dicere volui: & cur de modeſtia diſputem, & quare Thummiana conuitia in fronte operis collocare voluerim.

a. *l. 2. de inuent.* b. *2.2. q.143. & q.160.* c. *Cic. 1. de off.* d. *Matt. 12. v. 35.* e. *l. 1. de offic.* f. *ibidem.* g. *lib. quomodo poſſit adulator ab amico dignoſci.* h. *orat. 26. de moder. in diſput. ſeruanda.*

CAPVT II.

IN QVO MODESTIA SCRIPTORUM conſiſtat.

Quid ſit Modeſtia.

1. PRiuſquam Thummianæ modeſtiæ exempla in medium afferam, in quo modeſtiam poſitam eſſe, iudicetur, conſtituendum eſt.

Modeſtia *in modo ſita eſt* a. Modus autem quædam *regula & norma eſt, vltra quam procedere, aut citra quam ſubſiſtere, nefas eſt* b.

Vnde Modus ſumatur.

2. Quis verò modus in literarijs con-

cõcertationibus tenendus ſit, ex re, de qua diſſeritur; & ex perſonis, quæ cõgrediuntur, aut de quibus ſermo eſt, æſtimare poterimus. Nam de lanâ caprina altercari, totiſque viribus, velle contendere, quis Hecubæ auus fuerit, ridiculum, ocioſique hominis eſt. Sacra verò, & quæ ad religionem pertinent ſegniter aſſerere tuerique negligentis, parumque probi Chriſtiani eſſe arbitror.

3. Modus igitur erit, ſi verbis talibus vtamur, quæ ad Veri inquiſitionem, quod quæritur, profutura ſunt, apertis, claris, ſerijs, non præter rem fluentibus, non ſcurrilibus: procul ſint inuolucra fraudum, ſcommata in naturam non iaciantur, nec quem vero vincere nequimus, vanis ſalibus perfricemus, vt taceat. Sunt etiam illa, de quibus diſceptatur, nonnulla in opinione poſita, alia certa: quædam ſunt, quæ nemo neſcire, nemò inficiari poteſt, niſi qui in luce meridianâ ſolem lucere neſciat; alia tametſi vera certaque ſint, tutò, & ſine crimine neſciuntur ab illis, qui ſe diſcipulos, non doctores profitentur. 4. Iam

Quomodo modus è controuerſijs deſumatur.

4. Iam in illis, quę in arbitrio opinantium poſita ſunt, velle pertendere, propriamque mordicus opinionem ꝓpugnare, alienam damnare, ridere, explodere, nimium ſibi ſapiētis eſt, & vt verum dicam, ſanè quam imperiti. Nam, vt ille ait *a. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius, qui, niſi, quod ipſe facit, nihil rectum putat,* ita neminem imperitiorem iudico, quàm qui nihil verum putat, niſi quod ipſę ſentit. At in illis, quæ indubitata ſunt, paſsimq; nota velle ſaperę aliter, quam omnes ſapiant, extremæ dementiæ proprium eſt: quem proinde poſsis inuiolatā modeſtiâ vehementius exagitare, grauiterque obiurgare. Neque queri poteſt Doctor, ſi cenſurâ perſtringatur acriore, qui neſcit, quæ docere alios inſtituit: diſcipuli ignorantiâ veniam meretur.

Etiam ſapiētiæ ſua eſt mediocritas.

5. Quod ſi ex perſonarum inter ſe diſceptantium, aut illarum, quarum mentio, incidit, menſura debita dictorum capienda ſit, illud ante omnia ſtatuendum eſt, diuerſa hominum eſſe genera, officia, & in ſcribendo, de quo

Quomodo è Perſonis modi ratio deſumenda ſit.

quo nunc agitur varia ſiue vitia, ſiue virtutes. Nam illorum, qui verum oppugnant, alij ſolâ peccant ignorantiâ: alij malitiosè videntes prudentes veritatem opprimere laborant: alij arrogantia tumentes quemuis præ ſe ſpernunt, & eruditionis nomen aliorum contemptu ſibi vindicant: alij ſimpliciter, quod ſentiunt, exponunt. Quidam ſuo ductu propriâque animi inductione errant, alij aliorum perſuaſione: qui cum rebus alijs diſtineantur, credunt, quod ab illis accipiunt, quorum ea propria eſt profeſsio. Nonnulli ad pugnam laceſſunt, alij prouocati pugnant: quidam iam obduruerunt in prauis ſenſibus: quidam flexiles adhuc in rectum erigi poſſunt: alij veritatem ſeriò diſputando inquirunt, reliqui in falſitate pertinaciam retinere volunt. Iam perſonæ, quarum inter diſputandum mentio incidit, quædam in dignitate ſunt conſtitutæ, & Magiſtratum gerunt, aliæ vulgares ſunt.

6. In his omnibus eundem tractādi modum requirere nihil eſt aliud,

quàm ijſdem honorum titulis omnes compellare. Aliter decepti, ſimplices, laceſsiti, dubij, modeſti tractandi: aliter feroces, tumidi, ſcioli, deceptores, præfracti, pertinaces feriendi ſunt. Modus igitur non vniformis eſt, & modeſtè dicitur in hypocritã, quod immodeſtum foret, ſi contra deceptum diceretur.

Non idem Pileus omni capiti.

7. Illud quoque obſeruandum eſt, inter obiurgationem atq; contumeliam, ſeu conuitia diſcrimen eſſe. Obiurgare licet, contumeliam dicere, ſeu conuitia nemini licet. Eſt enim contumelia, ſeu conuitium verborum quædam, iniuria, teſte Vlpiano, *d.* & Seneca *e.* cum videlicet contemnendi animo aliquid dicitur, vnde honor alterius im̃inuatur, vt S. Thom. & Theologi *f.* definiunt. Hinc contumeliam à contemnendo dictam volunt, teſte Iureconſulto *g.* conuitiũ verò tametſi ſubinde ſignificat *maledictum cum vociferatione* in alterum dictũ, vt Iureconſultus *h.* notat: tamen ſæpè idem eſt, quod *dictum* quoduis *contumelioſum.* Quod vt tale ſit certæ conditiones requiruntur.

Inter obiurgationem & contumeliã quid interſit.

8. De-

8. Debet igitur I. dictum talis eſſe notæ, vt idoneum ſit honorem minuere; qualia ſunt omnia, quæ excellentiam quandam *honoris fundamentum* abeſſe ſignificant ab eo, in quem iactantur; vt ſi *furem, mendacem; indoctum*, aut quocunque nomine vitij quem afficias, *i.* ſemper enim præſtantiâ aliquâ virtutis, vel ornamenti alterius carere notatur ille, qui carpitur.

Conuitium minuit honorem alterius.

9. Debet II. dictum illud ſpargi *contemnendi animo.* Nam ſi *iuſtæ reprehenſionis* cauſa dicatur, contumelia nō erit. Monent tamen DD. *k.* obiurgationes, quoad poteſt, carere debere verbis acerbioribus, & dictis contumelioſis. Vnde Cicero *l. Omnis*, inquit, *animaduerſio & caſtigatio, contumelia vacare debet.* quo nomine non acria verba, & obiurgatoria prohibet: Nam infra: *Obiurgationes etiam nonnunquam*, inquit, *incidunt neceſſariæ, in quibus vtendum eſt fortaſſe & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore.* Sed contumeliam *ex animo lædendi* natam, aut quæ modum non ſeruet, excludit. ait enim. *Id agendum etiam eſt vt ne facere videa-*

Conuitium reprehendēdi animo dictum, eſt obiurgatio, non contumelia.

Obiurgationum modeſtia.

videamur irati. Sed vt ad vrendum, & ad ſecandum, ſic ad hoc genus caſtigandi rarò, inuitiq́ veniemus: nec vnquam niſi neceſſariò, ſi nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul abſit, cum qua nihil rectè fieri, nihil conſideratè poteſt, Magna *autem parte clementi caſtigatione licet vti, grauitate tamen adductâ, vt & ſeueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Atque etiam illud ipſum quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt, ipſius id cauſa, qui obiurgetur, eſſe ſuſceptũ.* Hæc Cicero. Plutarchus *m.* etiam veram obiurgationem conſtare acrioribus poſſe verbis docet Medici ſimilitudine, quã ſupra retuli & ſubiungit: ὅπου δ᾽ ἂν πάλιν ἐπιστροφῆς δεῖται, καὶ λόγῳ δήκτῃ καὶ παῤῥησίᾳ κηδεμονικῇ καθαπτόμενος. *Rurſum vbi correctione opus mordacem ſermonem, libertatémque correctore dignam vſurpat.* Quo opuſculo de toto reprehendendi genere per quam vtilia diſputat, quæ nunc non eſt neceſſe tranſcribere. Hæc ob eam cauſam attuli, vt clarius innoteſceret *calumniam obiurgationémque* inter ſe non parum differre.

10. Debet tertiò *cum iniuriâ* dictum contu-

contumelioſum effundi, vt veræ calumniæ rationem habeat. *n.* Hinc I. ſi homini paſsim infami crimen obiectes, non calumniaris: quia honorem, quem dudum ille perdidit, dicendo non adimis. II. Si ad teipſum tuendum, probrum alterius aperias cum aliter non poſsis, non cenſeris calumniam intendere; ſed *vim vi* repellere. III. Si aliorum bono, ne in fraudem illiciantur, aut damnum patiantur, latentem hypocritam detegas, perſonamque detrahas: *Vim enim vi defendere, omnes leges, omniáque iura permittunt*, ait Paulus. *o.* Quod & circa noſtram perſonam, & alienam Doctores permittunt, atque ad honoris, & non vitæ modò, conſeruationem extendunt. Vide Sotum. *p.*

Conuitium infami dictũ

Aut honori vel ſaluti tuis vel alienis neceſſarium:

Non eſt contumelia.

11. Denique ne quid omittatur eorum, quæ calumniæ propriam rationem poſsint oſtendere, videndum eſt, è quibuſnam fontibus conuitia, veræque calumniæ promanent. Quod ſacræ literæ breuiter, veriſsimeque indicant: Nam in Prouerbijs dicitur. *q.* *Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit contumelia*, r.

Origo contumeliarum.

Stulti

Stulti miſcentur contumelijs. Superbia igitur & ſtultitia radix eſt, vnde conuitia pullulant. *Nam ſuperbi ex qualibet deſpectus ſui ſuſpicione protinus ad indignationem proſiliunt, & ad contumelias excitantur,* ait ſanctus Gregorius. *ſ.* Quod ipſum notauit Seneca. *t. Magnam partem, inquit, contumeliarum ſuperbi, inſolenteſque faciunt & malè felicitatem ferentes.* Stulti verò, quia iracundiæ moderandæ rationes reperire, vel expendere nequeunt, ad ſe vindicandos contumeliarum armis, quæ in promptu habent, vtuntur. Nam proxima ferè & frequentiſsima cauſa cõuitiorum iaciendorum eſt ira, teſte ſancto Gregorio, *u.* & S. Thoma. *x.* Ad quam cum ſuperbi & ſtulti proniores ſint, mirum non eſt, in ſcommata, conuitiaq; contumelioſè proferenda procliuiores eſſe.

Superbia.

Stultitia.

Et ex his nata Ira.

a. *Cic. 1. de offic.* b. *Horat. Satyr. 1.* c. *Terent. in Adelph.* d. *l. 1. §. 1. ff. de iniurijs.* e. *de conſtant. Sapientis. c. 11.* f. *2. 2. q. 72.* g. *Vlpian. in d. l. 1.* h. *Vlpian. l. 15. §. 11. ff. de iniurijs.* i. *S. Thom. l. c.* k. *S. Tho. & interp. 2. 2. q. 72. a. 2. ad 2.*

l. *l. 1.*

l. *l. 1. de offic.* m. *in lib. Quomodo poſſit adulator ab amico internoſci.* n. *d. l. 1. ff. de iniuriis.* o. *l. 45. §. 4 ff. ad legē Aquiliam.* p. *l. 5. de Iure & iuſt. q. 7. a. 3.* q. *c. 10. v. 2.* r. *c. 20. v. 3.* ſ. *l. 14. moral. c. 2.* t. *de conſt. ſapientis c. 11.* v. *lib. 31. Moral. cap. 31.* x. *2. 2. q. 72. a. 4.*

CAPVT III.

QVÆ DICTA SVNT AVCTOritate ſacræ ſcripturæ & ſanctorum patrum confirmantur.

1. ATque ex his, quæ de modeſtia, modoque in refellendis alijs, ſeruanda diximus manifeſtum eſt, I. neque reprehenſione omni, verborumq; acerbitate penitus abſtinendum, neque ſemper ingerendam eſſe; ſed eos quibus cum agis ſpectari oportere, quales ſint, *modeſti, aut tumidi, curabiles, an depoſiti, innocenter errantes, an malitioſè* repugnantes, præfidentes, contumaces. Quibus proinde diuerſam medicinā adhi-

Summa quędam dictorū.

Alij mellè, alij hellebo-ro curandi.

adhibere neceſſe ſit. *Manſuetè* modeſti curabiles *patienter*, errantes *paterne* inſtruendi ſunt: reliqui paullò acrius tractandi: Nam manum indulgentem rident, manſuetudinem pro timore interpretantur; viciſſe ſe autumant, quando plagas non ſentiunt, II. Manifeſtum eſt non omne dictum, quod moleſtiam parit, contumeliam eſſe, ſi ad correctionem debitam proferatur. III. Certum eſt in his omnibus ſemper vtilitatem propoſitam ſcriptori eſſe debere, vt vel acriore verbo è veterno ſuo excitatus & correptus emendetur, vel alijs nocumentum afferre deſinat, ſi prodatur. Neque enim contumeliam irrogat, qui *lupum* inclamando ab ouilibus profligat: quãtum obeſſet, ſi veluti cani blandiretur? IV. Clarum eſt verba grauiora non vacare contumelia, ſi vel ſcurriliter vel præter rem dicantur, vel ſi id, quod dicitur, à veritate alienum ſit; vt ſi clames: *Alterum dixiſſe conuitium, calumnias congeßiſſe*, quando è reipſa oſtẽdit, qualis eſſes, *mendacem eſſe*, quando mendacium probare nequis, *ſi alie-*

Quædam clementia noxia eſt.

Quando conuitia in contumeliam vergant.

num

num aſinum, ſi luſcum, ſi loripedem appelles? quaſi cæci, claudique verum intueri, aut comprehendere non poſſint. Hæc enim omnia talia ſunt, vt non niſi contemnendi animo dici queant. V. Quando contraria ſententia apertè falſa, communiquetotius antiquitatis iudicio, conſenſuiq; repugnat, meritò magis, exagitatur, vt quæ ſuprà omnes ſapere videtur, ad extremum dementiæ gradum decidiſſe iure optimo iudicetur. Sed hæc nunc ſcripturæ auctoritate, ſanctorúmque patrum teſtimonijs confirmanda ſunt.

Non ſapit, qui ſibi ſupra omnes ſapit.

2. Ac primùm quidem correptione, ſeu reprehenſione vtendum eſſe apud omnes in confeſſo eſt, ex illo ſancti Pauli. *a. Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, ſed magis redarguite.* Et: *b. Corrigite inquietos, conſolamini puſillanimes.* Et: *c. Argue ſapientem, & diliget te.* Et: *d. Qui corrigit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis, quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.* Et ex illis, quæ de correctione Chriſtus Dominus apud S. Matth. *e.*

Acri correptione quandoque vtendum eſt.

B diſſe-

differit, quæq; Theologi cum S. Tho. *f.* docent, quæ cum certa notiſsimaque ſint pluribus confirmare ſuperſedeo. Legantur, ſanctus Auguſtinus *g.* & S. Chryſoſt. *h.*

Modus benignus commendatur.

Sed illud nunc videatur, quod duplicem arguendi modum eſſe diximus, benigniorem & auſteriorem. Mitem reprehenſionem laudat ſanctus Paulus: *i. Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Et: k. *Seruum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati.*

Item auſterus.

Auſterum verò idem commendat: *l. Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra; increpa in omni patientiâ: erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.* Et. m. *ſunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circumciſione ſunt, quos oportet redargui: qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratiâ. Dixit quidam ex illis proprius ipſorum*

ipſorum Propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt, quam ob cauſam INCREPA *illos* DVRE *vt ſani ſint in fide.*

3. Eandem duplicem rationem obiurgandi Sancti Patres tradiderũt. Ac primò quidem cum errantibus nonnullis leniter & beneuolè agendum præcipiũt S. Dionyſius Areop. *n.* Διδάσκεσθαι γὰρ, οὐ τιμωρεῖσθαι χρὴ τοὺς ἀγνοοῦντας, ὥσπερ καὶ τοὺς τυφλοὺς οὐ κολάζομεν, ἀλλὰ ϗ χειραγωγοῦμεν. *Doceri enim ij, qui ignorant, non ſupplicio affici debent: quemadmodum etiam cæcos non punimus, ſed manu ducimus.* S. Gregorius Nazian. *o.* Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκεῖνον διορθῶσαι, ϗ τοῦτο πράως ϗ φιλανθρώπως, μὴ ὡς ἐχθρὸς, μηδ' ὡς ἀπότομος ἰατρὸς, μὴ ὡς ἓν τοῦτο μόνον εἰδὼς τὴν καῦσιν, ϗ τὴν τομὴν· τὸ δὲ σεαυτοῦ κατάγνωθι, ϗ τῆς ἀσθενείας τῆς σῆς. *Hanc rationem tene, vt partim illum corrigas, idque leniter & humanè, non vt hoſtis, nec vt durus & rigidus medicus, nec vt ſectionibus tantum & cauteriis aduerſus morbum graſſari ſciens: partim te ipſum ac tuam infirmitatem agnoſcas.* S. Ambroſius. *p. Beneuolentia facit, vt amici vulnera vtilia magis, quam voluntaria ini-*

mici oſcula ſint. Et paulo poſt. *Simul ad-
uertimus etiam correptiones in amicitia gra-
tas eſſe, quæ* ACVLEOS *habent, dolorem non
habent. Compungimur enim cenſoriis ſermo-
nibus, ſed beneuolentiæ delectamur ſeduli-
tate.* Et. q. *plus profuit amica correptio,
quàm accuſatio turbulenta. Bonum quippe
eſt, vt amicum magis te, qui corripitur, cre-
dat, quàm inimicum.* S. Chryſoſtomus. r.
ταῦτα δὲ ἔλαβον τά ὅπλα οὐχ ἵνα βάλλω τοὺς
ἐναντίους, ἀλλ' ἵνα ἀναστήσω κειμένους, αὔτη γὰρ
τῶν ὅπλων τούτων ἡ δύναμις, τοὺς μὲν φιλονει-
κοῦντας πλήττειν οἶδε. τοὺς δὲ εὐγνωμόνας ἀκέον-
τας μετὰ πολλῆς θεραπέυειν τῆς ἐπιμελείας.
οὐχὶ δίδωσι τραύματα, ἀλλ' ἰᾶται τραύματα.
μὴ τοίνυν πρὸς ἐκείνους ἀγριαίνομεν, μηδὲ θυ-
μὸν προβαλλόμεθα, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἐπιεικείας
ἀυτοῖς διαλεγόμεθα. οὐδὲν γάρ ἐπιεικείας καὶ
πραότητος ἰσχυρότερον. *Suſcepi tamen hæc ar-
ma, non vt euerterem aduerſarios, ſed vt eri-
gerem iacentes. Hæc enim armorum meorum
vis eſt, vt homines contentionis amantes feri-
ant atque vulnerent: audientes piè, benigneq;
curent cum diligentia & tueantur. Non id
genus armorum inferre vulnera, ſed mederi
vulneribus conſueuit. Igitur non contra illos
excandeſcimus, neque irato animo agimus;*

ſed modeſtè, humanè, amiceq́ue diſputamus. NIHIL *enim* MANSVETVDINE *validius, nihil* MODESTIA *efficacius.* Hæc ille. Atque hoc ita volunt, quando vel rei grauitas, vel aliæ circumſtantiæ aliud non exigunt.

4. Quod ſi verò mitis correptio ſiue profectura non eſt, ſiue delinquentis crimen, vel indolem corruptam non pro meritis tractatura, tum enimuerò acerbitatem, vſtionem, ſectionem non modò permittunt, ſed imperant etiam. Sanctus Ambroſius poſtquam in offenſione propria amicam correptionem turbulentæ accuſationi præhabendam dixit *ſ. Pulchrè autem,* inquit, *poſuit,* ſi peccauerit in te. *Non enim æqua conditione* DEVM *hominemque peccare. Denique Apoſtolus, qui diuini verus eſt interpres oraculi.* Hæreticum *inquit*, poſt vnam correptionem deuita, *quia non eſt æquè perfidia, vt culpa veniabilis.* Sanctus Gregorius: *t. Iuſti cùm ſeuerè corrigunt*, inquit, *internæ dulcedinis gratiam non amittunt. Nam ſæpè pro inquietudine refrænandâ prauorum duritiam diſtricti rigoris aſſumunt, ſed intus charitatis*

igne liqueſiunt, atque eorum amore ardent, in quos aſpera correptione ſæuiunt. Sanctus Bernardus. *u. Quia vulnera illius,* inquit, *qui incidit in latrones, & iumento corporis pij Samaritani Eccleſiæ eſt deportatus in ſtabulum, non in ſolo oleo, ſed in vino ſimul & oleo ſanitatem recipiunt, neceſſarium habet ſpiritualis medicus etiam vinum feruidi zeli cum* oleo manſuetudinis: *Cui ſanè conuenit non modo* conſolari puſillamines, *ſed &* corripere inquietos. *Si enim viderit illum qui vulneratus eſt, id eſt, peccauit, blandis, aut lenibus hortamentis, quæ in eum prærogata ſunt, minimè emendari, magis autem fortè etiam abutentem ſuâ manſuetudine, & patientiâ negligentiorem fieri,* &c. *oportebit ſanè vti mordacioribus medicamentis, & vinum compunctionis infundere; duris videlicet cum eo increpationibus atque inuectionibus agere.* Ita de obiurgatione vehementiore Patres.

Quomodo ſenſim ad grauiora & acerbiora veniendum ſit.

5. Duo tamen obſeruanda monent in talibus obiurgationibus; Primum, vt *ſerius* ad eas veniamus, cum videlicet, moderatiores, vim habituræ non videntur. S. Ambroſius, *x. Cum dolore,* inquit, *amputatur etiam quæ putruit*

truit pars corporis, & diu tractatur, ſi poteſt ſanari medicamentis: ſi non poteſt, tunc à Medico bono abſcinditur. Sic Epiſcopi affectus boni eſt, vt optet ſanare infirmos, ſerpentia auſerre vlcera, adurere aliqua, non abſcindere: Poſtremò, quod ſanari non poteſt, cum dolore abſcindere. Idem monet S. Bernardus verbis paulò ante allatis. Atque ipſum hoc lex charitatis & iuſtitiæ dictat, quàm minimè moleſtum eſſe.

6. Alterum eſt, ne in his diſceptationibus litigia quærere, amare contentiones, velle priuatas quaſi iniurias vlciſci, & conuitia regerere conuitijs videamur. S. Ambroſ. 7. *Quando ergo aliquis,* inquit, *nobis conuitiatur, laceſſit, ad violentiam prouocat, ad iurgia vocat, tunc ſilentium exerceamus, tunc muti fieri non erubeſcamus: Peccator enim eſt, qui nos prouocat, qui iniuriam facit, & nos ſimiles ſui fieri deſiderat. Denique ſi taceas, ſi diſſimules, ſolet dicere.* Quid taces? loquere ſi audes: ſed non audis, mutus es, elinguem te feci, *ſi ergo taceas, plus rumpitur, victum ſe putat, irriſum, poſthabitum, atque illuſum. Si reſpondeas, ſuperiorem ſe factum arbitratur; quia parem inuenit, ſi enim*

Animus ſe vindicandi à ſcriptore alienus eſto.

Silentio vincitur conuiciator.

taceas, dicetur: Ille conuitiatus eſt huic, contempſit iſte, *ſi referas contumeliam, dicetur;* Ambo conuitiati ſunt, *vterque condemnatur, nemo abſoluitur.* Et infra; *Non conſideres, quid ab alijs in te referatur; locum tuum ſerua, ſimplicitatem, & puritatem tui pectoris cuſtodi. Noli reſpondere irato ad iracundiam eius.* Quo S. Doctor alludit ad id, quod in Prouerbijs ſcriptum eſt. *z. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.* Priuatis videlicet litigijs, & verborum mutua concertatione.

Veritas ſubinde alium agendi modum depoſcit.

7. Nam ſi alter inſoleſcat ſilentio, modeſtiaque tua, & victoriam ei, herbamque cedere videaris, atque adeò veritas, pro qua certatur, ne prodatur in periculo ſit, non prohiberis, quin paria dicta reponas, & *ſuâ clauâ* Herculeum Morionē, deijcias. Quod ipſum Sapiens monet: *aa. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi Sapiens eſſe videatur.* Videatur S. Cyprianus in *libro de ſingularitate clericorum.* Qua tota in re fructus aliquis ſiue Lectoris, ſiue illius, qui arguitur propoſitus eſſe debet. *Ego,* ait ſanctus Auguſtinus, *bb.*

quando

quando cuique vel dicendo vel ſcribendo re-ſpondeo etiam contumelioſis criminationibus laceſſitus, quantum mihi Dominus donat, frænatis, atque coërcitis, vanæ indignationis aculeis Auditori, Lectoriue conſulens, non ago, vt efficiar homini conuiciando ſuperior, ſed errorem conuincendo, ſalubrior. Sed nunc quæ dicta ſunt exemplis quoque comprobentur.

a. *Ad Epheſ.5.v.11.* b. *1.ad Theſſal. cap.5. v.14.* c. *Prouerb.c.9.v.8.* d. *Prouerb. 28.v.13.* e. *18.v.15.16.17.* f. 2.2.*q.33.* g. *Serm. 16. de verbis Domini.* h. *lib. 3. contra vitup. vitæ Monaſt. & homil. 60. in Matt.* i. *ad Galat. 6.v.1.* k. *2. ad Timoth. 2.v. 24.* l. *2. ad Timoth. 4. v. 2.* m. *Ad Tit. c.1.v.10.11.12.13.* n. *in Epiſt. ad Demophilum.* o. *Orat. 26.* p. *lib. 1. offic. c. 34.* q. *in S. Luc. lib. 8. c. 17.* r. *hom. 1. de incompreh: Dei natura.* ſ. *in S. Luc. loc. cit.* t. *l. 24. Moral. c. 24.* u. *Serm. 44. in Cant.* x. *l. 2. de offic. c. 27.* y. *l. 1. off. c. 5.* z. *c. 26. v. 4.* aa. *prouerb. 26. v. 1.* bb. *lib. 3. contra Petili. c. 50.*

CAPVT IV.

EXEMPLIS DICTA comprobantur.

Chriſti Domini manſuetudo.

I. QVanta manſuetudine tū diſcipulorum, tùm Iudæorum aliorum errores, factaq; Chriſtus tolerauerit, quàm moderatè correxerit, quàm beneuolè docuerit tota hiſtoria Euangelica paſſim teſtatur, vt non ſit neceſſe hùc exempla transſcribere. Verè ipſe de ſe dixit: *a. Mitis ſum & humilis corde.* Verè de illo Pater: *b. Ecce puer meus, quem elegi dilectus meus, in quo benè complacuit animæ meæ. Ponam Spiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in Plateis vocem eius. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eÿciat ad victoriam iudiciū: & in nomine eius gentes ſperabunt.* Verè de illo S. Petrus. *c. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur.* Vnde S. Auguſt. *d. Intelligamus, fratres, admirabilem manſuetudinem in Domino*

Domino fuiſſe. Et infra *e. Quis noſtrum patienter audiret, ſi alicui diceretur:* Dæmonium habes? *quod dictum eſt ei, qui non ſolum homines ſaluabat, ſed etiam dæmonibus imperabat. Hoc cùm dixiſſent Iudæi.* nonnè bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? &c. *Quamuis maledictum maledicto non reddiderit, quamuis conuitium conuitio non refutauerit, pertinuit tamen ad eum negare vnam rem, alteram non negare.* S Chryſoſtomus celebrat eandem Chriſti modeſtiam: Ἐκεῖνος τοὺς δαίμονας ἐκβάλλων καὶ μορία ἐργασάμενος ἀγαθὰ, ἐπειδὰν δαιμονῶντα αὐτὸν ἐκάλεσαν οὐκ ἀφῆκε σκηπτὸν οὐ συνέτριψε τοὺς λοιδοροῦντας οὐ κατέκαυσε τὴν γλῶτταν τὴν οὕτως ἀναίσχυντον, καὶ ἀγνώμονα, καὶ τὰ πάντα ταῦτα δυνάμενος, ἀλλ', ἀπεκρούσατο τὴν κατηγορίαν μόνον εἰπών: ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω. *Qui cum dæmonia eÿceret, & bona ageret innumerabilia, & cum male audiret, in homines, qui eum dixere dæmonium habere, non fulmen miſit, non dicta maledica proſtrauit, non linguas igne conuulſit imprudentes, ingratas, improbas, quanquam hæc facere omnia poterat: Sed verbis hiſce duntaxat maledicta illa conuertit:* Ego dæmonium non habeo.

habeo. Vide eundem Homilia 19. & 80. in Ioannem & 89 in Matth, S. Dionyſium Ariopag. in Epiſtola ad Demophilum.

Manſuetudo ſanctorum aliorum.

2. Quæ de Chriſto dicta ſunt, eorundem in Moyſe, in Dauide, in Prophetis, in Apoſtolis expreſſam imaginem inueniremus, ſi vel ratio inſtituti pateretur, vel neceſsitas exigeret. Sed quoniam de manſuetæ correctionis laudibus nemo ambigit, pluribus omiſsis ad durioris increpationis exempla tranſeamus.

Chriſti ſeueritas in arguendo.

3. Præeat Ioannes Baptiſta, & tumentes opinione ſuâ Phariſæos, ac Saducæos ſalutet: *g. Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?* Quibus verbis eoſdem Phariſæos poſtea Chriſtus quoque compellauit: *h. Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali?* Et paulò poſt: *i. Generatio mala, & adultera, ſignum quærit.* Et infra. *k. Cæci ſunt & duces cæcorũ.* Iam quoties eos Hypocritas appellat? *l.* Quoties Væ intonat? *m.* vocat, *n. Sepulchra dealbata, ſerpentes, genimina viperarum. o. Vos eſtis, qui iuſtificatis*

catis vos coram hominibus; Deus autem nouit corda veſtra: quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante DEVM. p. Quid acrius dici poterat? Herodem vocat *vulpem.* q. Iam quanta eſt illa obiurgationis vehementia? Cùm Legis Doctorem coram Auditoribus hypocriſeos arguit? r. *Audiente autem omni populo, dixit diſcipulis ſuis: Attendite à Scribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas Cathedras in Synagogis, & primos diſcubitus in conuiuijs, qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.* Nonne exclamabit hîc Thummius cum Nazarenis illis: ſ. *Quoniam in furorem verſus eſt.* Sic enim *Furere* eos clamat, t. ſi quo dicto acerbiore carpatur. Quòd eſt hoc tonitru? u. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri ſvultis facere.* Omitto Prouerbia, & parabolas, quibus Phariſæorum, Scribarumque improbitatem clariſsimè deſcripſit.

4. Nec diſcipulis admodum pepercit, quòd magiſterio ipſius vſi multa nec dum cœpiſſent. x. *Adhuc & vos ſine intelle-* Etiam in Diſcipulos.

intellectu eſtis? Adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? y. Vade poſt me Sathana, *ſcandalum mihi es: quoniam non ſapis, quæ* DEI *ſunt, ſed quæ ſunt hominum.* Quanta hæc increpatio hominis, non malitia aliqua, ſed pro amore deſiderantis, ne magiſtro malum aliquod eueniret; & eius hominis, quem paulò ante *Beatum* z. vocarat, quod ei Diuinitatem Filij, *caro & ſanguis non reuelaſſet, ſed Pater, qui in cœlis eſt.* Quid illa? *aa. O generatio incredula & peruerſa, quouſq; ero vobiſcum, quouſq; patiar vos!* bb. *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.* Neque verò à mortuis rediuiuus omiſit acrius reprehendere, ſi quis neceſſe haberet. *cc. Exprobrauit* enim *incredulitatem eorum; & duritiam cordis, quia ijs, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt.* Quid illud. *dd. O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ:* Atque ita manſuetiſsimus ille Agnus ſubinde Leonem induit, ſuoque rugitu vel ſemiuiuos catulos animauit, vel refractarios terrefecit, atq; ad terram afflixit.

4. Ma-

4. Magiſtri ſeueritatem æmulati; ſunt mitiſsimi Diſcipuli. Quid enim clementius Stephano ? ee. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Et tamen nonne illius ſunt verba iſta ? ff. *Dura ceruice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut patres, veſtri ? ita & vos. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri ? & occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu Iuſti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis: quia accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, & non cuſtodiſtis.* Hæc ille Spiritu Sancto plenus dicebat. Et tamen *audientes hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.* Sine dubio calumnias in ſe dici arbitrantes, ad eum modum, quo nunc hæretici dici in ſe putant.

Exulceratis omnis reprehenſio calũnia eſt.

5. S. Petrus & S. Paulus quàm non palpauit magos ? Ille quidem Simonem pecuniam offerentem pro ſacra poteſtate. Quanta indignatione repulit ? gg. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum* DEI *exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non eſt tibi pars, neque locus in iſto ſermone. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac*

Quales SS. Petrus & Paulus fuerint in peccatores.

In Simonem Magum.

hac nequitiâ tuâ & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe. S. Paulus verò Elymam magum obſiſtentem verbo Dei, quanta orationis ſeueritate perculit. *h h. O plene omni dolo & fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ non deſinis ſubuertere vias domini rectas?* Neque inter verba res ſtetit. *ii. Et nunc, ecce, manus domini ſuper te, & eris cæcus non videns ſolem vſq; ad tempus. Et confeſtim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat, qui ei manum daret.* Quid? Ananiam Principem Sacerdotum, quo cohoneſtat epitheto? *kk. percutiet te Deus paries dealbate. Et tu ſedens iudicas me ſecundum legem & contra legem iubes me percuti?* Quo tamen in conuitio notatu digniſsimum eſt, quod illud S. Paulus excuſat per ignorantiam iactum in Principem Sacerdotum; ſiue verè ignorauerit eſſe illũ principem; ſiue præſetulerit ignorantiam eius dignitatis, quæ reipſa penes Iudæos amplius non reſidebat, tametſi eſſe videretur, de quo Lorinus, Sancius, Salmeron in citatum locum

In Elymam Magum.

videri

videri poſſunt. Noluit tamen S. Paulus videri quaſi malediceret illi, quem pro ſummo Principe ſiue ipſe haberet, ſiue ab alijs certè haberi ſciret. Sciebat enim Magiſtratus publicos monendos potius officij, quam inſolenter increpandos eſſe, iuxta illud: *Principem populi tui non maledices*. ll. Quo in genere quàm procul à modeſtia S. Pauli Thummius diſcedat, infra monebo, dum nec ſummo Pontifici, nec alijs Chriſtianitatis parcit capitibus.

6. Eandem S. Pauli acrimoniam in ſcribendo patefaciunt eius Epiſtolæ. Vnde enim Corinthijs tanta triſtitia, *mm.* ſi blandè illorum vlcera tractauit? quæ ſunt hæ blanditiæ? *nn.* *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit error non obedire veritati?* Quæ illa Cretenſium commendatio? *oo.* *Mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Et paſsim alibi ſicut manſueti Doctoris erga morigeros diſcipulos partes inſigniter agit, ſic aduerſus diſcolos & contumaces ſeueritatem ſuam tuetur, atque exacuit. Omitto ſanctos Iacobum, *pp.* & Iudam, *qq.* vnus ſpiri-

tus & aculeum Apoſtolis & mel in-
fudit.

a. *Matth. 11. v. 29.* b. *Iſai. 42. v. 1. 2. 3. 4. & Matth. 12. v. 18. 19. 20. 21.* c. *1. Pet. 2. v. 23.* d. *tract. 33 in Ioan.* e. *tract. 43. in Ioan.* f. *hom. 1. de incompreh. natura Dei.* g. *Matth. 3. v. 7.* h. *Matth. 12. v. 34.* i. *ibidem. v. 39. & Luc. 11. v. 29.* k. *Matth. 15. v. 14.* l. *Matth. 23. & Luc. 11.* m. *ibidem.* n. *Matth. 23. v. 27.* o. *ibidem. v. 33.* p. *Luc. 16. v. 15.* q. *Luc. 13. v. 32.* r. *Luc. 20. v. 45. 46, 47.* ſ. *Marc. 3. v. 21.* t. *in Antich. poſt. p. 2.* u. *Ioan. 8, 44.* x. *Matth. 15. v. 16. Marc. 8. v 17. 18.* y. *Matth. 16. v. 23. Marc. 8. v. 33.* z. *Matth. 16. v. 17.* aa. *Matth. 17. v. 16. Marc. 9. v. 18.* bb. *Luc. 9. v. 55.* cc. *Marc. 16. v. 14.* dd. *Luc. 24. v. 25.* ee. *Act. Apoſt. 7. v. 59.* ff. *ibidem v. 51. 52. 53.* gg. *Act. 8. v. 20. 21. 22. 23.* hh. *Act. 13. v. 10.* ii. *ibidem. v. 11.* kk. *Act. 23. v. 3.* ll. *Exod. 22. v. 21.* mm. *2. Cor. 2. v. 4. & c. 7 v. 8.* nn. *Ad Galat. 3. v. 1.* oo. *Ad Titum 1. v. 12.* pp. *in epiſt. c. 4. & 5.* qq. *in epiſt. v. 11. & ſeqq.*

CAPVT V.

SANCTI AVGVSTINI EXEMplo res eadem illuſtratur.

1. HOs omnes ſecuti ſunt in ſcriptis ſuis SS. Patres. Quorum compluria poſſem exempla in medium afferre, ſed ſufficiet diuus Auguſtinus, qui vt librorum multitudine reliquos ſuperauit, ita præ ceteris modeſtiæ commendationem in reprehendendo cõſecutus eſt. Quâ tamen ſic excelluit, vt contra duriores Hæreticos non minus acriter & acerbè ſcripſerit, quâm doctè errores illorum refutauerit. *Vt quemq́; nactus eſt, ita benignè duriteruè tractauit.* Vincentium victorem iuuenem alienâ malitiâ prolapſum in errore bonæ alioqui indolis, præclariq; ingenij modeſtiſsimè tractat. *a. Quoniam nec corrigi poſſe deſpero,* inquit, *nolo mireris me contemnere non poſſe, quem diligo.* Et infrà. *b. Quæ ſi admonitus piâ humilitate & Catholicâ pace correxeris, errores fuiſſe iudicabantur ſtudioſiſsimi iuuenis emendare potius, quàm in eis remanere cupientis.* Vide

Exemplum lenitatis S. Auguſtini in morigeros,

de quâm humaniter iuuenis illius excuſet in ſcribendo intemperantiam. *c. Si quid inter diſputandum*, inquit, *quod in meam contumeliam redundaret, expreßit, non eum conuitiantis voluntate crediderim, ſed diuerſa ſentientis neceßitate feciſſe. Vbi enim mihi animus erga me hominis ignotus eſt, & incertus, melius arbitror meliora ſentire, quâm inexplorata culpare.* Infra: *Ac per hoc in eis, quæ non rectè ſapit, adhuc leniter corrigendus mihi videtur, non aſperè deteſtandus.* Vide, quæ ſequenti capite de eodem iuuene benignius loquitur Auguſtinus. Nec Auguſtinum ſua fefellit coniectura. Domuit Victorem modeſtiâ & ad veritatis viam reduxit, non increpando, ſed tranquillè admonendo. Sic in Retractationibus ſuis memorat. *d. Quem tamen iuuenem*, inquit, *non præproperè deteſtandum, ſed adhuc docendum, quanta potui, lenitate tractaui, & ab eo reſcripta correctionis eius accepi.*

Aliorum animus incognitus in meliorem partê interpretandus eſt.

2. Felicem Manichæum, quia reduci poſſe ad veritatem ſperauit, nulla verborum acerbitate perſtrinxit. Vnde eundem, neſcio quid metuentem

tem inter diſputandum iuſsit metu poſito animum ad veritatem intendere. e. *Cum videas*, inquit, *quantâ pace inter nos agamus, quanta tranquillitate diſputemus.* Et cùm abſurdum quid Felix in medium protuliſſet: f. *Hoc vides*, inquit, *quàm inconſideratè dixeris, vt mitiùs loquar, & non dicam, inſanè.* Fortunatum quoq; Manichæũ tametſi refractariũ, modeſtè tamen differentem, pari modeſtiâ proſecutus eſt Auguſtinus, vt patet ex libro quem contra eundem Fortunatum edidit, neque tamen is Fortunatus reduci ad Eccleſiam potuit. g.

3. Fauſtum enimuerò Manichæorum Epiſcopum *eloquio ſuauem, ingenio callidum, nefando errore peruerſum.* h. acriter exagitauit. Quia erat *magnus laqueus diaboli*, vt de eodem in confeſsionibus. i. ſuis refert, *& multi implicabantur per illecebram ſuauiloquentiæ. Fama enim de illo erat, quod eſſet honeſtarum omnium doctrinarum peritiſsimus, & apprimè diſciplinis liberalibus eruditus.* Videas contra eiuſmodi doctores, qui verborũ inuolucris ſimpliciores animos illa-

queant, vix poſſe teneri calamum, manumque, quin vehementius inſurgat. Sed iam S. Auguſtini manſuetam vehementiam videamus.

Hæc tu miſericorditer irride, inquit, *vt eis irridenda & fugienda commendes.* lib. 15. in Fauſt. c. 4.

Cur ergo contra malum fumum non potuit afferre fumum bonum. An in fumo veſtra mendacia tanquam fumus ipſe euaneſcunt atque deficiunt? l. 2. cont. Fauſt. c. 3.

Sacrilega deliramenta. c. 4.

Iſta impia vanitate ſeducti ſeducitis auditores veſtros, vt vobis cibos afferant, quo poſſit ligato in eis Chriſto ſubueniri per veſtros dentes & ventres. ibidem c. 5.

Cur non potius cogitatis, quanta impudentia prolixas illas & impias fabulas veſtras Euangelium nominetis? ibid. c. 6.

Fabulam nefandi ſui erroris inducunt. l. 5. cont. Fauſt. c. 4.

Veſtra, homicidia, *ſunt vera. cum tali dæmoniorum doctrinâ miſeras animas trucidatis.* ibid. c. 6.

Ineſt tamen ille hæreticus typhus intolerabiliſque ſuperbia. ibid. c. 7.

Vtinam tu non tantum cæcus, & ſurdus

fuiſſes

ſuiſſes ne tam vana & ſacrilega diſceres, ſed etiam mutus, ne talia doceres. lib. 7. cont. Fauſt. c. 2.

Manichæa Congregatio fallax, & fallacijs inuoluta. Itáne multinuba tot elementis, vel potius meretrix proſtituta dæmonijs & ſacrilegis vanitatibus imprægnata! Fallunt te mala dæmonia, quæ tecum ſcortantur, vt concipias mendacium, & parias phantaſmata. lib. 15. contra Fauſt. c. 5.

Væ tibi infelix, ecce quibus phantaſmatis conſtupraris, ecce quas vanitates pro veritate lambis, & ſerpentini poculi ebria de diptychio lapideo audes inſultare matronali verecundiæ coniugis vnici filij Dei. ibid. c. 6.

Aduerſus calumnioſam imperitiam Fauſti demonſtrare ſuffecerit, quanto errore deliret. lib. 19. cont. Fauſt. c. 16.

O imperita peſtis, & vanitas verſipellis! lib. 20. contra eundem. c. 5.

O ſacrilega ineptia! ibidem c. 6.

Quod ſi Fauſtus cogitaret, non tam diſertè deliraret. Ibid. c. 10.

Nugacibus, & petulantibus Fauſti conuitijs arguitur. lib. 22. cont. Fauſtū. c. 81.

Homo peſſime & fallaciſſime. lib. 26. c. 8.

Maligni malo ſtudio legitis, ſtulti non

intelligitũ, cæci non videtũ. lib. 33. cont. Fauſt. c. 7.

Qui illo tàm nefando, & execrabili errore tenemini. ibidem. c. 9.

4. Hæc è multis ſelegi cõtra Fauſtum dictis. Ipſam porrò Manichæorum ſectam frequentiſsimè per omnia ſua ſcripta grauiſsimis verbis perſequitur. Exemplo ſint, quæ contra Secundinum ſcribens tradidit. *Sacrilegam; & non ſolum falſiſſimam, ſed fallaciſſimam fabulam Perſicam, non de quolibet homine, ſed de ſummo Deo mendacijs contaminatiſſimis contextam atque confictam putes veritatem?* lib. contra ſecund. c. 2.

Incredibilia deliramenta. ibid. c. 14.

Scripturas nefandarum blaſphemiarum pleniſſimas. Ibid. c. 26.

5. Iulianus Capuanus, vel vt alij volunt, Atellanẽſis Epiſcopus, literarum ſecularium, faſtu tumidus: Pelagianam hæreſin inter primos complexus, multiſque libris contra ſanctum Auguſtinum ſcriptis eandem mendaciter tutatus eſt. Hunc quomodo idem Doctor Sanctus tractauerit, ſpectemus.

Con-

Contumelias tuas, & verba maledicta, Iuliane, quæ ardens iracundiâ libris quatuor anhelaſti ſi me contemnere dixero, mentiar. Lib.1.contra Iulian.c.1.

Tela ſacrilega iacularis. ibid.

Cum te viderem in libris tuis non Antelucano cõuitio temulentum, ſed inſano conuitio turbulentum, &c. *Tot venerandis* (SS. Patrum) *oribus proterua ora ſubmitte.*

Vitreas tuas argutias, & fragilia, quibus tibi multum videris acutus, & nitidus, argumenta confringam. Hæc ſunt ſententiarum portenta veſtrarum, hæc inopinata myſteria dogmatum nouorum, hæc paradoxa Pelagianorum hæreticorum, mirabiliora quàm Stoicorum Philoſophorum. Lib. 3. contra Iulianum. c.3. Thummi, an hæc tua imago eſt?

Vide quæ monſtroſa & furioſa dicas contra antiquiſsimam Catholicam fidem non habendo quid dicas. Lib. 3. contra Iulian. cap. 17.

Pugna tua (aduerſus concupiſcentiam) *malum fatetur, quod bonum lingua* (tua) *mentitur, augens mendacium alio mendacio.* Lib.4.cont.Iul.c.2.

O inimici gratiæ Chriſti, & ſolo vocabulo Chriſtiani vos. Ibid.c.3.

Vſqueadeo enim contra vetuſtam Pulchritudinem Saræ non inuenit, quid nouitia deformitas mentiatur,&c. ibidem.

Sed ab hoc digreſſu, quo te impetus non vt dicis doloris, ſed perditi pudoris abſtulit. Ibidem.

Quæ cum ita ſint tu potius, & ſi non cultor, quod me eſſe dicis, tamen diaboli adiutor eſſe conuinceris. Ibidem.c. 18.

Hæc de me prorſus mentiris. ibid. c. 36.

Quomodo igitur, obſecro, non aut iocaris in his diſputationibus, aut deliras. lib. 4. contra Iulian. c. 3.

Non te reſpicis, & de tuâ garrulâ loquacitate, quâ iniuriâ fabulatus es, erubeſcis? Ibidem.c. 7.

6. Donatiſtas Caluinianis noſtris ferocitate, & perfidiâ non diſsimiles grauiſsimis dictis inſectatus eſt Auguſtinus, & ex merito furias illas tractauit.

Quid hac ſtultitiâ, imò verò dementiâ reperitur inſanius? lib. 1. contra Parm. c. 2.

Illi filij mali, qui non odio iniquitatum alienarum, ſed ſtudio contentionum ſuarum infirmas plebes, iactantiâ ſui nominis irretitas, vel totas trahere, vel certè diuidere affectant:

ſtant: ſuperbiâ tumidi, peruicaciâ veſani, calumnijs inſidioſi, ſeditionibus turbulenti. lib. 3. cont. Parm. c. 1.

Inconcuſſum igitur firmumq́ teneamus, non hoc potuiſſe facere, niſi aut ſuperbiæ tumore furioſos, aut inuidentiæ liuore veſanos, aut ſeculari commoditate corruptos, carnali amore peruerſos. Ibidem. c. 5.

Vos ab innocentibus immani ſacrilegio ſeparaſtis. Si autem nec conati eſtis id agere, nimis execrabili & impiâ cæcitate vos à frumentis Chriſti, quæ per totum, agrum, id eſt per totum mundum, vſque ad finem creſcunt paucis in Africa Zizanijs offenſi concidiſtis. lib. 1. contra Petilianum. c. 22.

Vide quid interſit inter veſtras maledicas voces, & noſtras veridicas aſſertiones. lib. 2. c. 8.

Diaboli ergò filij ſunt, qui homines ab Eccleſia ſeducendo interficiunt; ibidē. c. 13. Ergo Thummius non eſt filius ſp:

Mitius ageretis traijciendo ferrum per viſcera prophetarum, quâm quod linguâ interficere conamini verba Prophetarum. Ibidem cap. 14. Hic eſt ſcripturas interpretandi modus apud hæreticos.

Tu es ille maledicus conuitiator, non veridicus diſputator. Libr. 2. contra Petil. cap. 32. Te Thummi, alloquitur.

Tibi hoc ſolenne.

Hæc verba iactare, & nihil probare quid eſt, niſi delirare? ibid. c. 39.

Cernis nempe ad illud vos eſſe ab orbis terrarum communione ſeparatos, vt non quidem ſitis omnes ebrioſi, nec omnes auari, nec omnes violenti, ſed omnes hæretici, ac per hoc omnes impij, & omnes ſacrilegi. Ibid.

Hæreſeon Doctores quales ſint.

Quod adhuc vobis iactant vana mendacia. Et paulò poſt: *Quid aliud omnes victi facere conſueuerunt, qui veritati conſentire nolunt, niſi vt de iudicis iniquitate mentiantur?* Cont: Donat. poſt collat. c. 1.

Qui ad conuitia & mendacia proni ſint.

Expergiſcimini aliquando, non vos tartareus obliget ſomnus, non in profundum ſacrilegi erroris, adhuc impia conſuetudo demergat. Ibid. c. 18.

O ferream frontem, ô furoris tenebras contra nos rabidè litigantes. &c. ibid. c. 19.

Tam fortis ex ore proſiluit timor, vt eius impetu de fronte fugerit pudor. Ibid. c. 26.

Quid adhuc attenditis ad eorum inſanas querelas & vana mendacia? ibid. c. 35.

Iam in proſecutionibus Epiſcoporum veſtrorum error eſt victus, aliquando in cordibus veſtris vincatur & diabolus. Ibidem.

7. Atque hæc ex innumeris, quæ per Polemica ſua S. Auguſtinus acriùs dicta

dicta inſeruit, pauca proferre volui, poteram ex S. Hieronymo ex S. Cypriano, ex Tertulliano multò vehementiùs exaggerata producere: Sed Auguſtinum ſolum delegi, quod omnium iudicio modeſtiſsimus ſcriptor habeatur, & pro exemplari reliquis ſcriptoribus ante oculos ſtatuatur. Hunc ſi quis imitandum ſibi proponat, *non ille maledicus, non conuiciator haberi poteſt.* Dicit, quæ Auguſtinus dixit. Neque enim hæretici noſtri temporis meliores ſunt ſuis maioribus: faciunt, quod Ariani, quod Manichæi, quod Donatiſtæ, quod Pelagiani, quod alij fecerunt: eadem illis frons, eadem lingua, idem animus; *mentiri, calumniari, ſcripturas euertere, reſiſtere veritati*, ſolenne omnibus. Quid mirum igitur ſi eodem modo tractētur, vt à Patribus habiti ſunt? Qui ſi modeſtiæ nomen idcircò apud prudentem neminem amiſerunt, Catholicis quoque ſcriptoribus eadem laus non adimetur, etſi quædam dicant, quæ pertinacia pectora grauiùs, acriuſque feriant, atque extimulent: modo

S. Auguſtinus norma pugnā tium contra hæreticos.

Hæretici Doctores omnes eiuſdem coloris & farinę.

Omnes proinde abſque iactura modeſtiæ meritò vehementius obiurgantur.

modo cauſa legitima, reſque verbis ſubſit, & non nuda tantum verborum ſint conuitia intra modeſtiæ fines adhuc conſiſtemus.

a. l. 3. de anima, & eius orig. c. 1. b. *c. 2.* c. *lib. 2. de anima, & eius orig. ad Renat. c. 2.* d. *in Retract. l. 2. c. 56.* e. *l. 1. de Actis cum Felice c. 12.* f. *ibid. c. 13.* g. *in Retract. c. 16.* h. *lib. 1. in Fauſtum. c. 1.* i. *lib. 5. confeſſ. c. 3.*

CAPVT VI.

AN LECHNERVS CONTRA Thummium immodeſtè ſcripſerit?

1. THummius primùm quidem *generatim* de omnibus Societatis noſtræ Scriptoribus queritur, quod modeſtiam in ſcribendo, modumq; excedant. Tum deinde me accuſat quoq; quod conuitijs, calumnijſque indulgeam. Deniquè ſuam modeſtiam deprædicat.

Judicium Thummij de modeſtia Patrum Societatis.

2. Generatim omnes noſtros Scriptores arguit: *a. Verùm quia hiſce artibus* (criminationibus, conuitijs, calumnijs,

.nijs,& ſimilibus technis) *cauſæ,* inquit, *non conſulitur, neque veritati ſuccurritur ſemel pro ſemper, exertè, ingenuè, & apertè publicitus proteſtor, me eiuſmodi criminationes, ac iniurias non aliter, quàm vel moloßi latratum, vel gallinæ glocitationem, & anſerum ſtrepitum æſtimaturum, neque vnquam in conuitiandi palæſtram cum quoquam ſuitarum deſcenſurum eſſe, ob hæc potißimum rationum momenta. 1.* quia *qui cum Ieſuitâ agit, veluti picem tractat quaquà verſat, commaculatur; ſecundum illud:*

Robur animi.

Propoſitum non conuitiandi.

Nihil ſine cauſa.

Hoc ſcio pro certò, quoties cum ſtercore certo,
Vinco, ſeu vincor SEMPER EGO maculor.

Quis enim aliquod crabronum examen impunè irritet? 2. Hac ratione & tempus, & chartæ rebus vtilioribus impendendæ fruſtra abſumuntur: quam iacturam multis reſarcire non licet. 3. Ieſuitæ hac arte omnibus ſuperiores ſunt, tùm quia toties agendo, & repetendo habitum ſibi contraxerunt, tùm quia felicem in hoc opere Magiſtrum nacti ſunt, à quo in hoc criminationum, & calumniarum ludo probè edocti, vt iam viribus ſuis confiſi & audaciâ armati; obuios quoſq; (pro- ut eſ-

Quia veritatem oppugnas.

Ita eſt: Neq; in hoc neq; in futuro ſeculo.

Non poteſt hoc dici, quia Ieſuitæ & Thummius in eodem ludo non conueniunt.

ut effrenis fert libido) inceſſant, exagitent, probriſque proſcindant. 4. Nomen ſuum ab intentatis iniurijs, ac criminibus vel ſemel liberare apud cordatos ſatis eſt, apud Ieſuitas, ſi centies purges nihil efficis; neque tamen id multum curandum, quia nihil in eorum vel laudibus, vel vituperijs ſitum eſt. Interim ſi ſemper per eandem conuitiorum lineam ſerras, hoc eſt, dentatas ſuas chartas reciprocent, pro cauſæ noſtræ triumpho coram toto mundo luculentum teſtimonium edunt, eo quod cauſâ neglectâ & non niſi obiter (ſed tamen & hoc frigidè) tactâ, perſonas (quibus cum nihil ipſis commercij) vellicant, vt ita aliquid (quod reuerá nihil eſt) dicant, ne tacere videantur.

Quod Thummius peccat, id nobis calumnioſè impingit.

Iudicium Thummij de meis ſcriptis.

ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

3. Me verò vt calumniatorem, conuitiatoremque proclamat. *b. Ad parcendum tempori,* inquit, *& chartis, ſcurrilia tua ſcommata & mendacia, non Theologis, ſed morionibus digna, non reaſſumo; rem cum re, argumenta cum argumentis conferro, reliqua per ſe ceu inania Ieſuitarum deblateramenta ruunt.* Et infra. *c. Reliqua quæ pro ſtultitia tua addis, meri ſarcaſmi ſunt, ad quos hoc vnicum repono, te calumniatorem quidem, aliorum verò expilatorem minimè eſſe.* Infra. *d. Quæ de velocitate*

Flante Thummio.

Dixerā Thummium multa furari ex alijs authoribus vt ſectione

motus

motus cœli adijcis, velox quidem es ad mentiendum, & Theologus extra ſcommata nullus. Alibi hæc habet. *e. In proœmio Apocalyplici ſui characteris furere incipit Lechnerus non ſcribere, atque in medio furoris ſui paroxyſmo, diaboli inſtinctu horum conuiciatorum proſeminatore, ita inſurgit:* Modum ſcribendi eundem retinui, quia Thummius ſuū non mutauit, ἀσκοπεῖν, ἑτεροζητεῖν, σκιαμαχεῖν, ſcripturas αὐτοδοξίᾳ καὶ αὐθαδείᾳ, explicare, ſibimet contradicere, hiſtoriam ignorare, ſcurriliter Pontificem totius Chriſtianitatis caput ſanctiſsimum (*ſcribere debuiſſes: regni Satanici caput profaniſſimum*) conuitiari, atque in eo Imperatorem, Reges, Electores, Principes, quaſi Antichriſtianos milites tacitè calumniari; fallere denique & falli, ſolenne illi eſt. *Egregia ſanè Emblemata, quæ ridiculus ſuis à Lechnerus ex diabolicâ calumniandi malitiâ, vermiculato ſuo operi armis miſerabiliter ſpoliatus aſſuit; ita vt ex hoc malo ouo malum Diaboli coruum facilè noſſe liceat.* In alio opere. *f.* Primò enim, inquit, *conuitiorum plauſtra conuehit; quibus & meam perſonam & per meum latus omnes Orthodo-*

vltima patebit. Hoc ille Sacramentum vocat.

Verba Lechneri contra Thummium.

Quàm modeſtè me laudat Thummius?

Noua Adami Coſta. *xos amarulenter petit, ac inſtar rabioſi cuiuſdam canis impudenter allatrat*. Ita Lechnerus *calumniator* paſsim in Thummij ſcriptis vocatur. Quem me eſſe fatebor, niſi clariſsimè docuero vera eſſe omnia, quæ contra Thummium ſcripſi.

4. Modeſtiam ſuam promittit. *g. Sed nolo tecum in conuitiandi palæſtram deſcendere, in quâ Victori maior, quâm victo pœna expectanda eſt. Verum,* PLACIDE, *tecum agam vt* MEO EXEMPLO *diſcas res Theologicas, & doctrinæ Capita moderato tractare filo. Sin verò in dentato, & aculeato tuo ſtilo perrexeris, ad ius talionis præſtandum, me quoque paratiſsimum habebis.* Alibi. *h. Rem cum re, argumenta cum argumentis cõfero.* In Fatuo igne: *proteſtor me nunquã in conuiciandi palæſtram cum quoquam Suitarum deſcenſurum; ſed ante pugnam initam, vltro ipſis palmam conceſſurum eſſe.* O virum modeſtiſsimum. Sed vereor vt perſtet, ſi ego non deſinam.

Thummius exemplum modeſtiæ.

Currit Muſculus, ohe cace.

5. Quomodo de noſtris alij contra Thummium dixerint, ſcripſerintuè, nolo in præſenti diſputare, id vnũ vereor, tantum virum pro meritis à nullo

nullo tractatum fuiſſe. De meâ Thũmijque modeſtiâ nunc dicendum eſt. Enimuerò nego me immodeſtè quicquam ſcripſiſſe: obiurgauiſſe Thummium non diffiteor. Peccauit is multa ſcribendo, debuit meritò ferulæ manum ſupponere. *Volens, ſciens falſa pro veris vendidit, optimum quemque maledicè calumniatus eſt, aliena ſcrinia expilauit, & maximam partem ſuorum librorum furtis impleuit, multa tumultariè ſcripſit, ſibimet inconſtans, & apertè contrarius, argumenta ſua malè texuit, aliena peius ſoluere tentauit.* Et putas lector, hæc me in Thummio laudare potuiſſe? non potui, niſi Thummius eſſe vellem. Hæc autem peccata omnia peccaſſe prædicantem toto hoc opere ad oculum oſtendam. Conſulat amabo, lector, ſcripta mea priora, videbit me nunquam verbo vllo obiurgatorio vſum fuiſſe, niſi grauius quid Thummius deliquiſſet, imò indulgentius plurimos errores diſsimulaſſe. Si vel vnicus locus afferri poſsit, quo iniuſtè reprehenſus videatur, non recuſo quin *maledicus conuitiator* appeller. ſponde idem, Thummi, ſi po-

Lechnerus non ſcripſit immodeſtè.

Ex his compoſitus eſt Thummius.

Vt clarè ſectiones ſequẽtes docebunt.

Videantur quæ infra ab articulo VIII. ad finem partis feruntur.

ſi potes: rectè abnuis, quia modo diceres aliquid, penſi nihil habuiſti, iure an iniuria mihi noſtriſque malediceres.

Ex meis Thūmijque ſcriptis, modeſtia vtriuſq; noſci debet.

6. Sed iam age, Thummi, conferamus ſymbolas; affer, quod contra nos effudiſti; mea itidem contra te dicta in medium producam, vt æquus Lector videat: 1. Veréne Thummio conuicia dixerim? 2. Veréne ille Modeſtiam ſuam dilaudet, vnde *exemplum* peti poſsit; *res Theologicas, & doctrinæ capita moderato tractandi ſilo.* Conſcripſi fide optimâ è quaternis meis diſputationibus, quicquid ſpeciem ſeueritatis, acrimoniæque habere videbatur. Eâdem fide nonnulla è Thummianis ſcriptis decerpſi, non quæ vmbram aliquam conuitij præſeferebant, ſed ea tantùm, quæ inſignioris notæ erant, conuitia, maledicta, ſcōmata, ſcurrilitates. Vtrumque lector conſidera, & de meâ, Thummijque Modeſtiâ iudicium ferto.

7. Prius tamen monere te aliqua volo, amice Lector, circa ea, quæ paulò ſupra ex Thummio allata ſunt. 1.

Quid-

Quidquid in meis diſputationibus fuit epiphonematum, quicquid ſalis, quicquid ad ornatum ſpectans, id omne Thummium in ſua ſcripta tranſtuliſſe, atque vſum pro ſuis. nulla ferè in Thummio pagina eſt, quæ meo dicto aliquo non ſit aſperſa, vel vt verius dicam, in quo dictum meum aliquod non ſit vſu Thummiano conſpurcatum, quicquid enim de ſuo Thummius loquitur, id hiſpidum, inelegans, hiulcum, affectatum eſt. Qua in re ad Lectoris iudicium prouoco.

Thummius è meis ſcriptis phraſes clepſit.

II. Thummium prædicare ſuam modeſtiam, eamque pro *exemplo* proponere. In quo miror hominis audaciã, vt mitius loquar, ne dicam impudentiam. Eodem loco, quo modeſtiã ſuam *pro exemplo* imitandam proponit, ſcribit: *me furere, non ſcribere, in medio furoris paroxyſmo diaboli inſtinctu horum conuitiatorum proſeminatore inſurgere, ridiculum Suitam cenelogum, veritatis armis miſerabiliter ſpoliatum, malum diaboli coruum, me diabolicam calumniandi malitiam, centonem conuitiorum, & cornu quaſi copiæ habere, ſummum Pontificem Regni Satanici caput*

Quam vanè Thummius ſe pro EXEMPLO modeſtiæ proponat.

profaniſsimum vocat. En verò modeſtiæ exemplum. Hæc nempe non ſunt cōuitia. Vel hinc diſce, Lector, Thummium ſcribere, quæ in buccam veniunt, de veritate minimè ſollicitum.

Thummius violat ſuum de modeſtia conceptum propoſitum.

III. Minitari eundem mihi ſi in dentato, & aculeato ſtilo pergam, ſe ad ius talionis, ſeu ad paria dicenda paratiſsimum. Superi? quid vltro ab hoc homine expectem? ſeruate me qui in vna pagellâ tot, tamque acerba, quaſi vno ſpiritu potuit conuitia anhelare, quid faciet, ſi reſpirauerit? Quantum oportet Oceanum conuiciorum in noſtri Thummij pectore inundare, qui longè alia, maiora, acriora ſe vomere velle minatur, quâm nuper guttatim tantum me adſperſerit. Cedite, Cedite, victi eſtis Momi omnes, Archilochi omnes, Theones omnes.

Contradictio Thummij.

IV. Quid ais, Thummi? eſne *paratiſſimus ad ius talionis præſtandum*, ſi pergam? Ergo ſi pergam acriter in te inuehi, tu mecum dictis certabis? Atqui paulò ante dixeras *te nolle deſcendere in Palæſtrā conuitiandi*; Et in igne fatuo: *Te vltrò palmam conceſſurum, te conſcientia tua con-*

tentum

tentum futurum. Ergo te *non habebo paratiſsimum,* ſi pergam, & *habebo paratiſsimum.* Vtrunque dicis, quomodo cohæreant, tu videris. Sed iam ad probationes vtriuſque partis propius accedamus.

a. *In præfatione ignis fatui editi Tubingæ Typis VVerlini pag. 129.* b. *In Papa Antich. Magno. pag. 4.* c. *Ibid. pag. 38.* d. *Ibid. pag. 49.* e. *In apocalypt. Charact. pag. 2.* f. *In procœmio Repetit. ſanæ doctrinæ de Maieſtate Chriſti. Tubingæ. typis VVerlini. 1624. pag. 2.* g. *in Antich. poſteriore pag. 2.* h. *in Ant. magno. p. 4.*

CAPVT VII.

QVÆ ACRIVS a ME IN Thummium dicta ſunt.

1. IN Vbiquitate Eutychi-Neſtoriana in titulo, vocaui hominem *Eutychineſtorianum*, quod ipſum probaui. Theſi. 80. 81. 82. 83. Ex diſp. quæ: Vbiquitas Eutychi Neſtoriana inſcribitur.

Tuetur in his (Thummius) *quæ nemo ſanus poteſt; docet, quæ nemo intelligit* pag. 1.

Quod falſum eſſe, & Thummius dicet? & inde veritatem ſui dicti, ſi ſobria illi ratio eſt, conijciet. pag. 31.

Thummi ſcripturicrepe. pag. 41.

Prius tuum dictum Thummi literam K, poſterius Θ meretur. Prius enim calumnia eſt, poſterius pluſquam blaſphemum, pag. 43.

Quæ autem duo ſint illa dicta, quæ tam graui notâ inſigniui, ex ſequentibus iamiam conſtabit.

1. Dictum. *Quid ais Thummi? docentne Catholici, pro ſolo Originali ſatisfeciſſe? lege, & erubeſce, quod vel priuſquam allegares, non legeris, vel malitioſè allegaueris.* Ibidem.

2. Dictum. *Poſterius tuum dictum de Chriſti ſatisfactione tale eſt* Thummi, *vt meritò quemuis ſani cerebri hominem à Lutheranis debeat abſterrere.*

Perhorreſce Chriſtiane.

Potuítne Chriſtianum pectus tale quid concipere, tale quid eloqui? Ergóne Chriſtus pœnas damnatorum & inferni dolores pertulit? Patrem iratum expertus eſt? mortem animæ ſpiritualem ſenſit? pag. 45. *ô os Caluinizans? nolo in tantæ blaſphemiæ refutatione immorari.* Hæc Thummius docuerat in diſputat. de Maieſt. Chriſti. pag. 25. & pag.

57. quæ ſine animi dolore maximo Chriſtianus à Chriſtiano dicta legere non potui.

Sed ſubſtantialis, an accidentalis eſt, περιχώρησις? quare non dicis, quod ſentis, vtrumq́; vt Eutychianum, pariter ac Neſtorianum te oſtendas. pag. 50.

O ſenſum ſanum? O modum ſuum? O mantellum ignorantiæ? quare non explicas Thummi? argumenta contra te vides; ſolutionem non vides, nec videbis. pag. 52.

Hoc ſcilicet eſt Chriſtianitatem reformare, fundamenta illius euertere. Quia ex portentoſâ vbiquitate manifeſtè deduxi. Theſi. 59. Chriſtum nec mortuum fuiſſe, nec reſurrexiſſe, quod Saxonici quoque doctores contra VVirtenbergicos inferunt, vt alibi docebo.

Videamus an in cerebro, an in corde, an in hepate hic ille tam ingens ſpiritus natus ſit. pag 57. Dixerat enim cum Chriſtus dicitur *in cruce expiraſſe*, vel *ſpiritum emiſiſſe*, non debere *ſpiritum* accipi pro anima Chriſti, ſed pro ſpiritu vitali. Quod meritò rideo; ridebunt omnes Philoſophi. Quis ſpiritum vitalem, cũ moritur, exſpirat? *Sine*

Sine verò fundamento eſt excogitata diſtinctio ad ſufflaminandam miſeram Vbiquitatem, pag. 58. quod Th. 61. 62. 63. 64. abundè doceo.

Sed ipſum te ſpiritu tuo animali, quem in cerebro naſci vis, enecas, & ſpiritum rationalem exſpiras. pag. 60.

Vnde Thummianè, id eſt, arroganter & impudenter ſcribit Vbiquitarius. pag. 61.

Scripſerat enim Ieſuitas pro *ſuo genio, & ingenio Capernaitico, & carnali* non poſſe ſibi imaginari corporis Chriſti præſentiam, aliam, quam illam *phyſicam, & quantitatiuè extenſam.* Quod falſum eſſe oſtendi ex S. Thom. 1. p. q. 8. art. 2. Et. 3. p. q. 76. art. 5. & ex myſterio Euchariſtico. Ex quibus Ieſuitæ ſciunt præter extenſam præſentiam aliam quoq; non extenſam, in Chriſto concedi debere.

Dicite paulò apertius apparenter, & non apparenter, O boni Marcionitæ. pag. 62.

Patres exponunt, non vt Thummius, in cuius cerebro ſpiritus animalis habitat, qui nõ percipit, quæ ſunt Dei. pag. 65.

Thummi nihil hic reſponde, aut craſſam ignorantiam prodes. pag. 70.

Nam

Nam tantum inſano ſenſu, id eſt, veſtro communicari non poſſunt, ſed vide *mi homo, quàm fragilis ſis, vix aliquando verum dixiſti, & mox iterum corrumpis. Forſitan lingua mentem non ſequitur, digna magno malo, ſi tàm contumax eſt.* pag. 71.

Ad extremum non poſſum ſatis admirari, Thummij ſiue impudentem audaciam, ſiue ignorantiam ſupinam. pag. 76.

O manum hæc auſam ſcribere? vbi audaciſsimè homuncio legiſti? Nugæ, nugæ. pagina 77.

Tua hæc ſunt omnia ad nos Neſtorianiſmi inſimulandos impudenter conficta. Omnia Thummiana ſunt, puræ putæ fabulæ. Conſulat Lector, & deprehendet, me rem ipſam, Thummium mera meriſsima mendacia dixiſſe. Hæc omnium mearum cenſurarum, & obiurgationum grauiſsima fuit. Sed cauſa iuſtiſsima, rei indignitas verba iſta expreſsit. Nam vt Thũmius poſſet docere nos Neſtorianos eſſe, adeoque iam olim à concilio vniuerſali Epheſino damnatos, fingit certam formulam, quâ concilium Neſtorium condemnârit. Quæ ſi fuiſſet, Catholici omnes certè cauſâ caderemus.

Ars Thummiana vt innocentibus culpam affingat, crimen fingit.

deremus. Sed in toto concilio neque verba illa habentur, neque ſenſus; verum omnia alia, vt concilij acta percurrenti manifeſtum erit. Et nonne hoc eſt volentem, ſcientem mentiri, calumniari? quis ferat toti concilio imponi, quod in mentem non venit? quis tali homini fidem poſthac habeat? Fidem meam obligo, ſi tale quid vſpiam in concilio inueniatur, me *Calumniatoris* nomen non defugere velle. Si non reperiatur, quid cauſæ eſt, quin Thummium *mera meriſsima mendacia dixiſſe* omnes aſſerant? Oſtende, Thummi, verba illa abs te allata, confictaq́;, oſtende ne mendax, ne calumniator habearis. Non potes, quia in refutatione diſputationis meæ, altum ſiles, atque diſsimulas.

Ex diſputatione de Iconomachia Thummiana.

2. In altera diſputatione, quam *Iconomachiam Thummianam* inſcripſi, hæc erant, quæ vlceratum animum mordere potuerunt, in proæmio Thummium *nouum Copronymum*.

Thummi aduerti te ad ſolem ſcholaſticorum, veſpertilionum oculos afferre. pag. 4.

Duo abſurda, duobus verſibus complexus

xus es, fæcundus abſurdorum pater. Ibidem.

Thummij reſponſio non eſt politica ſed agreſtis & abſurda. ibid.

Sed Thummius hæc omnia ridet : ergo falſa ſunt. Imò quia Thummius negat eſſe vera, credo vera eſſe, cum toties comprehenderim Thummium vero contrarium. pag. 12.

Sed adhæc noſter barbatus frater Thummius, qui raſos nos vocat fratres? ibid.

Sancti Patres ſi ab ipſo diſſentiunt, veluti heri nati cæduntur ab hoc cano pædagogo. Neſcio, ridere hominis delirium, an indignari debeam. ibid.

Artificium prodis Prædicanticum, decurtatas ſententiolas citare, rem negligere. pagina 13.

Chartas implere placuit, vera an falſa, ſcriberes flocci pendens. pag. 14.

Vineas tuas inſane Lycurge cædis. Ib.

Thummius Iconomachus. Ibid.

Patribus non perinde lubitum fuit falſa dicere, atque Thumio. Ibid.

Si VII. Synodum admitteres poſſem te *ſemiprobum, & falſouerum &c. Sed quia auctoritatem illius concilij defugis, dicã ſimpliciter improbum, & falſum.* pag. 15.

DEVS tibi *viam ſternit ad inferos, ſi porro*

porrò calumniari pergas. Dixerat enim Bellarminum ſibi viam ad canoniſationem ſtrauiſſe, cùm imagines defendit. pag. 16.

Quod Bellarminum arguas impudentiæ & mendacij, quod Cochlæum celeberrimum ſycophantam voces, non ſunt apta demonſtrationi media, ſed hominis perturbati rabidæ voces. pag. 17.

Superi, qui ſunt hi homines? demonſtrant, euidenter deducunt, ſua luce radiant, quæ ſi dicerent Summuliſtæ, meritò exſibilarentur. Sic in verbo Dei luditur, ſic conſequentiæ euidentes ad animas decipiendas deducuntur, quidlibet & quodlibet ἄλογα ἄγραφα. pag. 19.

Iſtebita. ibid.

Sed ὦ τᾶν Lutheriſta, tu non es Oedipus ſed Thummius; Ergo non intelligis. Hinc illæ tàm abſonæ cauillationes contradictionum inſectationes, irriſiones Bellarmini, & ſcholaſticorum per aliquot pagellas, vt ſatis oſtenderis, te ridere, & cauillari poſſe, quæ nequis intelligere. ibid.

Docebo te Σκοτώδη Doctorem. ibid.

βαττολογεῖς. pag. 22.

Multa dicis ſine textu, ſine euidenti con-

ſequentia

ſequentiâ noli itaque ægrè ferre, ſi tibi non credamus, quia tu prohibes ſine ſcriptura credere..ibid.

Islebites Iupiter bruto fulmine ferit imagines. pag. 23.

Mi Poëtaſter, Poëtæ ſolent ad conſuetudines alludere, quod notum eſt omnibus, qui poëtas legerunt. Si tu ignoras Thummi; poëtas non legiſti, & tamen tam ſtrenuè mentiris, quaſi poëtas omnes deuoraſſes. pag. 26.

Rancida tua ſomnia vidi, antiquum, quod pro te faceret, nihil vidi. pag. 27.

Debueras Græcè omnia ſcribere, ne cuiuſuis riſum, & iocum te faceres. ibid.

Polydorus Virgilius à veſtris Harpyis corruptus, cæteri momenti nullius ſunt, teſtes Thummio digni; morbidi, Doctore morbido. pag. 28.

Poſſem in multis os tibi verberare Calumniator Diuorum. ibid.

Male dialecticè. ibid.

Finem facio. Quia bonus horas perdit, quiſquis in Thummio refutando multũ temporis conſumit. quicquid loquitur, ſeipſo refutatum eſt ſatis. ibid.

Nolo ſingulorum cauſas referre, qui Thummium inſpicit, opportunè omnia

omnia in ipſum dicta aduertet.

3. De Antichriſto duas diſputationes edidi. In priore, quam *Antichriſtum Thummianum* vocaui, hæc acrius dicta ſunt.

Prurigo conuitiandi, & ſcurrilia ſua verba. pag. 2.

Et tamen mendacij huius immemor. fol. Eodem.

Profer vnum, ſi vir es: contra, tuos teſtes excipimus; quia tui ſimiles ſunt. fol. 6.

Tres paginas integras non ſine tuomet, vt puto, rubore meris calumnijs, ſarcaſmis, mendacijs opples. pag. 7.

Quos ſi imperitiæ accuſes, non refutatione, ſed helleboro indiges. fol. 12.

Hoc apertè deduci, tu quidem non vides, ego oculos tibi dare non poſſum; quia non vis. fol. 14.

Quid ais Porphyrizans Thummi? Errarunt Patres: Thummius ſapit, plaudite. fol. 15.

Hic Thummius ita profuſus eſt, vt nec chartæ, aut atramenti ſatis, & quod maximè crediderim, nec ſatis cerebri videatur habuiſſe. Eodem.

Multum aberraſti caligine cerebri, Thũmi, cum hæc ſcripſiſti. ibid.

Tandem

Tandem antequam hoc caput finiam, moneo te, vt Authores quos citas, non ex alijs deſcribas, ſed ipſe inſpicias.

Thũmi ſatin ſanus es cũ hæc loqueris? f. 18.

Mutuatus eſt ineptiſsime hoc mendacium à Math. Sibrando fol. 19.

Dubitare ferè incipio, vtrum legeris Bellarminum: ſi enim legis, & illi aliquid malitioſè affingis, Calumniatoris notam non effugis, dic te non legere; præſtat expilatorem aliorum, quam calumniatorem videri. fol. 19.

Vel igitur neſciebas apud Hebræos accipi creberrimè futurum pro præterito; & craſſa eſt ignorantia; vel ſciebas, & nihilominus ridebas, & grandis eſt malitia.

Nugæ; fol. 26. alibique ſemel, iterumque.

Quid hic ais rediuiue Atreu? quid reſpondes ἀνθρωπόφαγε prædicans? Videat enim lector orationem, quam ad Deũ pro Papæ euerſione fundit in fine ſuæ de Papa Antichriſto diſputationis, infra capite nono legendam exhibebo: & vide annon cum Braſilis hominem iure conferam.

Tamdiu te orbis mendacem habebit, donec luculenter oſtendas. f. 30.

Quod tamen malitiosè, & imperitè facit. f. 37.

Ergo omiſſis tenuioribus mendacijs craſſiſſima colligam, quæ pauculis in lineis fæcundus prædicantis calamus profundit. f. 37.

Piget te hic refutare, totum argumentum tuum clepſiſti ex Math. Sutliuio. f. 40.

S. Auguſtinum, & Ludouicum Viuem allegas, Bellarminum tam imperitè, vt omninò credam te ſolùm Sutliuij tui auctoritate contentum, Auguſtinum ipſum, aut Ludouicum Viuem ne inſpexiſſe quidem. Ibidem.

Reliqua quæ tota illa pagina affert, quia Thummij non ſunt, ſed aliorum, quos ille expilauit, prætermitto. f. 41.

Credo ex Decano Tubingenſi, vis Cretenſis fieri. f. 41.

De S: Gregorio adhuc impudentius loquitur prædicans. fol. 42.

Neque hîc alias notas affero; Thummius in manibus eſt; videat lector, an ex merito tractetur: an non benignius hominem habeam, quàm ſcripta eius digna ſint.

Ex diſput. de charactere Apocalyptic.

4. In poſteriore, hæc caſtigandi hominis causà poſui.

Calumniosè & ſortè explicatio. In titulo: *Thūmianis nugis.* In proœmio *Quæ in*

Thum-

Thummij chartis malè perditis. In proœmio.

Ἀσκοπεῖν, ἑτεροζητεῖν, σκιαμαχεῖν: Sibimet contradicere; hiſtoriam ignorare, ſcurriliter Pontificem calumniari, fallere, & falli illi ſolenne eſt. Ibid.

Nullam infamiam video niſi tuā qui tam impudenter ſanctum Patrem peruertiſti. p. 4.

Videris errores totis modijs admetiri. pag. 4.

Niſi tu mendax Chronologus fieres. pag. 4.

Suadeo vt relicto S. Thomâ, qui ſupra captum tuum, ad Logicam te conferas. pag. 7.

En quomodo vel nolens Bellarmino herbam porrigas. pag. 8.

Imperitè. 8. pag.

Volebas Thummi impoſtura hac tua famam Bellarmini eleuare; eleuaſti tuam, ſi quam habes. pag. 9.

A Logicis potuiſſet diſcere. pag. 9.

Non poteſt plus videre mente, quam oculis. pag. 9.

Nugas tuo capiti, quaſi nido ſuo remitto. pag. 12.

Vbi hîc tua, myſtica, & Phantaſtica negotiatio Myſtice Doctor? pag. 12.

Græcarum vocum perpetuus iactator. pag. 12.

Legatus fores Antichriſti, ſi illo tempore viueres; ita verum oppugnas. pag. 13.

Compendiorum ſcientiſſimus, plurimas falſitates paucis comprehendit. pag. 13.

Quid hic Thummij os? impudenter negat. pag. 16.

Heri natus interpres ex capite ſuo velut tripode. pag. 16.

Bellarmini argumenta cerritum ita eũ reddiderunt, vt quid ſcriberet, vel fingeret, neſciret pag. 16.

Cæcus fumos, & nebulas contra Alcidem iactat. pag. 16.

Thummij cerebrum pœnam ante culpam ſenſit. pag. 17.

Rectè Græcè ſubijcis, te iam hoc demonſtraſſe: times, ne ſi latinè appoſuiſſes, plures mendacium deprehendant. pag. 17.

Vt capra ad dictamnum, ita tu ad Lexicum Græcum. pag. 18.

Si Antichriſtus illis ſe tantum adiungit, qui in templo Dei ſunt, vos in templo diaboli eritis. pag. 18.

Homo Syrus, Hebræus, Latinus, Germanus, & quid non? pag. 18.

*Thummius exhauſtus eſt argumentis ſingendis.*pag. 19.

Plauſum meretur, ſed pedum, pag.19.

Summuliſtæ tibi diem dicunt. c.20.p.

Inepte; niſi forſitan apud vos non homines equis, ſed equi hominibus inſideant, quod ſanè ritè facerent Tubingenſes, ſi ſuos Doctores Theologos imitarentur: qui miſcent ima ſummis. pag. 21.

Sicut ſepia effuſo atramento, ita tu oppletis atramento paginis Bellarminum te eluſiſſe putas. pag. 23.

*Quicquid addis, ſepia fraus eſt.*ibid.

Vt taceam te contra conſcientiam tuam, ſi quam habes. pag. 23.

Volebat Laconicè, & compendioſè eſſe impudens.pag,24.

Te potius, quam Lutherum, &c. mentitum fuiſſe fatearis. pag.25.

Maior inter ſcopas diſſolutas eſt connexio, quam inter hoc antecedens, & conſequens. pag.26.

O hominis vel malitiam, vel inſcitiam!

Quæ ſupra inſcitiſſimè coaceruârat: hic ne ſibi diſſimilis fieret, æquè ineptè repetit. pag. 27.

deremus. Sed in toto concilio neque verba illa habentur, neque ſenſus; verum omnia alia, vt concilij acta percurrenti manifeſtum erit. Et nonne hoc eſt volentem, ſcientem mentiri, calumniari? quis ferat toti concilio imponi, quod in mentem non venit? quis tali homini fidem poſthac habeat? Fidem meam obligo, ſi tale quid vſpiam in concilio inueniatur, me *Calumniatoris* nomen non defugere velle. Si non reperiatur, quid cauſæ eſt, quin Thummium *mera meriſsima mendacia dixiſſe* omnes aſſerant? Oſtende, Thummi, verba illa abs te allata, confictaq́;, oſtende ne mendax, ne calumniator habearis. Non potes, quia in refutatione diſputationis meæ, altum ſiles, atque diſsimulas.

Ex diſputatione de Iconomachia Thummiana.

2. In altera diſputatione, quam *Iconomachiam Thummianam* inſcripſi, hæc erant, quæ vlceratum animum mordere potuerunt, in proœmio Thũmium *nouum Copronymum*.

Thummi aduerti te ad ſolem ſcholaſticorum, veſpertilionum oculos afferre. pag. 4.

Duo abſurda, duobus verſibus complexus

xus es, fœcundus abſurdorum pater. Ibidem.

Thummÿ reſponſio non eſt politica ſed agreſtis & abſurda. ibid.

Sed Thummius hæc omnia ridet: ergo falſa ſunt. Imò quia Thummius negat eſſe vera, credo vera eſſe, cum toties comprehenderim Thummium vero contrarium. pag. 12.

Sed adhæc noſter barbatus frater Thummius, qui raſos nos vocat fratres? ibid.

Sancti Patres ſi ab ipſo diſſentiunt, veluti heri nati cæduntur ab hoc cano pædagogo. Neſcio, ridere hominis delirium, an indignari debeam. ibid.

Artificium prodis Prædicanticum, decurtatas ſententiolas citare, rem negligere. pagina 13.

Chartas implere placuit, vera an falſa, ſcriberes flocci pendens. pag. 14.

Vineas tuas inſane Lycurge cædis. Ib.

Thummius Iconomachus. Ibid.

Patribus non perinde lubitum fuit falſa dicere, atque Thumio. Ibid.

Si VII. Synodum admitteres poſſem te *ſemiprobum, & falſouerum &c. Sed quia auctoritatem illius concilÿ defugis, dicā ſimpliciter improbum, & falſum.* pag. 15.

D E V S tibi *viam ſternit ad inferos, ſi*

porro

porrò calumniari pergas. Dixerat enim Bellarminum ſibi viam ad canoniſationem ſtrauiſſe, cùm imagines defendit. pag. 16.

Quod Bellarminum arguas impudentiæ & mendacij, quod Cochlæum celeberrimum ſycophantam voces, non ſunt apta demonſtrationi media, ſed hominis perturbati rabidæ voces. pag. 17.

Superi, qui ſunt hi homines? demonſtrant, euidenter deducunt, ſua luce radiant, quæ ſi dicerent Summuliſtæ, meritò exſibilarentur. Sic in verbo Dei luditur, ſic conſequentiæ euidentes ad animas decipiendas deducuntur, quidlibet & quodlibet ἄλογα ἄγραφα. pag. 19.

Iſlebita. ibid.

Sed ὦ τὰν Lutheriſta, tu non es Oedipus ſed Thummius; Ergo non intelligis. Hinc illæ tàm abſonæ cauillationes contradictionum inſectationes, irriſiones Bellarmini, & ſcholaſticorum per aliquot pagellas, vt ſatis oſtenderis, te ridere, & cauillari poſſe, quæ nequis intelligere. ibid.

Docebo te Σκοτώδη Doctorem. ibid.

βαττολογεῖς. pag. 22.

Multa dicis ſine textu, ſine euidenti conſequentiâ

ſequentiâ noli itaque ægrè ferre, ſi tibi non credamus, quia tu prohibes ſine ſcriptura credere..ibid.

Islebites Iapiter bruto fulmine ferit imagines. pag. 23.

Mi Poëtaſter, Poëtæ ſolent ad conſuetudines alludere, quod notum eſt omnibus, qui poëtas legerunt. Si tu ignoras Thummi; poëtas non legiſti, & tamen tam ſtrenuè mentiris, quaſi poëtas omnes deuoraſſes. pag.26.

Rancida tua ſomnia vidi, antiquum, quod pro te faceret, nihil vidi. pag.27.

Debueras Græcè omnia ſcribere, ne cuiuſuis riſum, & iocum te faceres..ibid.

Polydorus Virgilius à veſtris Harpyis corruptus, cæteri momenti nullius ſunt, teſtes Thumminio digni; morbidi, Doctore morbido. pag. 28.

Poſſem in multis os tibi verberare Calumniator Diuorum. ibid.

Male dialectice. ibid.

Finem facio. Quia bonus horas perdit, quiſquis in Thummio refutando multũ temporis conſumit. quicquid loquitur, ſeipſo refutatum eſt ſatis. ibid.

Nolo ſingulorum cauſas referre, qui Thummium inſpicit, opportunè

omnia

omnia in ipſum dicta aduertet.

3. De Antichriſto duas diſputationes edidi. In priore, quam *Antichriſtum Thummianum* vocaui, hæc acrius dicta ſunt.

Prurigo conuitiandi,& ſcurrilia ſua verba. pag. 2.

Et tamen mendacij huius immemor. fol. Eodem.

Profer vnum, ſi vir es: contra, tuos teſtes excipimus; quia tui ſimiles ſunt. fol. 6.

Tres paginas integras non ſine tuomet, vt puto, rubore meris calumnijs, ſarcaſmis, mendacijs opples. pag.7.

Quos ſi imperitiæ accuſes, non refutatione, ſed helleboro indiges. fol. 12.

Hoc aperte deduci, tu quidem non vides, ego oculos tibi dare non poſſum, quia non vis. fol. 14.

Quid ais Porphyrizans Thummi? Errarunt Patres: Thummius ſapit, plaudite. fol. 15.

Hic Thummius ita profuſus eſt, vt nec chartæ, aut atramenti ſatis, & quod maxime crediderim, nec ſatis cerebri videatur habuiſſe. Eodem.

Multum aberraſti caligine cerebri, Thũmi, cum hæc ſcripſiſti. ibid.

Tandem

Tandem antequam hoc caput finiam, moneo te, vt Authores quos citas, non ex alijs deſcribas, ſed ipſe inſpicias.

Thũmi ſatin ſanus es cũ hæc loqueris? f. 18.

Mutuatus eſt ineptiſsimè hoc mendacium à Math. Sibrando fol. 19.

Dubitare ferè incipio, vtrum legeris Bellarminum: ſi enim legis, & illi aliquid malitioſè affingis, Calumniatoris notam non effugis, dic te non legere; præſtat expilatorem aliorum, quam calumniatorem videri. fol. 19.

Vel igitur neſciebas apud Hebræos accipi creberrimè futurum pro præterito; & craſſa eſt ignorantia; vel ſciebas, & nihilominus ridebas, & grandis eſt malitia.

Nugæ; fol. 26. alibique ſemel, iterumque.

Quid hic ais rediuiue Atreu? quid reſpondes ἀνθρωπόφαγε prædicans? Videat enim lector orationem, quam ad Deũ pro Papæ euerſione fundit in fine ſuæ de Papa Antichriſto diſputationis, infra capite nono legendam exhibebo: & vide annon cum Braſilis hominem iure conferam.

Tamdiu te orbis mendacem habebit, donec luculenter oſtendas. f. 30.

Quod tamen malitioſè, & imperitè facit. f. 37.

Ergo omiſſis tenuioribus mendacijs craſſiſſima colligam, quæ pauculis in lineis fæcundus prædicantis calamus profundit. f. 37.

Piget te hic refutare, totum argumentum tuum clepſiſti ex Math. Sutliuio. f. 40.

S. Auguſtinum, & Ludouicum Viuem allegas, Bellarminum tam imperitè, vt omninò credam te ſolùm Sutliuij tui auctoritate contentum, Auguſtinum ipſum, aut Ludouicum Viuem ne inſpexiſſe quidem. Ibidem.

Reliqua quæ tota illa pagina affert, quia Thummij non ſunt, ſed aliorum, quos ille expilauit, prætermitto. f. 41.

Credo ex Decano Tubingenſi, vis Cretenſis fieri. f. 41.

De S: Gregorio adhuc impudentius loquitur prædicans. fol. 42.

Neque hîc alias notás áffero; Thummius in manibus eſt; videat lector, an ex merito tractetur: an non benignius hominem habeam, quàm ſcripta eius digna ſint.

Ex diſput. de charactere Apocalyptic.

4. In poſteriore, hæc caſtigandi hominis causà poſui.

Calumnioſè & ſortè explicatio. In titulo. *Thūmianis nugis.* In proæmio *Quæ in Thum-*

Thummij chaſtis malè perditis. In proæmio.

Ἀσκοπεῖν, ἑτεροζητεῖν, σκιαμαχεῖν: Sibimet contradicere; hiſtoriam ignorare, ſcurriliter Pontificem calumniari, fallere, & falli illi ſolenne eſt. Ibid.

Nullam infamiam video niſi tuã, qui tam impudenter ſanctum Patrem peruertiſti. p. 4.

Videris errores totis modijs admetiri. pag. 4.

Niſi tu mendax Chronologus fieres. pag. 4.

Suadeo vt relicto S. Thomâ, qui ſupra captum tuum, ad Logicam te conferas. pag. 7.

En quomodo vel nolens Bellarmino herbam porrigas. pag. 8.

Imperitè. 8. pag.

Volebas Thummi impoſtura hac tua famam Bellarmini eleuare: eleuaſti tuam, ſi quam habes. pag. 9.

A Logicis potuiſſet diſcere. pag. 9.

Non poteſt plus videre mente, quam oculis. pag. 9.

Nugas tuo capiti, quaſi nido ſuo remitto. pag. 12.

Vbi hîc tua, myſtica, & Phantaſtica negotiatio Myſtice Doctor? pag. 12.

Græcarum vocum perpetuus iactator. pag. 12.

Legatus fores Antichriſti, ſi illo tempore viueres; ita verum oppugnas. pag. 13.

Compendiorum ſcientiſſimus, plurimas falſitates paucis comprehendit. pag. 13.

Quid hic Thummij os? impudenter negat. pag. 16.

Heri natus interpres ex capite ſuo velut tripode. pag. 16.

Bellarmini argumenta cerritum ita eũ reddiderunt, vt quid ſcriberet, vel fingeret, neſciret pag. 16.

Cæcus fumos, & nebulas contra Alcidem iactat. pag. 16.

Thummij cerebrum pœnam ante culpam ſenſit. pag. 17.

Rectè Græcè ſubijcis, te iam hoc demonſtraſſe: times, ne ſi latinè appoſuiſſes, plures mendacium deprehendant. pag. 17.

Vt capra ad dictamnum, ita tu ad Lexicum Græcum. pag. 18.

Si Antichriſtus illis ſe tantum adiungit, qui in templo Dei ſunt, vos in templo diaboli eritis. pag. 18.

Homo Syrus, Hebræus, Latinus, Germanus, & quid non? pag. 18.

Thum-

Thummius exhauſtus eſt argumentis fingendis. pag. 19.

Plauſum meretur, ſed pedum, pag. 19.

Summuliſtæ tibi diem dicunt. c. 20. p.

Inepte; niſi forſitan apud vos non homines equis, ſed equi hominibus inſideant, quod ſanè ritè facerent Tubingenſes, ſi ſuos Doctores Theologos imitarentur: qui miſcent ima ſummis. pag. 21.

Sicut ſepia effuſo atramento, ita tu oppletis atramento paginis Bellarminum te eluſiſſe putas. pag. 23.

Quicquid addis, ſepia fraus eſt. ibid.

Vt taceam te contra conſcientiam tuam, ſi quam habes. pag. 23.

Volebat Laconicè, & compendiosè eſſe impudens. pag. 24.

Te potius, quam Lutherum, &c. mentitum fuiſſe fatearis. pag. 25.

Maior inter ſcopas diſſolutas eſt connexio, quam inter hoc antecedens, & conſequens: pag. 26.

O hominis vel malitiam, vel inſcitiam!

Quæ ſupra inſcitiſſimè coaceruârat: hic ne ſibi diſſimilis fieret, æquè ineptè repetit. pag. 27.

Poëta extra carmen magnus. ibid.

Nimirum reddidiſſes argumentum tuum plumbeum pag.30.

Thummius neutrius mentem inſpexit; ne ſanam ipſe acquireret. Redit dein Thummius non ad argumenta, ſed ad calumniam in Pontificem. Ego Theologum refutare inſtitui, non matæologum. pag 31.

Nam reliqua, quæ dicit, vel cum nauſeâ repetit, vel tantum non in terminis *furatus eſt*, pag.32.

Formemus ex tam informi hâc maſſâ & indigeſtâ mole, quale quale argumentum. Ibid.

Vult, credo, Thummius in hoc Enthymemate compendium dare omnium elenchorũ. Ibid.

Quinta obiectio eius tota ex calumnijs conſtat, ad quos cauillos, &c.

Vbi & furta tua; & calumnias tuas deprehendes, cum tuo, ſi quem habes, pudore. Ibid.

Hîc Thummius argumentis, & conuitijs, non tam liberalem, quàm prodigum ſe oſtendit, ſed de alieno, addit deinde de ſuo quædam contra Miſſam tàm ſcurriliter, tàm impiè in Pontificem, & SS. Euchariſtiam debacchans,

vt non

vt non Antichriſtum oppugnaſſe, ſed repræſentaſſe videatur. pag. 39.

Ego in ſtramentitijs (Thummij) obiectionibus infringendis tempus non fallam; ne tamen omninò ad impudens hoc os tacere videar, &c vnum tãtùm, & alterum, quod propriè Thummij videtur impudens mendacium demonſtrabo. pag. 41.

Tu dementatus es, vt tam inſulſas nugas, & ſomnia ad tantorum virorum ludibria euomeres. pag. 43.

Exiſtimo cerebrum tuum (Thummi) cum hæc ſcriberes, nonnihil ecclipſin paſſum eſſe. pag. 46.

Sed nimirum compendium more ſuo facit (Thummius) & temporũ, & veritatis.

Vide mi Thummi, quam nõ tantùm malus Theologus, ſed & cauſidicus ſis. in fine.

Niſi velimus de natiuitate, Thummij accipere illud: melius illi erat, ſi natus non fuiſſet homo ille. pag. 49.

Tum tu mi Thummi, nec orare, nec edere, nec dormire, & quod maximum foret, nec mentiri deberes; nam & Ethnici hoc faciunt.

Veteres tuas muſicas emittis. Quos ad extremum ignes voues capiti Pontificis, hos miſer ſenties æternos. pag. 53.

5. Hæc ſunt, quæ in meis reperi contra Thummium dicta fuiſſe, maiore quadam acrimoniâ, quàm quæ illi placere poterat; ſed ab Auguſtinianâ, vti ſpero, non aliena. Quidquid tamen id eſt, id totum in Lectoris bonum dictum, ſcriptumq; eſt, vt Thummium nouerit, & cognitum auerſetur, *quam diu talis eſt.* Imò etiam Thummij vtilitatem ante oculos habui. Videbatur enim homo ſui æſtimatione cæcus, ſeipſum non nouiſſe: volui effigiem illius depictam dare, vt in ea ſicut in ſpeculo ſe videret, & corrigeret. Nunc ad Thummianam modeſtiam oſtendendam tranſeamus.

CAPVT VIII.

QVIBVS TITVLIS ROMAnum Pontificem afficiat.

QVoties argumenta Thumium deficiunt, quibus *Romanum Pontificem, Imperium Romanum, Romanam Eccleſiam, Romam, Societatis Patres inceſſat*, toties conuitiorum plauſtra in eoſdem effundit, ſcilicet cum

Socra-

Socratem agere non poteſt, agit *Xantippen*. Ego Thummi Talionis lege tecum non agam. Non enim conſidero quid *Tu* merearis, ſed quid *Me* deceat. Ille *loquatur* ſpurcitias, qui *committere* poteſt. Tanta de *Pontifice, Romano Imperio, Eccleſiâ Romanâ, & Societate* IESV dicis, *quanta*, vt verbis ſancti Hieronymi *a.* vtar, *non diceret de Latrone homicida, de Scorto meretrix, ſcurra de mimo.* Ego modeſtiam tuam tuo depingam penicillo, os tuum producam. De abundantiâ cordis Lector iudicet.

a. *lib.2. aduerſ.Ruff.c.1.*

Pontificem Romanum ſic depingit.

1. Impium Antichriſtum Magnum, pag.1.prioris antich.
2. Impiam perſonam, pag.46.
3. Ceu Lupum ſanguinarium in ouile Chriſti irruere, & graſſari.pag.88.
4. Ebrium fieri ex ſanguine ſanctorũ, & ex ſanguine Martyrum Chriſti. pag.89.
5. Veritatis Euangelicæ teſtes igne, & ferro perſecutum eſſe, Eccleſiã atq; regna vaſtare, in ſpiritualibus &

Audite Principes Chriſtiani ſub quali capite Thummius vos conſtituat.

temporalibus tyrannidem horrendam exercere, potentiſsimos Reges, atque Principes pedibus ſuis proculcare, & cædibus, atque ſanguine omnes angulos implere. pagina *96*

6. Execrabile, & Romanum proſtibulum, cuius ſtupris, & inquinamentis paſsim Eccleſia Chriſti fœdiſsimè contaminata ſit. pag. 113.
7. Exuuijs Imperij Romani, & tunicâ Chriſti indutum, eſſe velut ſimiam Chriſti, pag. 134.
8. In Eccleſiâ ſæuam carnificinam, & tyrannidem exercere. pag. 154.
9. Sæuire in Eccleſiâ Dei, vt lupum in ouili, vt prædonem in domo, vt rebellem in vrbe. pag. 154.
10. Ipſum Chriſtum, quantùm in ſe eſt, quotidie ſacrificare, deſtruere, crucifigere, occidere. pag 157.
11. Prædonē, & Raptorem peſsimum, maximum. pag. 4. poſter. antich.
12. Satanæ primogenitum. pag. 4.
13. Satanæ Legatum. pag. 13.
14. Idolum Romanum. paſsim.
15. Ementitum Chriſti Vicarium. p. 27.

16. Spuri-

16. Spurium Petri Succeſſorem. p. 27.
17. Baſiliſcum Romanum. pag.37.
18. Malum genium. pag 83.
19. Stercoreum Romanenſium Deum. pag. 83. Alter Patres Pontificem ſalutant.
20. Meretricem Romanam. pagina 1. charact. Apocal.
21. Abominabili ſcabie, & maleficâ lue venereâ infectum. pag. 1.
22. Scortum. Eius pudenda, fœda, & irremediabilia vlcera ſanie, & impuriſsimo ſanguine redundare. pagina 1.
23. Thaidem Romanam. pag. 2.
24. Regni ſatanici caput profaniſsimum. pag. 2.
25. Væloueni Romanum. pag. 5. Inſani hæ voces.
26. Papalem ſatanitatem. pag. 6.
27. Cardinalium anatergium. pag. 38.
27. Spurium, & adulterinum Eccleſiæ caput. pag. 38.
29. Baal Romanum. pag. 39.
30. Impijs velut Romanam lupam incubare, viruſque ſuum ex rumâ ſuâ immulgere. pag. 38.
31. Deteriorem Mago. pag. 92.
32. Latronem, & prædonem Europæũ, violen-

violentumque inſidiatorem. pag.1. Iubilæi.

33. Per ſatanæ gratiam Pontificem magnum. pag.4.

34. Baali Romæ ſtabulanti genua flectere, & hircoſos pedes eius oſculari nolunt, in Præfat.ad ignem fatuum.

35. Pontificem Romanum ſtercoreum illum Deaſtrum putidas,& impias ſuas merces indulgentiales proponere, *in proœmio ignis fatui.* pag.10.

36. Papalis hierarchia dæmonum habitatio, immundorum ſpirituum, fædarumq; volucrum, ſeu harpyiarum cuſtodia *Idola: Lechn.* pag.1.

NOTÆ.

Sereniſſ. Elect. Maximiliani de calumnia in Pōtificem iudicium.

Sereniſſimus Elector MAXIMILIANVS *vtriuſque Bauariæ Dux, &c. Cum in colloquio Ratiſponenſi* SVMMVM PONTIFICEM *à Prædicante Hunnio* ANTICHRISTVM *audiret vocari, rei indignitate commotus in has voces ad Prædicantes conuerſus erupit.* a. *Vos appellaſtis* ROMANVM PONTIFICEM ANTICHRISTVM, *quæ eſt iniuria inſignis, & Clariſſima, & hoc*

nunquam

nunquam probabitis. Et mox. *Eſt inſignis iniuria*, QVAE REDVNDAT IN OMNES CATHOLICOS. *Hæc tum temporis* *Sereniſſimus* ELECTOR, *auditâ vnicâ* ANTICHRISTI *voce; quid dicturus, ſi te has ex orco in* SVMMVM PONTIFICEM *ſpurcitias eructantem audiſſet?* b. *Qualis verò animus Sereniſſimo Electori* MAXIMILIANO, *Idem omnino & alijs Sereniſſimis & Illuſtriſſimis* ELECTORIBVS, & PRINCIPIBVS *orthodoxis ſenſus eſt*; in quos omnes, vt rectè, & verè Sereniſsimus ELECTOR dixit, REDVNDAT *inſignis hæc, & Clariſſima tua iniuria. Præcipuè verò Thummi, id cura, ne hæc tua in* SVMMVM PONTIFICEM *Elogia in auguſtas* SERENISSIMI IMPERATORIS FERDINANDI *manus deueniant, poſſet profectò animum Sereniſſimi* IMPERATORIS *tantopere erga* SEDEM APOSTOLICAM *affecti ſubire, quid olim in ſimili genere Inuictiſſimus Auguſtæ memoriæ* CAROLVS V. *edicto Cæſareo VVormatiæ 1521. die 8. Maij ſanxerit. nam inter alia hæc ſtatuit.* b. *Ne quis infeſta, maledicaq; ſcripta in* SANCTVM PATREM NOSTRVM PAPAM, *&c. amplius*

Nota Thummi conſequentiam.

Caroli V. edictum contra ſcripta in Pontificem Romanum.

plius fingat, pingat, ſcribat, imprimat, vendat, emat, clam palámue ſeruet, aut imprimi, ſcribi, pingiúe faciat, nec alijs hæc rationibus quomodocunque excogitentur, fieri procuret, conniueat, vel permittat. Similiter imperamus ſeuerè ſub indicatis pœnis, omnibus, qui ad ornandam, tuendámque iuſtitiam in præſidijs Reipublicæ, vel ad gubernacula ſedent, vt talia ſcripta, libros, paginas, picturáſque, quæ aut ſub oculos cadere hactenus potuerunt, aut deinceps cudentur, ſcribentur, pingentur: quemcunque habeant Dominum, & vbicunque hæc reperientur per ambitum totius Imperij Romani, noſtraſq́; hæreditarias ditiones; vigore huius noſtri edicti, AD SE RECIPIANT, DISCERPANT, ET INFLAMMENT, &c. *O quam* ILLVSTRIA *fierent ſcripta tua?*

2. Ad extremum aduerte Lector beneuole, quã longè à modeſtiâ ſanctorũ Patrum & Imperatorum Chriſtianorum Prædicantes diſceſſerint.

S. Ioannes Chryſoſtomus. c. Innocẽtium I. vocat Dominum Reuerendiſsimum Pientiſsimumque.

S. Hieronymus d. Damaſum ſanctitatem, Beatitudinem;

S. Augu-

S. Auguſtinus e. Bonifacium Beatiſsimum, atq; venerandum Patrem.

S. Cyrillus Alexandrinus. f. Cœleſtinum Sanctiſsimum, Deoque amantiſsimum Patrem; Sanctitatem pietatem appellat.

S. Flauianus Patriarcha Conſtantinop. & Martyr. g. Leonem ſalutat Sanctiſſimum, & Beatiſsimum Patrem.

Tertullianus. h. *iam à fide Apoſtata agnoſcit vſitatos Papæ Romani titulos.* Pontifex Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum.

Concilium II. *Mileuitanum* i. *cui S. Auguſtinus interfuit*, vocat Innocentiũ Dominum beatiſsimum, meritoque venerabilem in Chriſto honorandũ; ſanctitatem, Sanctiſsimum Papam?

Concilium Epheſinum k. nominat Cœleſtinum ſanctiſsimum Romanũ Archiepiſcopum: nouum Paulum, Cuſtodem fidei. Sanctiſsimum, Deoque dilectiſsimum.

Concilium Chalcedonenſe. l. Leonē vocat Sanctiſsimum, Deo digniſsimũ. Archiepiſcopum regiæ, & ſenioris Romæ.

Sophro-

Sophronius, & Athanaſius in Concilio Chalcedonenſi. m. Sanctiſsimũ, & Beatiſsimum vniuerſalem Archiepiſcopũ, & Patriarcham magnæ vrbis Romæ.

3. Iam quibus Imperatores olim honorum nominibus appellarint Põtifices Romanos, ex innumeris pauca pro exemplo ſint.

Valentinianus ad Theodoſium. n. Leonem *vocat* Beatiſsimum Romanæ ciuitatis Epiſcopum.

Theodoſius ad Valentinianum. o. *eundem nominat* Reuerendiſsimum Patriarcham.

Valentinianus, & Marcianus. p. *eundem compellant* Sanctitatem, Reuerendiſsimum Archiepiſcopum glorioſæ Ciuitatis Romæ.

Marcianus: q. Beatitudinem, Sanctitatem:

Pulcheria Auguſta: r. Reuerendiſsimum Epiſcopum, Beatitudinem, Sanctitatem.

Iuſtinianus. ſ. Pontificem Romanum *vocat* ſanctiſsimum Archiepiſcopum almæ vrbis Romæ: Veſtram ſanctitatem, veſtram Beatitudinem, caput

pũt omnium ſanctarum Eccleſiarum, ſanctum ac Religioſiſsimum Patrem.

4. His titulis hodieque vtuntur Imperatores, & Principes Catholici, cum vel de ſummo Pontifice loquuntur, vel ad eundem literas perſcribũt. Imò Lutherani quoque ſunt Principes, qui prohibent, vt ne probroſis conuicijs proſcindatur Papa, quem ſaltem inter politicos Principes numerant, & honorant.

Nec modeſtiores alios Lutheranos tam inquinatis vocibus delectari crediderim. Soli Prædicantes prurigine conuiciandi feruentes, temperare nequeunt ora & calamos: eò minus audiendi, quò ab omnium aliorum iudicio deſciſcunt. Quilibet cordatus mauelit in Pontifice appellando Patres antiquiſsimos, & Imperatores, alioſque, quibus perturbatio rationẽ nondum ademit, ſequi, quàm neſcio quos inſanos rabulas.

Neque enim poſſunt è quouis ore ſtercora egeri. Ille in promptu habet, qui de ſe ſcribit, *ſemper ego maculor.*

a. *ſeſſ. 13. pag. 383.* b. *Habetur tom. 2.*

Lutheri Edit. Lat. VVit. 1546. pag. 449. c. in Epiſtola ad eundē habetur ante 13. Epiſtolam Innocentij. d. Epiſtola 125. & 146. e. lib. 1. contra duas Epiſt. Pelag. c. 1. f. In Epiſt. ad eundem. habetur in concil. Epheſ. tom. 1. c. 29. editionis Colonienſ. 1606. g. In Epiſt. ad eundem. habetur inter epiſtolas Leonis poſt 7. & 8. h. l. de pudicit. c. 1. i. habetur tom. 1. Concil. edit. Colonienſ. k. Concil. Epheſin. tom. 2. cap. 5. c. 15. c. 17. habetur tom. 1. Conciliorum. l. actione 2. tom. 2. Conciliorum, eiuſdem edit. m. Actione 3. ibidem. n. o. p. q. r. Epiſtolæ referuntur ante Concil. Chalcedonenſe tom. 2. Concil. S. L. 8. c. de ſumma Trinitate.

CAPVT IX.

MODESTIA THVMMII IN Romanam Eccleſiam.

Romanam Eccleſiam omnes omnino veteres Patres vt Magiſtram, & Principem Eccleſiarum coluerunt. Tertullianus a. vocat *Felicem Eccleſiam, cui totam doctrinam Apoſtoli cum*

li cum ſanguine profuderunt. Sanſtus Cyprianus: *b. Cum Fabiani* (Romani Pontificis) *locus, id eſt, cum Petri locus, & gradus Sacerdotalis Cathedræ vacaret.* Alibi vocat, *Eccleſiam principalem c.* S. Iræneus *d.* ait eſſe *Maximam, & Antiquiſſimam, & omnibus cognitam, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo fundatam, & conſtitutam Eccleſiam;* Additque, *potentiorem eius eſſe principalitatem.* Similia habent qui ſecuti ſunt. Imperator vocat, *e. ſedem Apoſtolicam ſummi Pontificatus apicem. f.* cupit, *g.* per omnia honorem, & auctoritatem creſcere. Valentinianus & Marcianus, *h. Principatum Sacerdotij, Principatum in Epiſcopatu diuino* appellant. Sed iam quibus Thummius eam elogijs cohoneſtet videamus, quamque cum antiquitate conſentiat.

Eam ait:

1. Furijs inſtigatam infernalibus pag. 36. pri. Antich.
2. Pleno ore blaſphemias eructare. pag. 36.
3. Eccleſiam, Chriſti ſponſam, in fœdiſſimum ſcortum, templum Domini in Impurũ Lupanar transformare p. 36.

 4. Ve-

4. Velut publicum propudium, turpitudinem palàm prodere, & ipſo intuitu ad ſcortandum obuios quoſuis allicere pag. 40.

5. Quicquid abominationum in orbe Chriſtiano à mille annis graſſatur, hanc impuriſsimam matrem, ceu impudicam lupam ſeminâſſe, edidiſſe, eduxiſſe, propagâſſe. pag. 40.

6. Eſſe triueneficam meretricem. pag. *62*. Charact. De Romanæ Eccleſiæ Sacramentis ita loquitur. SS. Euchariſtiam vocat

1. Idolum pag. 180. prioris Antich.
2. Panaceum Numen. ibidem.
3. Furfuraceum Deiculum. Ibid.
4. Idolum Maozin. pag. 181.
5. Sacrificium miſſæ, *nominat* miſſam Idololatricã, à diabolo inſtitutam, & fundatam. pag. 80. poſt. Anti.
6. Conſecrationem Sacerdotis *vocat* magicam demurmurationem. Ib.
7. Sacramentum vnctionis, ſeu confirmationis *appellat* Papæ excremẽtum. pag. 13, Charact.
8. Claudat hæc in Eccleſiam Romanam

nam Elogia, modeſtiſsima eiuſdem Thummij pro Pontifice & Eccleſia Romana precatio. ita pag. 210. prioris Antich. precatur.

Chriſte Ieſu, qui Bacchantem Papam, ceu rabidum canem, per Beatum Lutherum adortus es, ac primùm quidẽ detractâ Laruâ, hominem illum peccati, ac ſatanæ primogenitum non tãtum reuelaſti, ſed ſpiritu quoque oris tui, quaſi vento vrente hactenus magis, magiſque afflaſti, vt quibuſdam corporis ſui partibus ſideratis, & veluti ſphacelo correptis langueat iam, paulatimque (reſilientibus à meretricis huius amplexu Regibus, Principibus, & ſtatibus, qui prius ab eius ore nutuque pendebant) extabeſcat, benignè reſpice ſponſam tuam, & eãdem ſub huius tyrannide miſerè gementem, & eiulantem clementer aſſere: Antichriſtianam contrà ſynagogam, eiuſque execrabiles impoſturas ita proſtitue, vt principes Chriſtiani Eccleſiam tuam latentem è ſterquilinio iſto Romano eruant, beſtiam, & meretricem illam excorient, carnes

eius vorent, & admotis ignibus eam exurant. Feſtina Domine; adimple verba tua, & quod facere iam cœpiſti, perfice, vt horrendæ Idololatriæ, & fornicationis meritiſsimas luat pœnas, fumuſque eius in æternum aſcẽdat. Amen.

NOTÆ.

Lutheranos vocat hæreticos Patriarcha Conſtantinopol.

Quorſum hæc verba Prædicans? cum vos anno 1581. Patriarcha Conſtantinopolitanus in tertio ſuo reſponſo obliquè hæreticos vocâſſet, quantum Superi incendium excitauit! Reſpondiſtis ilicet cum ſtomacho i. Τὸ δ' ἡμᾶς ὀνομάζεσθαι αἱρετικοὺς, οὐ δυνάμεθα φέρειν. οὐδ' εἰ τῶν πάνυ φίλων ὁ ὀνομάζων ἂν εἴη. *Hæreticos nos appellari à nullo, quantumuis amico, ferre poſſumus. Itáne cum veſtra Eccleſia hæretica vocatur tam enorme piaculum! cum verò tu noſtram Eccleſiam blaſphemam, furijs infernalibus inſtigatam, ſcortum fœdiſſimum, impurum Lupanar, publicum propudium, impuram lupam, triueneficam meretricem, ſterquilinium Romanum vocas; Cum Sacramẽta noſtra idolum, Magiam, Excrementum appellas, adhuc ſcilicet præmium poſtulas, & proculdubio ab Imperatore cathedram aliquam*

quam

quam vel in Academia Pragenſi vel Viennenſi honorarij loco expectas. Quid ais Prædicans? ſi interroger, quam Eccleſiam ſequatur Auguſtiſsimus Imperator, Sereniſsimi & Illuſtriſsimi Electores Catholici; Ex mente Thummij reſpondendum mihi erit, Sereniſsimos hos vertices viuere in impuro Lupanari, rem habere cum fœdiſsimo Scorto, cum publico propudio, cum Triueneficâ meretrice, &c. Si rurſus interroger, quo Sacramento Sereniſsima hæc capita inuicta ſint, ex mente Thummij reſpondendum mihi erit, Excremento Papæ. Fateor Thummi, mirabuntur Thummium Sereniſsimi hi proceres, ſi vel legerint, vel narrari audierint hæc tua in Romanam Eccleſiam, cuius ipſi membra ſunt, elogia. Mirabuntur reperiri potuiſſe Cõfeſsionis Auguſtanæ hominem, qui intra Germaniæ viſcera publicis chartis tam atrocia emittere auſus fuerit. Ego verò veniam tibi dandam exiſtimo. Es enim inter illos, de quibus S. Hieronymus k. *qui accuſando viros illuſtres ſuo nomini famam quærunt. Illuſtrius calumniæ tuæ obiectum reperire non poteras, quàm Romanam Eccleſiam, in eáque omnes orthodoxos proceres.*

Thummius in quâ Eccleſia collocet Imperatorem & Principes orthodoxos.

Thummius quo Sacramento inunctos dicat Cæſarem, & proceres.

Quare Thummius in Eccleſiam Romanam incitatior feratur.

a. *lib. de præſcript. contra hæreticos, c. 36.*
b. *Epiſt. ad Antonian.* c. *Epiſt. 55.* d *lib. 3. c. 3.*

3. c. 3. e. *l. 8. C. de ſumma Trin.* f. *Nouella conſt. 1x.* g. *dict. l. 8. C. de ſum. Trinit.* h. *in Epiſtolis ſupra citatis.* i. *in Actis Theolog. VVittenberg. & Patriarcha Conſtantinopol. pag. 378.* k. *epiſt. 91.*

CAPVT X.

MODESTIA THVMMII IN Romanum Imperium.

1. DE Romano Imperio (quod per beſtiam Apocalypticã, pag. 35. intelligit) ita ſentit Prædicans, pag. 35. *Spiritus ſanctus mirandam beſtiæ* (Romani Imperij) *& mulieris* (Eccleſiæ Romanæ) *inſtituit copulationem, mutuamq; vnius in aliam quaſi metamorphoſin, vt vna ſit alia, vel pars, vel de eſſentia alterius, imò vtraque ſit vnum, & vnus Antichriſtus.*

Imperiũ Romanum Thũmio eſt Antichriſtus.

2. Negat prædicãs pag. 38. *Charact. Pontificem à pijs pro Eccleſiæ capite agnoſci, ſed ab impijs.* Atqui ſubſumo ego, pontifex pro Eccleſiæ capite agnoſcitur ab Imperatore, Electoribus, principibus Romano Catholicis. *Ergo.* Imperator, Electores, Principes Romano Ca-

Eſt impium.

no Catholici &c. ſunt; tu hoc nomen adde, horret calamus meus, *impiam* vocem exarare.

3. Cum pag.36. & 37. dixiſſet Prædicans, *per beſtiam apocalypticam intelligi Romanum Imperium, per mulierem verò Eccleſiam Romanam,* hæc ſubiungit pag.39. *Beſtia, & mulier conuenit in colore coccineo, qui ceu regius hypocriticus, & tyrannicus, vtriuſq; ſuperbum, improbum, & cruētum animum deſignat.* Hæc prædicans in Imperio ſcribit de imperio, & hoc impunè; & laudem inde quærit. Eſt tyrannicum, ſuperbum, cruentum.

NOTÆ.

Itáne verò Thummi Romanum Imperium (cuius caput Imperator, præcipua membra Electores, & Imperij principes) Antichriſtus? Impium, Hypocriticum, Tyrannicum, ſuperbum, Improbum, cruentum? Hoccine eſt, vt in Confeßione Auguſtanâ a. *profeßi eſtis, debitam politico Magiſtratui parentiam, & reuerentiam exhibere? Ego hic calamum inhibeo. Notationem hanc proſequi, Theologorum non eſt, ſed Iuriſconſultorum. Sholaſtici tribunalis non eſt, ſed forenſis. Eccleſiam ego Romanam; Romanum Imperium vel ipſi defendent*

ſendent Iuriſperiti Tubingenſes. 2. articulo. 16: pag. 6.

CAPVT XI.

MODESTIA THVMMII IN vrbem Romam.

Imperatores vocant, Almã vrbem, glorioſam Romanam vrbẽ. Patriam legum, fontem Sacerdotij. vide Epiſtolas, & leges ſupra citatas.

1. EAm prædicans in ſuo Iubilæo pag. 10. & 11. ita modeſtiſsimè depingit.

Roma eſt Babylon myſtica, ſtabulum meretricum, vrbs Sodomitarum, Emporium refertum furibus, Latronibus. Ibi animarum deceptores, & Impoſtores inſignes, ærarium commune peccatorum, Pater omnium fabularum. Ibi viget ſimonia, exercentur doli, Auaritia ſerpit, rapinæ negotiationes ſunt, fraudes prudentia putantur, impoſturæ ſapientia nominantur, hæreſes ſcientia iudicantur, inſcitia intellectus iactitatur. Ibi Pater mendacij reſidet, Antichriſtus dominatur, Cardinales ſupparaſitantur, Ieſuitæ Sanginolenta, & pluſquam turcica conſilia ſuggerunt, Monachi cucullati diaboli ſatellites liberè ſcortantur, moniales proſtibula publica, Gynæcea, publica ſcortaria ſunt: ibi cenſus annuus datur peccatorum, cenſus lactis, cenſus peccati; ibi mare

Conuitiorum Pelagus.

malorum

malorum, ſylua peccatorum, latiſſimus campus nequiſſimorum: ibi denique (deficit vox) compendium, & ſimul Tomi omnium malorũ, omnium flagitiorum, omnium ſcelerum. Diſcite ô Theologi modeſtè loqui à Thũmio modeſtiæ exemplo.

Hic ſi placidè ſic loquitur, quid tonans faciet?

NOTÆ.

Compendium, & ſimul Tomos omnium conuitiorum dare voluit Thummius, daturus integram Bibliothecam, niſi vox hominem defeciſſet. Sed quid oro te prædicans hæc conuitiorum abyſſus? Si Romanus quiſpiam de Tubinga, Dreſdâ, VVittenberga, talia effutiret, annon ſi in eius vindictam.

Flectere non poſſes ſuperos, acheronta moueres?

Sed vin ſcire, quas munitiones Romani paraturi ſint, cum vrbem ſuam à rediuiuo hoc Annibale punicis certè machinis cernent oppugnari? Dicam. Simplicem chartam manibus prætendent cum hac Martialis a. *in Cæcilium ſcurram Epigraphe.*

Vrbanus tibi prædicans videris.
Non es crede mihi: quid ergo? verna es.
Hoc, quod Tranſtiberinus ambulator.
Quod cuſtos, Dominuſq; viperarum.

Quod

Quod viles pueri ſalariorum.
Quod de Gadibus improbus Magiſter,
Qui Galbam ſalibus tuis, & ipſum
Poſſes vincere ſeſtium Caballum,
Ludit qui ſtolidâ procacitate,
Non eſt ſeſtius ille; ſed Caballus.

A. lib. 1. epig. 42.

CAPVT XII.

PATRES SOCIETATIS QVOmodo tractet.

1. INcipiam ab IGNATIO, & XAVERIO nuper totius Chriſtianitatis plauſu, gaudioque inter Diuos relatis. Quorum vitam, geſta, miracula, iuratis teſtibus probata, Antiſtitum, & procerum maximorum teſtimonijs confirmata; nó horret improbè prædicans arrodere, eludere, criminari. Id omne falſum, confictumq; eſſe debet, quod ſiue deliro capiti, ſiue phariſaico pectori diſplicet. Quod innumeri teſtes omni exceptione maiores iurati dicunt, quod viri Clariſsimi ſigillis ſuis teſtãtur, id Thummius in dubium reuocat, imò

Cui credemus tandem?

imò falſitatis condemnat, ipſe nimirū maximæ fidei, vt ex ſequenti tractatu Lector perſpiciet. Sed videamus encomia Thummiana in ſanctos.

1. SS. Ignatium, & Xauerium vocat *Selectiſſima diaboli organa* pag. 81.

Quod cum ei R. P. Georgius Stengelius obieciſſet; vide quam modeſtè factum ſuum tueatur. In præfatione ignis Fatui.

GRVNNIS me impurum os in cœlum ponere, inquit, eò quod ſanctiſſimum Papam, Filios eius Ieſuitas, & EXCREMENTA Loiolam, & Xauerium ab ipſo canoniſatos aggreſſus, & pro merito tractauerim. Reſpondeo. Nemini feci iniuriam: ſed Scapham Scapham, ligonem ligonem *appellaui. Quid enim ille Sanctiſſimus Papa, qui Satanæ primogenitus? quid illi Patres Ieſuitæ, qui ab ipſo diabolo ceu νευρόσπαστα ἀγάλματα, & mancipia ad omnem nequitiam perpetrandā, omnemque tranquillitatem diſturbandam agitantur?* b. *Quid illi Loiola, & Xauerius? de quibus in cœlo num ſint, meritò ambigitur. Quid enim de ijs fieri debet, de quibus 1. non conſtat an vnquam baptizati. 2. Qui Ieſuiticæ ſectæ veluti vltimi diaboli conatus anteſignani,*

Quis non Rideat ineptias Thūmianas.

ſignani, quos non tantum in religione omniũ damnatorum errorum reos, ſed etiam in politia omnium ſcelerum turpitudine conſpurcatos eſſe conſtat, è quibus demum omnium malorum ſentina in reſpublicas deſtluit? in præfat. ignis Fatui. pag. 7.

2. Loiolam Ieſuuiticæ ſectæ Deaſtrum vocat. *Antich. poſter.*

3. S. Xauerium vocat den luſſt Baſtlein pag. 68. Ant. poſter. *propter miracula in mari patrata.*

4. Patres alios è Societate vocat. 1. Otioſos Monachos, Cleptas, & inutilia pecora campi pag. 36. poſter. Antich.

2. Diaboli filiolos dilectiſsimos pag. 39.

Mutato nomine de te fabula narratur Thummi.

3. Diabolum illis ſpiritum peſsimum qui IESVM in perſonâ, & officio ſoluit, ſpiritum huius mundi immundũ, ſpiritum erroris, vertiginis, & mendacij, ſpiritum nequã, iræ, liuoris, acerbitatis & fornicationis infudiſſe. pag. 39.

4. Eorum primipilum, authorem & fundatorem eſſe diabolum. pag. 43.

5. Eos extra ſanguinaria conſilia quæ

cudunt,

cudunt, ceu inutilia terræ pondera, & pecora campi ceſſatione, & veterno ſemper torpere pag. 38.

6. Eſſe malè feriatos errones, veterinarios Ieſuitas pag. 1. Charact.

7. Ingolſtadij aſinos Ieſuitis, ſicut coruos ſuibus inequitare pag. 36.

8. Legatos Draconis Pontificij in Repetit: ſacræ doctrinæ de maieſtate. pag. 1.

9. Collegia omnium vitiorum, & ſcelerum ſentinas. ibidem.

10. Scorpiones maieſtatis Chriſti ibid. pag. 3.

11. Tam diu orbis vos ſuitas profligatos ſicarios habebit, donec contrarium luculẽter oſtendatis. Antich. poſt. pag. 75.

Qui pote Thummi? accuſamur à tui ſimilibus grauium ſcelerum. Negamus, hoc ſatis eſt; veſtrum eſt probare nos reos eſſe l. 2. ff. de probat. ſi dicerem Thummius eſt fur ſacrilegus, homicida, adulter, Patriæ proditor: talemq́ue te conuincerem eo argumento, talem te Thummi orbis habebit, donec contrarium luculenter oſtendas.

ſtendas. quid diceres? ineptè me probare. Rectè diceres, idem de te rectè dico.

Me verò miris deprædicat encomijs. Appellat me.

1. Inſani cerebri pag.37.poſter. Antich.
2. Me toties puras, putas fabulas, mera, meriſsima mendacia dicere pag.42.

Mores ſuos depingit Thummius.

3. Caninam meā impudentiam publicitus erupiſſe pag. 44.
4. Lapp-ὄνον 48. præceſſerat aliquid de Iaponibus, vnde puerile ſcomma hoc fabricatur Thummius.
5. Fatuum, pag. 49. & ſtolidum, p. 41. Suitam, paſsim.
6. Ceu rabidum canem latrare, p.52.

Quis ſcurra vnquam ſic locutus eſt?

7. Pag.60. ita me alloquitur. Si autem mi Lechnere, à me ceu à rediuiuo Atreo, vel alijs ad epulandum apponendus, vel ceu ab ἀνδρωποφαγῷ vorandus eſſes, tibi vti Gobioni capitato, vel aſello, prius caput tuum deforme auellerem.
8. Dignam hæretico inſaniam mihi eſſe. pag. 29.
9. Scriptionem meam vocat paroxiſmum

mum furoris, pag. 2. deliria Suitica. pag. 55. febricitantis Lechneri deliramenta, pag. 37.

10. Habere me diabolicam calumniandi malitiam.

11. In reprobum ſenſum datum eſſe, pag. 32.

12. Me rudere. pag. 36. Rabioſè latrare. pag. 57.

13. Radicalem aſinitatem meam prodere. pag. 38.

14. Rabidum canem. pag. 52. poſter. Antich.

15. Me per rabiem in Euangelicos à diabolo excæcatum. pag. 60.

16. Inter inpudentiſsimos ſeplaſiarios numerandum. pag. charact.

17. Malum diaboli coruum. pag. 2.

18. Onarcha, mpag. 95. Antich. poſter.

19. Scripta mea vocat Sophiſticationes, impoſturas, fraudes, in repet. ſanæ doctrinæ pag. 1. Aniles gerras, Voluſi annales, cacatas chartas. pag. 2. Euanida blateramenta, ocioſas nugas, ſcurrilia ſcommata, ineptias inſulſas, inconditas pag. 3. Nænias. pag. 4.

20. Me vocat Trygodæmonem, morionem, ridiculum, γελωτοποιόν. p. 2. Aſinum pag. 4.

NOTÆ.

Detonuit tandem Xanthippe noſtra. Ego paucula ex te virorum modeſtiſsime, quæro.

Vide ſis Lector modeſtiæ exemplum.

I. Quomodo hæ conuitiorum ſiluæ cum illis verbis tuis conſiſtant? nolo tecum, inquis, pag. 2. charact. in conuitiandi palæſtram deſcendere, in qua victori maior, quam victo pœna expectanda eſt; verùm PLACIDE *tecum agam, vt meo exemplo diſcas, res Theologicas & doctrinæ capita* MODERATO *tractare filo. Hoccine moderatum filum? funes nautici ſunt. Ego fateor Thummi, in hac conuitiorum palæſtrâ congredi tecum non auſim. Digitum tollo antequam arma ſumo. Es enim, vt video in hac arenâ alter* a.

Hermes omnibus eruditus armis,
Hermes, & gladiator, & Magiſter,
Hermes omnia ſolus, & ter vnus.

Qui dicit quæ vult, audiet, quæ non vult.

II. Cum in Colloquio Ratiſponenſi Prædicantem Hunnium Theologi Bauarici ſemel, atque iterum verſipellem vocaſſent, ferendo tantam ignominiam non fuit Prædicans, ſed mox ad ipſum Sereniſsimum Bauariæ Ducem

con-

conuerſus, Sereniſsime, exclamat, b. *& Illuſtriſsime Princeps, affecti ſumus iniuriâ, dum aliquoties vocati ſumus verſipelles. Quid iam, oro te Thummi, egiſſet hic Prædicans? Quas non tragœdias excitaſſet? ſi eum Theologorum aliquis diaboli coruum, rabidum canem, aſinum delirum, ſtolidum, fatuum, impudentiſſimum ſeplaſiarium appellaſſet? Et tamen his floſculis tu me coronas. Tibiq́ interim modeſtorum alpha videris.*

III. *Si vt ais, Ieſuitæ otioſi ſunt, ſi ceſſatione, & veterno ſemper torpent, duo tantùm ex te intelligere peruelim.*

PRIMO, *cur ergo Iacobus Heilbrunnerus adeò deſperabundè ſuper indefeſſo Ieſuitarum labore in hunc modum lacrimatur?* a. Weil dann diſes (Jeſuiter) Vnzifer ſich je lenger je mehr mehret/ vnnd wie der Krebs vmb ſich friſt/ ꝛc. Als haben die Schilde auff Erden / vnnd Pfleger der rechtglaubigen Kirchen / Chriſtliche Potentatem/ Fürſten vnd Obrigkeiten groſſe vrſachen/ſich vor jhnen vnd jhren Practicken wol fürzuſehen/ꝛc. Vnnd dieweil ſie theils nicht allein mit dem Mundt / ſondern auch mit der Feder ſich vnderſtehen die Leuthe jrr zu machen / zu verführen/ vnſere Chriſtliche Lehr / vnd Bekanntnuß/ zugleich den tewren Mann An Ieſuitæ ſint ocioſi.

Gottes vnnd dritten Eliam S. Luthern ſeeligen / ſampt andern vmb die Kirche Chriſti in diſen letſten zeiten wolverdienten Theologis / auff das ergſte zuuerläſtern / Als kan vnd ſoll man nicht vnderlaſſen / jhnen auch mit ſchrifftlicher Verantwortung zubegegnen. Alle fromme Chriſten ſollen ſo Tags / ſo Nachts Gott anruffen / vnd bitten / daß er all jhr Vorhaben hindertreiben / zu Spott machen / vnnd vns vor diſem Geſchlecht behüten wölle ewigklich. Hæc tuus Hailbrunnerus. *Sed quid obſecro Thummi opus eſt, vt tota Synagoga veſtra pernox, & perdia contra Ieſuitas cælum precibus fatiget, ſi Ieſuitæ toti otioſi ceſſatione, & veterno torpent?* Si *ſomnus* noſter tantas vobis turbas ciet, quid *vigiliæ* facient? *Verum audi ſutliuium tuum*, d. *quid ille de veterno Ieſuitarum cenſeat, omnes, inquit, ego viros doctos & pios, &c. hortor & moneo, vt coniunctis copijs communem piorum hoſtem aggrediantur, atque vt iſtos Ieſuitas prælium redintegrantes fortiter pellant, fundant, fugent. Acies aduerſariorum iam pridem inclinare cœpit, & terga vertere: Hi ſoli ſuos pugnam detrectantes in aciem reduxerunt, præliúmque ſe reſtituturos ſperant. Si hos vincamus, & Chriſtus honorem ſuum, & Eccleſia libertatem,*

& nos

& nos omne ius noſtrum recuperabimus. Vbi iam es Thummi? Itáne Ieſuitæ dormiendo prælium redintegrant? Stertendo fugientes in aciem reducunt? Profectò Thummi videris occultè cum Ieſuitis colludere, quod enim alij indefeſſo illorum labori adſcribunt, hoc tu ais per otium, in ſomno à Ieſuitis perfici.

SECVNDO *ſi Ieſuitæ ceſſatione, & veterno ſemper torpent, quæ ergo cauſa, quod omnium veſtrum calami in nos vſq; adeo armentur? quid à dormientibus, ab otioſis, emaſculata pectora metuitis? Editus eſt anno. 1608. veſtrorum operâ libellus cum hac epigraphe, ſpeculum ſeu Theoria doctrinæ Ieſuiticæ, in quo vos ipſi ad ducentos ſexaginta libros lectori proponitis, quos veſtri contra Societatem noſtram vſque ad annum 1608. emiſerunt. Certè contra Solos Ingolſtadienſis Academiæ è Societate Theologos, ad triginta libros his annis Tubingâ, VVitebergâ, Geneuâ, Ienâ, Franekerâ, Heidelbergâ, Lauingâ, Tiguro, &c. euulgaſtis. Tu rurſus cogita ſi hæc otia noſtra ita Synagogã veſtram concutiunt, quid à labore noſtro metuendum vobis ſit.*

IV. *Ad me quod attinet: Gratias habeo encomijs tuis. Laudaſti me, dum vituperaſti. Clamas, quia doles. Eiulas; quia* Quantam iacturam faciã Thummianis conuitijs.

vulnus ſentis. Indignaris, quia cauſam perdidiſti. Si me apud prudentes vituperare vis, lauda.

Claudam partem hanc aptiſsimis ad rem noſtram verbis S. Auguſtini, *e.* cuius in ſcribendo Modeſtiam propoſitam omnibus eſſe debere iudico. *Legi, Petiliane,* (Thummi) *litteras tuas* (Libellum tuum de Papa Antichriſto) *quando legere potui, quibus te ſatis indicaſti aduerſus Catholicam Eccleſiam pro parte Donati* (Lutheri) *nec aliquid valuiſſe dicere idoneum, nec tacere permiſſum. Quos æſtus paſſus es, quanta cordis tempeſtate fluctuaſti, cùm legiſſes ea quibus parti epiſtolæ tuæ* (Libelli tui) *quæ in manus meas tunc venerat, quanta potui breuitate, ac perſpicuitate reſpondi. Vidiſti enim tanta firmitate roboratam, tanta luce illuſtratam, quam tenemus & defendimus veritatem, vt quid contra eam dicendum eſſet, quo conuicta refelleretur, inuenire non poſſes. Attendiſti etiam multorum, qui ea legerant expectationem in te eſſe conuerſam, ſcire cupientium quid diceres, quid ageres, quà euaderes, quò ex tantis anguſtijs, quibus te Dei verbum circumuallarat, erumperes. Hîc tu qui debueras contempta opinione*

Quid Menzerus & Feurbornius? Quid totum venerandum Tubingenſe miniſterium?

nione vanorum pergere in veram, ſanamque ſententiam, feciſti quod de talibus ſcriptura prædixit. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatẽ, iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. *Proinde ſi & ego tibi vellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quam duo maledici eſſemus, vt ij qui nos legerent, alij deteſtatos abijcerent ſanâ grauitate; alij ſuauiter haurirent maleuola voluntate? Ego quando cuique vel dicendo vel ſcribendo reſpondeo; etiam contumelioſis criminationibus laceßitus, quantum mihi Dominus donat, frænatis, atque coërcitis vanæ indignationis aculeis, auditori, lectoriuè conſulens, non ago vt efficiar homini conuiciando ſuperior, ſed errorem conuincendo ſalubrior. Si enim qualecunque cor habent, qui ea quæ ſcripſiſti conſiderant, quid tibi profuit ad cauſam quæ inter nos de communione Catholica, vel de parte Donati*(de PontificisRomani auctoritate legitima inDei Eccleſiam) *agitur, quod relicto negotio quodammodo publico, priuata quadam ſimultate hominis vnius vitam, maledicis opprobrijs inſectatus es, quaſi homo ille ſit cauſa, quæ inquiritur? Iam malè exiſtimaſti, non dicam de Chriſtianis, ſed de ipſo humano genere, vt non crederes poſ-*

Maledicos prudentes viri auerſantur.

Etiã Thummium.

ſe tua ſcripta in manus aliquorum venire prudentium, qui ſe à perſonis noſtris tollerent, & quæſtionem potius quæ inter nos vertitur inquirerent, nec qui vel quales eſſemus, ſed quid pro veritate, vel contra errorem diceremus attenderent? Et horum iudicium tibi reuerendum fuit, quorum reprehenſio præcauenda, ne te arbitrarentur nihil inueniſſe quod diceres, niſi tu proponeres cui quoquo modo malediceres. Sed videlicet quorundam leuitate atque vanitate qui libenter audiunt lites nugantiũ diſertorum, vt cum attendunt quam eloquenter conuiceris, ſimul non intueantur quàm veraciter conuincaris. Simul & illud opinor egiſti, vt occupatus in ea defenſione, ſuſceptam cauſam etiam ipſe deſererem, atque ita hominibus non ad diſputantium, ſed ad litigantiũ verba conuerſis obſcuraretur veritas, quam diluceſcere, atque innoteſcere formidatis. Ego itaque contra tale conſilium quid agam? niſi mea potius defenſione neglecta rem teneam, de qua intentionem meam nullus meus criminator excutiat, domum Dei mei, cuius decorem dilexi, præconio ſeruientis vocis extollam, me verò humiliabo, & abijciam; Elegi enim abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis hæreticorum. Hæc

Artes Thummianæ.

S.Augu-

S. Auguſtinus, cuius vt conſilium ſequaris, Thummi, rogo: abſiſte ſcurrilibus maledictis, rem cum re confer, & quod à me ſcriptis publicè, priuatimque per nuncios poſtulas, vt acerbitatem in ſcribendo relinquam, ſi potes, prior monitis tuis obedito. Ego ſic tecum agam, vt de perſona tua nihil dicam, ſcripta tantum tua qualia ſint, in lucem producam. Modeſta ne ſint illa, ex his quæ attuli; docta, vera, conſtantia, propriáne ſint, ex illis quæ partibus conſequentibus allaturus ſum, Lector AEquus & prudens iudicabit.

a. *Martialis lib. 5. epig. 25.* b. *ſeſſ. 13. pag. 383.* c. *In præfatione apologiæ Papatus Acatholici.* d. *in præfat. contra Bellarm. de Pontif. pag. 12.* e. *lib. 3. contra Petilianum. c. 1.*

ſtendas. quid diceres? ineptè me probare. Rectè diceres, idem de te rectè dico.

Me verò miris deprædicat encomijs. Appellat me.

1. Inſani cerebri pag.37.poſter. Antich.
2. Me toties puras, putas fabulas, mera, meriſsima mendacia dicere pag.42.
3. Caninam meã impudentiam publicitus erupiſſe pag. 44.

Mores ſuos depingit Thummius.

4. Lapp-ὄνον 48. præceſſerat aliquid de Iaponibus, vnde puerile ſcomma hoc fabricatur Thummius.
5. Fatuum, pag. 49. & ſtolidum, p. 41. Suitam, paſsim.
6. Ceu rabidum canem latrare, p.52.
7. Pag.60. ita me alloquitur. Si autem mi Lechnere, à me ceu à rediuiuo Atreo, vel alijs ad epulandum apponendus, vel ceu ab ἀνθρωποφαγῳ vorandus eſſes, tibi vti Gobioni capitato, vel aſello, prius caput tuum deforme auellerem.

Quis ſcurra vnquam ſic locutus eſt?

8. Dignam hæretico inſaniam mihi eſſe. pag.29.
9. Scriptionem meam vocat paroxiſmum

mum furoris, pag. 2. deliria Suitica. pag. 55. febricitantis Lechneri deliramenta, pag, 37.

10. Habere me diabolicam calumniandi malitiam.

11. In reprobum ſenſum datum eſſe, pag. 32.

12. Me rudere. pag. 36. Rabioſè latrare. pag. 57.

13. Radicalem aſinitatem meam prodere. pag. 38.

14. Rabidum canem. pag. 52. poſter. Antich.

15. Me per rabiem in Euangelicos à diabolo excæcatum. pag. 60.

16. Inter inpudentiſsimos ſeplaſiarios numerandum. pag. charact.

17. Malum diaboli coruum. pag. 2.

18. Onarcha, m pag. 95. Antich. poſter.

19. Scripta mea vocat Sophiſticationes, impoſturas, fraudes, in repet. ſanæ doctrinæ. pag. 1. Aniles gerras, Voluſi annales, cacatas chartas. pag. 2. Euanida blateramenta, ocioſas nugas, ſcurrilia ſcommata, ineptias inſulſas, inconditas pag. 3. Nænias. pag. 4.

conuerſus, Sereniſsime, exclamat, b. *& Illuſtriſsime Princeps, affecti ſumus iniuriâ, dum aliquoties vocati ſumus verſipelles. Quid iam, oro te Thummi, egiſſet hic Prædicans? Quas non tragœdias excitaſſet? ſi eum Theologorum aliquis diaboli coruum, rabidum canem, aſinum delirum, ſtolidum, fatuum, impudentiſſimum ſeplaſiarium appellaſſet? Et tamen his floſculis tu me coronas. Tibiq́ interim modeſtorum alpha videris.*

III. Si vt ais, Ieſuitæ otioſi ſunt, ſi ceſſatione, & veterno ſemper torpent, duo tantum ex te intelligere peruelim.

PRIMO, *cur ergo Iacobus Heilbrunnerus adeò deſperabundè ſuper indefeſſo Ieſuitarum labore in hunc modum lacrimatur?* a. Weil dann diſes (Jeſuiter) Vnzifer ſich je lenger je mehr mehret / vnnd wie der Krebs vmb ſich friſt / ꝛc. Als haben die Schilde auff Erden / vnnd Pfleger der rechtglaubigen Kirchen / Chriſtliche Potentatem / Fürſten vnd Obrigkeiten groſſe vrſachen / ſich vor jhnen vnd jhren Practicken wol fürzuſehen / ꝛc. Vnnd dieweil ſie theils nicht allein mit dem Mundt / ſondern auch mit der Feder ſich vnderſtehen die Leuthe jrr zu machen / zu verführen / vnſere Chriſtliche Lehr / vnd Bekanntnuß / zugleich den tewren Mann

An Ieſuitæ ſint ocioſi.

Gottes vnnd dritten Eliam D. Luthern ſeeligen / ſampt andern vmb die Kirche Chriſti in diſen letſten zeiten wolverdienten Theologis / auff das ergſte zuuerläſtern / Als kan vnd ſoll man nicht vnderlaſſen / jhnen auch mit ſchrifftlicher Verantwortung zubegegnen. Alle fromme Chriſten ſollen ſo Tags / ſo Nachts Gott anruffen / vnd bitten / daß er all jhr Vorhaben hindertreiben / zu Spott machen / vnnd vns vor diſem Geſchlecht behüten wölle ewigklich. Hæc tuus Hailbrunnerus. *Sed quid obſecro Thummi opus eſt, vt tota Synagoga veſtra pernox, & perdia contra Ieſuitas cælum precibus fatiget, ſi Ieſuitæ toti otioſi ceſſatione, & veterno torpent?* Si *ſomnus* noſter tantas vobis turbas ciet, quid *vigiliæ* facient? *Verum audi ſutliuium tuum*, d. *quid ille de veterno Ieſuitarum cenſeat, omnes, inquit, ego viros doctos & pios, &c. hortor & moneo, vt coniunctis copijs communem piorum hoſtem aggrediantur, atque vt iſtos Ieſuitas prælium redintegrantes fortiter pellant, fundant, fugent. Acies aduerſariorum iam pridem inclinare cœpit, & terga vertere: Hi ſoli ſuos pugnam detrectantes in aciem reduxerunt, præliúmque ſe reſtituturos ſperant. Si hos vincamus, & Chriſtus honorem ſuum, & Eccleſia libertatem,*

& nos

& nos omne ius noſtrum recuperabimus. Vbi iam es Thummi? Itáne Ieſuitæ dormiendo prælium redintegrant? Stertendo fugientes in aciem reducunt? Profectò Thummi videris occultè cum Ieſuitis colludere, quod enim alij indefeſſo illorum labori adſcribunt, hoc tu ais per otium, in ſomno à Ieſuitis perfici.

SECVNDO *ſi Ieſuitæ ceſſatione, & veterno ſemper torpent, quæ ergo cauſa, quod omnium veſtrum calami in nos vſq; adeo armentur? quid à dormientibus, ab otioſis, emaſculata pectora metuitis? Editus eſt anno. 1608. veſtrorum operâ libellus cum hac epigraphe, ſpeculum ſeu Theoria doctrinæ Ieſuiticæ, in quo vos ipſi ad ducentos ſexaginta libros lectori proponitis, quos veſtri contra Societatem noſtram vſque ad annum 1608. emiſerunt. Certè contra Solos Ingolſtadienſis Academiæ è Societate Theologos, ad triginta libros his annis Tubingâ, VVitebergâ, Geneuâ, Ienâ, Franekerâ, Heidelbergâ, Lauingâ, Tiguro, &c. euulgaſtis. Tu rurſus cogita ſi hæc otia noſtra ita Synagogã veſtram concutiunt, quid à labore noſtro metuendum vobis ſit.*

IV. *Ad me quod attinet. Gratias habeo encomijs tuis. Laudaſti me, dum vituperaſti. Clamas, quia doles. Eiulas, quia* — Quantam iacturam faciã Thummianis conuitijs.

vulnus ſentis. Indignaris, quia cauſam perdidiſti. Si me apud prudentes vituperare vis, lauda.

Claudam partem hanc aptiſsimis ad rem noſtram verbis S. Auguſtini, *e.* cuius in ſcribendo Modeſtiam propoſitam omnibus eſſe debere iudico. *Legi, Petiliane,* (Thummi) *litteras tuas* (Libellum tuum de Papa Antichriſto) *quando Legere potui, quibus te ſatis indicaſti aduerſus Catholicam Eccleſiam pro parte Donati* (Lutheri) *nec aliquid valuiſſe dicere idoneum, nec tacere permiſſum. Quos æſtus paſſus es, quanta cordis tempeſtate fluctuaſti, cùm legiſſes ea quibus parti epiſtolæ tuæ* (Libelli tui) *quæ in manus meas tunc venerat, quanta potui breuitate, ac perſpicuitate reſpondi. Vidiſti enim tanta firmitate roboratam, tanta luce illuſtratam, quam tenemus & defendimus veritatem, vt quid contra eam dicendum eſſet, quo conuicta refelleretur, inuenire non poſſes. Attendiſti etiam multorum, qui ea legerant expectationem in te eſſe conuerſam, ſcire cupientium quid diceres, quid ageres, quà euaderes, quò ex tantis anguſtijs, quibus te Dei verbum circumuallarat, erumperes. Hîc tu qui debueras contempta opinione*

Quid Menzerus & Feurbornius? Quid totum venerandum Tubingenſe miniſterium?

nione vanorum pergere in veram, ſanamque ſententiam, feciſti quod de talibus ſcriptura prædixit. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatẽ, iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. *Proinde ſi & ego tibi vellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quam duo maledici eſſemus, vt ij qui nos legerent, alij deteſtatos abijcerent ſanâ grauitate; alij ſuauiter haurirent maleuola voluntate? Ego quando cuique vel dicendo vel ſcribendo reſpondeo; etiam contumelioſis criminationibus laceſsitus, quantum mihi Dominus donat, frænatis, atque coërcitis vanæ indignationis aculeis, auditori, lectoriuè conſulens, non ago vt efficiar homini conuiciando ſuperior, ſed errorem conuincendo ſalubrior. Si enim qualecunque cor habent, qui ea quæ ſcripſiſti conſiderant, quid tibi profuit ad cauſam quæ inter nos de communione Catholica, vel de parte Donati* (de Pontificis Romani auctoritate legitima in Dei Eccleſiam) *agitur, quod relicto negotio quodammodo publico, priuata quadam ſimultate hominis vnius vitam, maledicus opprobrijs inſectatus es, quaſi homo ille ſit cauſa, quæ inquiritur? Iam malè exiſtimaſti, non dicam de Chriſtianis, ſed de ipſo humano genere, vt non crederes poſ-*

Maledicos prudentes viri auerſantur.

Etiã Thummium.

ſe tua ſcripta in manus aliquorum venire prudentium, qui ſe à perſonis noſtris tollerent, & quæſtionem potius quæ inter nos vertitur inquirerent, nec qui vel quales eſſemus, ſed quid pro veritate, vel contra errorem diceremus attenderent? Et horum iudicium tibi reuerendum fuit, quorum reprehenſio præcauenda, ne te arbitrarentur nihil inueniſſe quod diceres, niſi tu proponeres cui quoquo modo malediceres. Sed videlicet quorundam leuitate atque vanitate qui libenter audiunt lites nugantiū diſertorum, vt cum attendunt quam eloquenter conuiceris, ſimul non intueantur quàm veraciter conuincaris. Simul & illud opinor egiſti, vt occupatus in ea defenſione, ſuſceptam cauſam etiam ipſedeſererem, atque ita hominibus non ad diſputantium, ſed ad litigantiū verba conuerſis obſcuraretur veritas, quam diluceſcere, atque innoteſcere formidatis. Ego itaque contra tale conſilium quid agam? niſi mea potius defenſione neglecta rem teneam, de qua intentionem meam nullus meus criminator excutiat, domum Dei mei, cuius decorem dilexi, præconio ſeruientis vocis extollam, me verò humiliabo, & abijciam; Elegi enim abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis hæreticorum. Hæc

Artes Thummianæ.

S.Augu-

S. Auguſtinus, cuius vt conſilium ſequaris, Thummi, rogo: abſiſte ſcurrilibus maledictis, rem cum re confer, & quod à me ſcriptis publicè, priuatimque per nuncios poſtulas, vt acerbitatem in ſcribendo relinquam, ſi potes, prior monitis tuis obedito. Ego ſic tecum agam, vt de perſona tua nihil dicam, ſcripta tantum tua qualia ſint, in lucem producam. Modeſta ne ſint illa, ex his quæ attuli; docta, vera, conſtantia, propriáne ſint, ex illis quæ partibus conſequentibus allaturus ſum, Lector AEquus & prudens iudicabit.

a. *Martialis lib. 5. epig. 25.* b. *ſeſſ. 13. pag. 383.* c. *In præfatione apologiæ Papatus Acatholici.* d. *in præfat. contra Bellarm. de Pontif. pag. 12.* e. *lib. 3. contra Petilianum. c. 1.*

II. PARS.

LOGICA THVMMIANA

Ἀλόγιστος.

LOGICA ratiocinandi formam cõplexa eſt: quæ cũ per totũ opus diffuſa ſit, parteſq; materiales in ordinem redigat, idcirco de ea ante materiam operis tractandum eſſe viſum eſt. Cæterùm mirum eſt, quàm Lutheri ſoboles *Dialecticam* veram exoſa ſit, cuius rei cauſam aliam non video, quam quia *Dialectica* teſte Ariſtotele, *a.* ἐξεταστικὴ οὖσα, πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. *Indagatrix exiſtens ad omnium ſcientiarum principia viam continet.* Cum igitur *latere* ſuas technas optet Lutheri progenies, quid mirum ſi *indagatricem* oderit *Dialecticam*? Deliteſcenti lupo inimica eſt.

Cur Prædicãtes Logicam oderint.

odora

----- odora canum vis.

Certè *Thummium* noſtrum ita *dialecticæ* infenſum video, vt ne *diſcere* quidem eam voluerit. Verum me loqui ſubiecta docent exempla.

a. *lib. 1. Topic. c. 2.*

CAPVT I.

QVOMODO PROBET Thummius præpoſitionem ἀντὶ ſimul, ſeu coniunctim ſignificare, & ſub ordinationem, & contrarietatem.

1\. CVM fol. 16. dixiſſet Prædicans, *Præpoſitionem ἀντὶ ſumi tam pro* contra, *quàm pro* vice alterius, ſic concludit. *Vtroque autem modo ſiue* CONIVNCTIM *Papam Antichriſtum dicimus: quia cum ſit Chriſti hoſtis, vt faciliùs fallat, ſe Chriſti vicem gerere mentitur*; Aſſertionem ita probat, pag. 13. *Licet, inquit, Antichriſtus ſenſu ſcripturæ primario aduerſarium deſignet, nil tamen obſtat, quo minus obliquè etiam ad falſo iactatum* VICARIATVM *reſpiciat, eò quod τὸ ἀντὶ quandoque etiam ſubordinationem denotet.*

Aliam

Aliam probationem, ſi rumpatur Prædicans, non exſculpet.

2. Quod ſi argumentum hoc in formam redigamus, hoc neceſſariò proueniet.

Præpoſitio ἀντὶ ſubinde ſignificat Vicariatum ſeu ſubordinationem.

Ergo præpoſitio ἀντὶ quandoque SIMVL *ſeu* CONIVNCTIM *ſignificat & aduerſarium & Vicarium.*

3. Iudices hîc ego conuoco omnes *Logicos* Tubingenſes. Prouoco ad omnes Dialecticas *Rami, Spannebergeri, Sturmij, Schrami, Hoſpiniani, Crelij. Keckhermanni,* ac demum ipſius *Melanchtonis* tui *a.* Viciſti, ſi Syllogiſmum hunc non ad *Hippocratis* Xenodochium deiecerint; *Melanchton* tuus hunc *morbum* vocat *argumentationem* à SENSV DIVISO AD COMPOSITVM. Perinde ac ſi ita argumentarer.

a. Thummius argumentatur ridiculè à ſenſu diuiſo ad compoſitum.

Thummius eſt dormiens.

Thummius eſt vigilans.

Ergo Thummius SIMVL *eſt dormiens, & vigilans.*

AD REM ipſam quod attinet. Per ego te, *Thummi,* quicquid charum habes,

bes, obteſtor. Profer *vnicũ* authorem, *vnicum* Patrem, *vnicum* ſcripturæ locum, in quo *τὸ ἀντὶ* in aliquâ voce *ſimul* & *ſubordinationem* & *contrarietatem* ſignificet. Contra obliquas *tuas* deductiones excipio, quæ *apud nos* plus ponderis habere non poſſunt, quàm *apud te*, noſtræ directæ deductiones; cùm curuo rectum non conſentiat.

ἀντὶ nuſquã ſignificat ſimul contrarium, & Vicarium.

a. *lib. 4. Erot. Dialect. pag. 378.*

CAPVT II.

QVAM BELLE PROBET Thummius, ἀντιςρατηγὸν ſignificare Vicarium prætoris.

1. BEllarminus *a.* inter alias rationes, quibus probat vocem *ἀντίχριστον* non ſignificare *Vicarium Chriſti*, etiam hanc adducit, *Quod ἀντὶ in compoſitione nunquam ſignificet* ſubordinationem, *ſed vel* contrarietatem, *vel, vt ex voce ἀντιςρατηγὸς patet* æquiualentiam. Thummius contrà per *Lutheri ſui adipẽ* iurat, hãc vocem *ἀντιςρατηγὸς Vicarium prætoris* ſignificare. Ita verò argumentatur. pag. 6.

ἀντὶ in compoſitione nũquam ſignificat ſubordinationem eius cum quo coniungitur.

ἀντι-

Αντιϛϱατηγὸς omnium grammaticorum confeßione proprætorem ſignificat.

Atqui proprætor Saluſtio eſt Legatus ceu perſona ſubordinata.

Ergo ἀντὶ quandoque ſubordinationem ſignificat.

2. *Maior* Thummio eſt certa, quã tamen in noſtro Antichriſto Thummiano pag. 6. negauimus. Thummius ait ſtare immotam, quam probare debuiſſet.

Minorem ſaluſtij auctoritate roborat. *a.* In bello Iugurthino, *Saluſtius* affirmat *b. Aulum proprætorem in caſtris relictum ab Albino conſule.* Eundem dein *aulum* vocat legatum *c. Iugurthâ cognitâ vanitate, atque imperitiâ legati, &c.*

Aulus fuit Proprætor antequam Legatus eſſet Albini Conſulis.

3. Bene eſt Thummi. Concedimus liberaliter, *quendam proprætorem ſeu ἀντιϛϱατηγὸν vt vocas egiſſe Vicarium* CONSVLIS. Inſpiciamus iam Syllogiſmũ tuum, indeque hanc contra *Bellarminũ* concluſionem inferamus. *Ergo ἀντιϛϱατηγὸς idem eſt, quod Vicarius prætoris.* Fauete linguis, vel quia Thummius Græcè loquitur, εὐφημεῖτε *Αντιϛϱατηγὸς omnium grammaticorum confeßione proprætorem ſignificat.* *Atqui*

Atqui proprætor Saluſtio eſt Legatus, ſeu Vicarius CONSVLIS.

Ergo ἀντιστράτηγος *eſt Vicarius* PRAETORIS.

Monſtrum horrendum, immane ingens, cui nomen ademptum? Quæ hæc ſuperi ſequela? quæ figura? quis modus?

Quidam proprætor eſt Vicarius CONSVLIS.

Ergo proprætor eſt Vicarius PRAETORIS.

Proprætor quà talis, non eſt Legatus, non eſt Vicarius.

4. Sed clementius tecum agam mi Thummi, & Syllogiſmum, *ad tuam mentem*, hoc modo formo.

Aulus apud Saluſtium eſt Vicarius conſulis.

Aulus eſt proprætor.

Ergo proprætor eſt Vicarius conſulis.

At rurſus dum vulnus tuum ſano, infligo. Diem enim tibi dicit *Melanchton* tuus *d.* vbi ſimilem omnino Syllogiſmum hoc modo ponit.

Depoſitus Thummij ſyllogiſmus medicinam reſpuit.

Dauid eſt beatus.

Dauid eſt adulter.

Ergo adulteri ſunt beati.

Moxque ipſemet ſubiungit. *Nego conſequentiam. Quia cum multa vni accidunt, cauſſæ transferuntur à per ſe cauſis, ad*

ea, quæ

ea, quæ adſunt per accidens. Viden doctiſsime Thummi, quam ſine vllo *ſale Saluſtium* tuum adduxeris.

a. *lib.3. de pontif.c.1.* b. *pag.114. Edit. Lugdun. 1589. in 12.* c. *pag.115.* d. *lib.4. Erot. dialect.*

Capvt III.

Qvam solide Thummius probet Papam eſſe Antichriſtum.

1. AVdiamus pag. 8. grande quid ratiocinantẽ Thummium. *Quiſquis ſe Vicarium Chriſti iactitat, & tamen reipsâ ei aduerſatur, hic verè eſt Antichriſtus. At talis eſt Papa Romanus.*

Vel Thummi, maior ſyllogiſmi tui falſa eſt.

Ergo *Papam Romanum eſſe Antichriſtum rectè concluditur.*

2. Vt nihil de immani *Minoris* falſitate dicam. Contemplare mihi Pauliſper Syllogiſmi tui robur. En ſimilem.

Quiſquis ſe Vicarium Chriſti iactitat, & tamen reipsâ ei aduerſatur, hic verè eſt Antichriſtus. At Hieremias Patriarcha Conſtantinopo-

tinopolitanus Priori ſæculo iactitauit ſe Vicarium Chriſti; & tamen reipsâ ei aduerſatus fuit.

Ergo *Hieremias Conſtantinopolitanus fuit Antichriſtus.*

3. *Maior* eſt tua αὐτολεξεὶ, laborat æquiuoco, aut falſa eſt.

Minorem euidenter probo ex ipſiſmet *citati Patriarchæ* ad vos Epiſtolis.

Primò ergo VICARIVM CHRISTI ſe iactitat. En eius verba *a.* ἡ μετειότης ἡμῶν ὡς Χριςοῦ Διάδοχος τῷ ἐκείνου ἐλέῳ τῇ ὑμῶν παραινεῖ ἀγάπῃ. *Mediocritas noſtra,* VT CHRISTO VICARIA SVCCEDENS *pro eius miſericordiâ, veſtram adhortatur charitatem.* Et hæc quidem veſtra verſio eſt.

Vel Hieremias Conſtantinopolitanus Patriarcha hæreticus, eſt Antichriſtus.

4. *Secundò,* reipsâ Chriſto aduerſatur. Dum, vt bene ipſi obijcitis *b.* improbat *ſpiritum ſanctum procedere, & à Patre, & à filio*, cum tamen vt rectè vos probatis *c.* hîc fidei articulus nitatur ἐπὶ τὰς μαρτυρίας τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ *teſtimonio filij Dei.*

5. Alterutrum iam concedendũ tibi eſt. Videlicet aut Syllogiſmum tuum *Podagricum* eſſe. Aut Patriarchã hunc

Quem Patres tui vocant ſanctiſſimum, Vniuerſalem,

Patrem reuerendiſſimum.

hunc *Hieremiam* fuiſſe Antichriſtum. Quod poſterius ſine grandi tuorum ignominiâ concedere haud potes. Nam hunc ipſum Patriarcham etiam poſtquam vidiſtis Chriſto illum directè aduerſari, vocaſtis nihilominus *d.* παναγιώτατον, καὶ οἰκουμενικὸν Πατριάρχην, ἄνδρα ἄριστον, πατέρα αἰδεσιμώτατον. Vos verò ille υἱοὺς σου ἀγαπητοὺς appellabat *e.* Ergóne vobis ANTICHRISTVS; *ſanctiſſimus vniuerſalis Patriarcha, vir optimus, Pater veſter Reuerendiſſimus?* Vos *Dilecti filij* ANTICHRISTI eſtis? Gratulor ex animo tales FILIOS tali PARENTI; talibus FILIIS talem PARENTEM.

Ergo Thummius eſt Antichriſti filius dilectus.

a. *In reſponſione primâ Patriarchæ pag.54.* b. *In reſponſione ad 1. Patriarchæ reſponſ. pag.160.* c. *Iibid.* d. *In Epiſtolâ præfixâ reſponſo ad 1. reſponſum Patriarchæ pag.144.* e. *pag.54.*

CAPVT

CAPVT IV.

QVAM SOLIDE DEMONſtret Thummius, Chriſtum per vocem ἄλλος Iohan. 5. non determinatum ſed communem quendam Pſeudoprophetam innuiſſe?

1. VErba Thummij pag. 17. hæc ſunt. *Non dicit* (Chriſtus) alius veniet, *ſed indefinite* ſi alius venerit, *nempe quicunque tandem fuerit, omiſſo articulo ὁ, cuius ſi tanta vis eſſet, vt Bellarminus nugatur, tunc dixiſſet ὁ ἄλλος, at ἄλλος tantum dixit, vt communem quendam Pſeudoprophetam innuat.* Minor negatiua in 1. fig. nihil refert.

2. Redigamus hoc chaos in ſuam formam.

Vbicunque ponitur articulus ὁ, ibi ex ſententia Bellarmini innuitur certa perſona. Vt in Papa Antichriſto *b.* quaſi è Bellarmino depromptam maiorem hanc fingis, & hic ad eandem alludis.

Atqui ad hanc vocem ἄλλος non ponitur hoc loco articulus ὁ.

Ergo per hanc vocem ἄλλος non innuitur hoc loco certa perſona.

3. Annon tibi ipſi perplaces Thummi? Sed en ſimilem huic Syllogiſmum.

Vbicunque eſt Caluiniſmus, ibi eſt aliquod ingenium. Atqui in capite Thummÿ (vt ipſe fatetur) *non eſt Caluiniſmus.*

Ergo in capite Thummÿ non eſt aliquod ingenium. Ne iraſcere bone vir, Si te hic *enſis* ferit, tuus eſt. Poteras exire hunc ictum, ſi *Melanchtoni* tuo aurem præbuiſſes. En quàm paternè te monuerit. *a. In primâ figurâ, cum minor eſt nenegatiua, nihil ſequitur.* Excipio ego *dedecus,* quod ſequitur ſic argumentantem.

a. *In Epact. dialect. pag. 160.* b. *p. 14. v. 13.*

CAPVT V.

QVAM LVCVLENTER Idem deducat ex eodem ſancti Ioannis loco.

1. DVplicem ex hoc loco machinam ædificat Thummius.

PRIMA. pag. 18. *Ipſe Chriſtus Matth. 24. de multis Pſeudo Prophetis locutus eſt. Multi,*

tis inquit, *venient, &c. Ergo Ioan. 5. non vnam perſonam (per vocem alius)ſed multas notat.*

SECVNDA pag. 22. *Iudæi multos (Pſeudo Prophetas) receperunt.*

Ergo hæc vox ἄλλος Ioan. 5. non vnam duntaxat perſonam ſingularem notat,&c.

2. Superi! Et adhuc gloriari audent Luthericolæ cum ſuo M. Eraſmo Schmidt, *a. ſuorum operâ iam verum Dialecticæ vſum innotuiſſe?* En igitur ſimilem conſequentiam. Lutherani Logicam an excoluerint.

DEVS *per Prophetam Hieremiam,c.23. de multis Paſtoribus locutus eſt. Suſcitabo,* inquit, *ſuper eos Paſtores, & paſcent eos.*

Ergò DEVS, *Zach. 15. per has voces percute Paſtorem,& diſpergentur oues gregis,non vnam perſonam, ſed multos notat.*

Et rurſus:

Iudæi multos receperunt Paſtores.

Ergo hæc vox Paſtor, Zach.15. non vnam duntaxat perſonam ſingularem notat.

Quod tamen conſequens ipſi Chriſto Domino illam, Matth.26. de ſe ſolo explicanti, directè aduerſatur.

3. Vbi eras obſecro Domine Doctor cum ita philoſophareris? Annon

vides, Deum, licet in vtroque loco *de ſpiritualibus Paſtoribus* agat, in vno tamen loco *multos*, in altero *Paſtorem vnicum* intelligere? Cur ergo idem Deus non in vno loco *multos*, in altero *vnicum Pſeudoprophetam* potuit deſcribere? An fortè quia Matth. 24. explicuit ſe, Quid Ioan. 5. per vocem *alius* voluerit? At hæc ridicula *petitio principij* eſt. Hoc enim ipſum quæritur. Tu ais: Nos negamus. Vbi tua probatio? Tractas *ſcripturam* vt *Ariſtotelem* Philoſophi quidam. Naſum apud te Cereum habet.

a. *In ſæculari ſuâ oratione VVitebergæ habitâ. Extat in actis Iubilæi Academ. 1603.*

CAPVT VI.

QVAM INGENIOSE PROBET Thummius Chriſtum Antichriſto opponi, vt plures numero perſonas ſignificat.

1. ITa ergo argumentatur Philoſophus Tubingenſis pag. 20. *Chriſtus vnus vni Papæ opponitur vt Antichriſto, quia ordinariè eſt vnus tantum vno*

vno tempore. Si enim vnus Chriſtus per Sacerdotem ſummum potuit præfigurari, qui non fuit plures niſi ſucceſſiuè, cur non & idem vnus Chriſtus Antichriſto opponi poſſet, qui non eſt plures niſi ſucceſſibne. Perpende hæc: & tace. Ego verò mi prædicans non taceo, quantumuis me roges, ſed Sũmuliſticam hanc ignorantiam tuam *Tubingenſibus Logicis* ſpectaculo ſubijciã.

2. Probandum tibi eſt Chriſtum *de facto & reipsâ* oppoſitum eſſe Antichriſto, qui *plures* ſucceſsione perſonas inuoluat. Probatio autem in formâ hæc eſt. *Chriſtus poteſt opponi Antichriſto, qui plures ſucceſſione perſonas inuoluat.*

Thummius, poteſt fieri Logicus: nec dum eſt.

Ergo de facto ſic opponitur.

Antecedens probas. *Quia vnus Chriſtus per Sacerdotem ſummum* (Aaronem) *præfigurari potuit, qui tamen Aaron plures per ſucceſſionem perſonas inuoluerat.*

3. Prô Pauonem! quid *caput* erigis? *pedes* inſpice. Quid *antecedens* probas? *Conſequens* intuere. Et vt poſſis: Statuo ſimile. Dumque totum Enthymema hoc retorqueo, Soluo, Auſculta.

Chriſtus poteſt opponi Antichriſto, qui non inuoluat plures ſucceßione perſonas.

Ergo de ſacto ſic opponitur.

Antecedens probo. *Quia vnus Chriſtus per Sacerdotem ſummum* (Melchiſedech) *præfigurari potuit, qui tamen Melchiſedech plures ſucceßione perſonas non inuoluerat.*

Viden iam oculate pauo *pedum* ſeu *conſequentiæ* tuæ turpitudinem? Audi Melanchtonem tuum *a. à poßibili ad ineſſe non valet conſequentia, vt poßibile eſt Pompeium vincere. Ergo Pompeius vincet.* Ita & hîc mi Thummi, nemo negat *potuiſſe* ſic Chriſtum opponi. *De facto* ſic oppoſitum eſſe negamus, pernegamus. Sed probabis fortè hoc ex *complemento* tuo? potes tu quidem ab hoc complemento SVBSIDIVM petere, ſed ſimul & PRINCIPIVM.

a. *lib.4. Eut. dial. pag. 400.*

CAPVT

CAPVT VII.

QVAM ACVTE DEMONſtret Thummius per vocem alius (ſi alius venerit in nomine meo, illum recipietis Iohan.5.) non intelligi vnā certam perſonam?

1. *CHriſtus loquitur de alio (Antichriſto) quem Iudæi ſunt recepturi.*

Atqui non vnicam ſingularem tantum perſonam, ſed plures (Antichriſtos) receperunt.

Ergo ille alius non eſt vnica ſingularis tantum perſona, ſed plures.

Et huic Syllogiſmo velut fundamento innituntur aliæ rationes, quas pag. 22. 23. ſubiungit.

2. Itáne verò aheneus hic Syllogiſmus? ſtramineum ipſe fateberis, quāprimum ſimillimum hūc legeris.

Moyſes (Deuteron. 18. v. 15. Prophetam de gente tuâ ſuſcitabit tibi Dominus!) loquitur de tali Prophetâ, quem Iudæi ſunt recepturi velut verum Prophetam.

Non vnam ſingularem tantùm perſonā,

ſed plures receperunt tanquam veros Prophetas.

Ergo ille Propheta, de quo Moyſes egit, non eſt vna tantum ſingularis perſona, ſed plures.

3. Maior eſt tua pag.33. v. 4. vbi ais *Prophetias veterũ teſtamenti, & S. Paulum ad Rom. c. 8. docere Iudæos verum Meßiam* (adeoque illum Prophetam) *recepturos eſſe.*

Minor eſt itidem tua pag. 20. 21. 220. vbi ex noſtro Sebaſtiano Barradas fusè probas. *Iudæos ſub ſpecie veri Prophetæ ſeu Meßiæ multos recepiſſe.*

Conſepuentia Thummiana. Conſequentia tamen eſt contra ſcripturam Actorum cap.3. v.22.

4. Vbi ergo bone vir latet anguis? In hoc mi Philoſophe. Quia in vtroque ſunt 4. termini ob mutationem vocis *Prophetæ*, & *Antichriſti*. In tuo enim Syllogiſmo vox ALIVS (Antichriſtus) ſupponit *in Maiore* pro Antichriſto *vero*, ſeu vt tu loqueris ἐξοχικῶς dicto. *In minori* vox plures (Antichriſti) ſupponit pro Antichriſto *communi*, ſeu vt tuo termino vtar, γενικῶς acceptoẹ

In

In meo verò Syllogiſmo vox PROPHETA *in Maiori* ſupponit pro *vero* Prophetâ. In *Minori* autem ſupponit pro *falſis* Prophetis, eſto Iudæi pro veris acceperint. Hîc anguis bone vir in hac latebat herbâ, quem quia tu videre, vel noluiſti, vel non potuiſti *latentẽ*, ſentis iam *mordentem*.

CAPVT VIII.

QVAM ATHLETICE PAtrum authoritatem impugnet Thummius?

1. M*Agnum eſt* inquit pag. 26. *periculum*; ne (in ambiguo ſcripturæ ſenſu) *conſentiẽter errent omnes Patres*. *Quia erroris imbecillitati omnes ſunt obnoxij* Ego. Patres errare poſſunt, quia homines sũt.

2. PRIMO Retorqueo argumentum.

Magnum eſt periculum, ne in ambiguo ſcripturæ ſenſu CONSENTIENTER *errent* OMNES PRAEDICANTES, *quia erroris imbecillitati* OMNES PRAEDICANTES, *obnoxij ſunt*. Quid hîc muties? Aut enim concedendnm tibi eſt, Quid ergo ſunt Prædicantes, qui nunquam errent?

etiam

etiam in veſtrâ explicatione *periculum erroris* ſubeſſe, aut ſi ſupra PATRES ſapitis, Priuilegium demonſtrandum erit, quo vos Deus ab *erroris* periculo fecit exemptos: Scripturam, inquit, ſcripturæ conferimus ſano ſenſu: Sed Patres idem fecerunt. Vnde ergo vobis ſolis incolumitas? ab opinione veſtrâ, qua phrenetici quoque valent.

3. SECVNDO. Si irrationalis tua ratio in formam redigatur, hæc prodibit.

Omnes Patres imbecillitati obnoxij ſunt. Ergo omnes Patres CONSENTIENTER *poſſunt errare.*

Diſcutiamus pauliſper imbelle antecedens. Vel enim vocem OMNIS in *ſenſu compoſito* accipis, vel *in diuiſo*. Si *prius*; tum *principium petis*. Hoc enim ipſum in conſequente inferendum, non in antecedente aſſumendum eſſet. Si *poſterius*; tum pueriliter (vt Melanchton tuus loquitur *a.*) *à ſenſu diuiſo* argumentaris *ad compoſitum* perinde ac ſi ita ratiocinarer.

Duo non ſunt quinque, & tria non

non ſunt quinque, ergo duo, & tria ſimul non ſunt quinque.

4. Vt autem obiter cognoſcas, quanta iam olim Patrum in Eccleſia Dei authoritas fuerit. Audi vnicum S. AVGVSTINVM, de quo ipſe *Lutherus* tuus *b.* teſtatur, *poſt Apoſtolos non habuiſſe Eccleſiam meliorem Doctorem D. Auguſtino.* Is ergo cum dixiſſet *omnes* (Patres) *vno eodemque modo credere per vnum hominem peccatum intraſſe in mundū,* hæc memoranda verba ſubdit. *Quod credunt, credo; quod tenent, teneo; quod docent, doceo; quod Prædicant, prædico. Iſtis cede, & mihi cedes; acquieſce iſtis; & quieſcis à me.* Et tu, mi Thummi *acquieſce* iſtis, & *quieſces* à me.

Similia plura habet contra eundem Iulianum.

Qui Patribus credit, ſtat in ſemitis, in quibus reperitur refrigerium animab. Ierem. 6. v. 16.

a. *lib. 4. Eut: dialect. pag. 404.* b. *Tom. 7. In defenſione verborum cænæ Domini pag. 405.* c. *lib. 1. contra Iul. cap. 5.*

CAPVT

CAPVT IX.

QVAM INVICTE PROBET Thummius Chriſtum Matth. 24. per illa verba, & tunc veniet conſummatio, non intelligere conſummationem mundi ſed Hieruſalem.

1. AVdiamus ergo Tubingenſem Philoſophum pag. 38. *Chriſtus enim Matth. 24. v. 14. dicit, tunc veniet finis* (Conſummatio) *qualis? audi v. 15. Abominanda deſolatio Hieruſalem à Daniele prædicta.* In formâ argumentum hoc eſt. *Chriſtus per vocem conſummatio, illam intelligit conſummationem, quam per abominandam deſolationem intellexit.*

Sed per abominandam deſolationem intellexit conſummationem, non mundi, ſed Hieruſalem: Ergo, &c.

2. Quam ſibi ipſi in hoc Syllogiſmo prædicans meus blanditur? Quid ſi autem ego demonſtrem, te ridiculè *principium petere*, annon faſces ſubmittes? Auſculta ſodes.

Thummius principium petit.

Tunc principium petitur, cum incerta per ea

per ea quæ pariter incerta ſunt, probamus. Sed hoc in propoſito facit Thũmius. Ergo, &c.

3. *Maior* in terminis eſt *Philippi Melanchtonis*, a. vbi ita loquitur. *Vocatur petitio Principij, cum incerta per ea, quæ pariter incerta ſunt, confirmare velle videmur.* Quid ſit principium petere.

Minorem probo euidenter. Demonſtrandum erat Thummio, per *cõſummationem* non intelligi conſummationem *mundi*, vt multi docent, *ſed Hieruſalem*. Medium quo hoc probat, eſt *abominanda deſolatio*, quâ ait deſolationem Hieroſolymæ intelligi. Ego verò hoc ipſum *æquè incertum* aſſero, quã prius. Nam grauiſsimi authores ſunt, qui per hanc *deſolationem* neutiquam intelligi volunt *conſummationem Hieroſolymæ*, quos inter eſt S IRENEVS, b. S. HILARIVS, c. S. CYRILLVS, d. S. HIERONYMVS, e. imò ipſe *Philippus Melanchton*, f. qui omnes per *abominandam deſolationem*, ANTICHRISTVM intelligi contendunt. Sed ante omnes audi, pro te, Lutherum tuum, g. *Nec dubium eſt*, inqnit, *Chriſtum* PRAECIPVE, ET SINGVLARITER *loqui* Thummius repugnat Melanchthoni, & Luthero.

DE PROPHANATIONE CAENAE DOMINI, *quâ ſecerunt ex Miſſâ ſacrificium pro viuis & defunctis, quando inquit Matth. 24. cum ergo videritis* ABOMINATIONEM DESOLATIONIS. Quomodo hæc placent Domine Decane? Maior mea, Minor, conſequentia ſtant immotæ. Quid tuus Syllogiſmus? *Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.*

a. *lib. 4. Eut. dial. pag. 404.* b. *lib. 5. cap. 25.* c. *Cænen. 25. in S. Matth.* d. *Catech. 15.* e. *in cap. 24. Matth. vbi licet hoc non definiat, ait tamen ſimpliciter de Antichriſto poſſe accipi* f. *paſt. 3. in cap. 24. Matth. pag. 553.* g. *Tom. 6. in cap. 42. Geneſis pag. 632.*

CAPVT X.

RIDICVLA THVMMII PRObatio, quâ demonſtrat, iam Apoſtolorum tempore ſingulis hominibus in indiuiduo ſufficienter Euangelium annuntiatum eſſe.

1. Mirè prodigus in hoc argumento eſt Thummius. Vis omnis *hoc Syllogiſmo* claudi-

clauditur. *Euangelium ita prædicatum eſt tempore Apoſtolorum, SICVT prædicatum eſt Coloſſenſibus. Sed Coloſſenſibus omnibus & ſingulis fuit actu prædicatum.*

Ergo & in toto orbe tempore Apoſtolorũ fuit omnibus, & ſingulis actu prædicatum. *Maiorem* & *Minorem* probat ex S. Paulo ad Coloſ. 1. v. 6. *Quod* (verbum Euangelij) *peruenit ad vos* (Coloſſenſes) SICVT *& in vniuerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit*, SICVT *in vobis.* Quem non Achilles hic terreat?

2. Neruus argumenti huius in particulâ SICVT conſiſtit. Ea quam ad probandum neruoſa ſit duplici hoc ſyllogiſmo perſpicies. Similitudines cautè tractandæ ſunt.

PRIMVS. *Euangelium ita prædicatum eſt tempore Apoſtolorum, SICVT prædicatum eſt Coloſſenſibus.*

Sed Coloſſenſibus prædicatum fuit per Epaphram conſeruum Pauli.

Ergo & in toto orbe prædicatum fuit per Epaphram conſeruum Pauli.

Maior eſt S. Pauli loco ſupra allegato. Minor eſt eiuſdem cap. cit. v. 7. SICVT *didiciſtis ab Epaphrâ chariſſimo conſeruo noſtro*; *conſequentia* tamen tam falſa

eſt, quam Thummium eſſe veracem.

SECVNDVS. *Chriſtus miſit Apoſtolos* SICVT *illum Pater æternus miſit.*

Sed Pater æternus miſit Chriſtum, vt vniret ſibi hypoſtaticè humanam naturam.

Ergo & Chriſtus miſit Apoſtolos, vt vnirent ſibi hypoſtaticè humanas naturas.

Maior eſt ipſius Chriſti Domini. Ioan. 20. v. 21. SICVT *miſit me Pater, & ego mitto vos.*

Minor eſt de fide.

Conſequentia tamen tam vera eſt, quàm verum eſt, Thummium & Métzerum eſſe Niſum, & Euryalum.

3. Poſt quæ ergo carecta latet hic error? Audi Melanchtonem tuum. *ſimile*, inquit, a. *non eſt idem, hoc eſt, in his quæ ſunt ſimilia, circumſtantiæ aliquæ ſunt diſſimiles.* Audin hæc prædicans? Tu particulam SICVT, quæ *ſimilitudinem* connotat, ita accipis, quaſi *omnimodam, & adæquatam* inter res collatas *ſimilitudinem* induceret, quod falſiſſimum eſſe, *tum* ex tuo Melanchtone, *tum* ex duplici datâ inſtantiâ demonſtraui. Rectius, crede mihi, faceres mi prædicans, ſi Melanchtonis *Logicam*

potius,

potius, quam *ſcripturam* euolueres; quam ſine errandi periculo non legis, ratione deſtitutus.

4. Ad rem verò ipſam quod attinet. Satis ſuperque ridicula hæc ſententia tua *rationum momentis* à me refutata eſt. Nunc eandem tuorummet *Doctorum authoritate* peſſum dabo.

Thummij ſententiam, quâ ſentit Euangelium Apoſtolorum tempore omnibus hominibus actu prædicatum eſſe, refutant, I. Lutherus ipſe.

Prodeat *primus* LVTHERVS tuus. Cuius de hac re mentem *Ioannes Aurifaber* b. ita recitat, *Doctor Ioannes Ferſterus ſæpe dixerat, audiſſe ſe ex ore D. Martini Lutheri, doctrinam Euangelij* NVNC *fuiſſe in toto orbe. Nam primò incœpiſſe in Oriente, deueniſſe dein ad Meridiem, tum ad Occidentem*, NOSTRA AETATE ETIAM AD SEPTENTRIONEM. Quid hîc vultum caperas prædicans? Lutherus tuus Doctrinam Euangelij *noſtrâ* primum *ætate* ſeptentrioni vult innotuiſſe. Tu iam *Apoſtolorum tempore* non tantùm ſeptentrioni, ſed *omnibus* ſimpliciter, & in indiuiduo *hominibus* vis annuntiatam eſſe. Vter *mendacij* reus erit? *vtrumque* puto. *Lutherus* enim prout verba iacent, nimis parcus, *tu* prodigus nimium es.

II. Ioan. Pomeranus Lutheranus.

5. Prodeat *ſecundus*, IOANNES BVGENHAGIVS POMERANVS, cuius in Pſalmos commentaria ita extollit Lutherus, c. vt affirmet, *eſſe illum primũ in orbe, qui Pſalterij interpres dici mereatur.* Is ergo de hac ipſa re diſputans in illum Pſal. 18. verſiculum *in omnem terram exiuit ſonus eorum*, ita loquitur. *d. Velociter currit ſermo eius, & Chriſti prædicatio mundum breui peruaſit, quin & adhuc dies eſt, & quod* NONDVM *cœli ſpatium permenſus eſt ille Sol* (Chriſtus) BREVI PERMETIETVR, *vt ſit* DEIN FINIS *huius mundi, ſicut prædixit Chriſtus, prædicabitur hoc Euãgelium regni in toto orbe terrarum, & tunc veniet conſummatio.* Vbi euidenter vides *Pomeranum* aſſerere, *Chriſtum prædicatione ſuâ* NONDVM *omne cœli ſpatium permenſum eſſe, ſed* BREVI *permenſurum. Ac tum dein* FINEM MVNDI *futurum.*

III. Andreas Knopkenius Luthericola.

6. Prodeat *Tertius* ANDREAS KNOPKENIVS, cuius comẽntarium *Philippus Melanchthon*, ipſeque *Pomeranus* non ſine laude approbarunt. Is ergo illum ſancti Pauli ad Rom. cap. 10. verſum, *In omnem terram exiuit ſonus eorum,*

rum, ita explicat. *e.* EXIVIT, *inquit*, NON PERVENIT, *quia fortaßis adhuc multæ erant Inſulæ, & Regiones, ad quas Euangelij prædicatio nec dum peruenerat, ſuo tamen tempore peruentura. Quemadmodum Paulus vetitus eſt verbum Dei loqui in Aſia, vocatus autem eſt in Macedoniam. Hinc ad Coloſſ. dicit: Euangelium in vniuerſo mundo fructificare, & omni creaturæ, quæ ſub cœlo eſt, innotuiſſe*, NON SIMVL, *ſed à ſuo cuiuſque tempore iuxta ordinatißmam Dei omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ operantis diſpenſationem; ait enim, & prædicabitur hoc Euangelium regni in toto orbe terrarum, & tunc* VENIET CONSVMMATIO. En quomodo *Knopkenius* ex eodem, quo *Pomeranus*, fundamẽto diem tibi dicat?

7. Subijciam Triumuiris hiſce Triumuiros tuos. *VVitakerum*, *Sibrandum*, *Iunium*; velut tres animæ tuæ potentias. Prodeat ergo *quartus* GVILIELMVS *VV*ITAKERVS, illud delitium tuum. En eius verba: *f. Affirmo in his verbis Chriſti eſſe* SYNECHDOCHEN (in vniuerſâ terrâ prædicabitur Euangelium) *id eſt, in maximis, frequẽtißimis, &* IV. Guilielmus VVitakerus Thummij animula.

 celeber-

celeberrimis regionibus, è quibus aliqua fama ad remotiores, & abſtruſiores regiones manare potuit, NON IN OMNI ANGVLO MVNDI, *& in* SINGVLIS *etiam minimis, & remotiſſimis oris.* Annon hîc *VVitakero* tuo omnem amicitiam renuntias?

V. Sibrandus Lubbertus Thummij animæ dimidium.

8. Prodeat *quintus* SIBRANDVS LVBBERTVS, animæ dimidium tuæ. *Dico* inquit ille, g. *nuſquam in ſcripturâ contineri, Euangelium prius per vniuerſum orbem prædicandum eſſe, quam Antichriſtus venturus ſit.* Moxque ſubijcit, verba illa Matth. 24. *Et tunc veniet finis, de fine* SAECVLI (Mi Thummi) *intelligenda.* Cùmque dein adduxiſſet illas ipſas *Chriſti, & Apoſtoli* ſententias, quibus *ceu fundamentis* nititur opinio tua, rotundè affirmat. *In verbis Chriſti, & Apoſtoli eſſe ſynechdochen.* Quis iam *animus* tibi Thummi, cum *animas tuas* tam fortiter contra te ſtare cernis?

VI. Franciſcus Iunius Thummij Genius.

9. Prodeat tandem *Sextus* FRANCISCVS IVNIVS, rectius dicerem Genius tuus Quid ille? Audi, oro te, quid ad illa verba, *Rom. 10. In omnē terram. Coloſſ. 1. In toto mundo: in vniuerſa terra,* reſpondeat. *Hæc omnia,* inquit, *h. loquuntur*

tur de orbe, NON TOTO IN QVANTITATE, *ſeu vniuerſali; ſed toto in modo* (vt vocant) *ſiue communi ſimpliciter. Sic intelligendi hi omnes loci. Quia inſtituitur per oppoſitionem totius mundi cum Iudæâ gente, finibúſque illius comparatio.* Subijcit dein. FALSVM ESSE, *ab Apoſtolis prædicatum fuiſſe Euangelium* IN TOTO MVNDO. Viden, quam ſpecioſum titulum ſententiæ tuæ præfigat Iunius?

10. Reliqua omnia, quæ per tot paginas ſuper hoc argumento adducis, eodem ferè recidunt. Certè ex omnibus tuis rationibus, ſiue *diuiſim,* ſiue *coniunctim* acceptis non audes inferre hoc cõſequens. *Ergo omnibus hominibus in indiuiduo iam Apoſtolorum tempore fuit prædicatum Euangelium.* Vt taceam te ad rationes meas, pag.21. de S. Auguſt. p.21. de tuiſmet verbis. p.23. rurſus ex tuis verbis. p.24. ex Luthero adductas *piſce taciturniorẽ* fuiſſe, & ſolũmodo ſolenne illud tuum ingeminaſſe, *ſcomma, ſcomma, extra ſtatum, ſophiſma, verba otioſa.* Ad te quod attinet, vix audeo *Sophiſtam* te dicere, nam ἡ σοφιστικὴ ἐστὶ teſte Ariſtotele, *i.* φαινομένη σοφία. *Sophiſtice*

Thummius tacet, cum reſpondere non poteſt.

Thummius an Sophiſta ſit.

eſt apparens quædam ſapientia. In te autem nec vmbra ſapientiæ apparet, Noli tamen lamentari, non te priuabo tuo titulo.

a. *lib. 4. Erot. dial. pag. 313.* b. *In colloq. menſal. German. pag. 446.* c. *In præfatione commentarij in Pſalmos à Pomerano editi.* d. *In commentar. pag. 110.* e. *In interpretat. illius loci.* f. *ad controuerſ. 4. Bellarm. quæſt. 5. pag. 604.* g. *lib. 5. de Papa. cap. 5.* h. *Ad lib. 3. Bellarm. de Pontif. c. 4. not. 9. 10. 11.* i. *lib. 1. de reprehenſionib. ſophiſticis. c. 11.*

CAPVT XI.

SPECIMEN ALIORVM argumentorum circa idem obiectum.

1. QVID non molitur Prædicans à pag. 43. vſq; ad 53. vt demonſtret iam Apoſtolorum tempore in omnibus Inſulis, oppidis, pagis, hominibus, Euangelij tubam inſonuiſſe? Idq; eò facit, vt oſtendat *prædicationem Euangelij in vniuerſo orbe non eſſe ſignum venturi mox Antichriſti.*

2. Ego

2. Ego Lectori vnicum tantum ſpecimen propono; nam omnes eius argumentationes eandem induunt formam. Ita ergo argumentatur.

Signa nonnulla Chriſtianæ fidei apud (quoſdam) Indos, vt teſtatur Oſorius: apud (quoſdam) Armenos, vt Ioannes Lerius, & Petrus Martyr, reperta ſunt: Ergo ad omnes (nam hoc inferendum) *Inſulas, pagos, oppida, homines Indiæ, Armeniæ, &c. peruenit prædicatio Euangelica.*

Bella argumentatio? En ſimilem ex tuo Melanchthone. *a.*

Vnus Thebanus, aut duo fuerunt ſapientes, &c. iuſti vt pelopidas, & Epaminondas.

Ergo omnes Thebani ſunt ſapientes, & iuſti.

Fallaciam hanc, *cum plus in conſequente eſt, quam in præmiſſis*, vocat Melanchton. *b. fallaciam à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter.* Eſto enim in *aliquo* Armeniæ oppido, aut regione innotuerit Euangelij ſonus. Ergóne in *totâ Armeniâ*, in omnibus eius regionibus, oppidis, vicis, pagis? Perinde ac ſi ita argumentarer.

In totâ VVirtebergenſi ditione innotuit

ſcandaloſum ſchiſma inter Tubingenſes, & Gieſſenſes Theologos. Ergo in totâ Europâ innotuit.

Profectò Thummi, ſi te tam nobilem Philoſopum *Herodes Atticus* vidiſſet, annon putas exclamaſſet: *Video* BARBAM, & PALLIVM, PHILOSOPHVM *non video.*

a. *lib.4. Erot.dial.pag.91.* b. *loc.cit.* c. *apud Gellium.lib.9.c.2.*

CAPVT XII.

QVAM RIDICVLE PROBET Thummius, in Æthiopia fidem Lutheranam eſſe.

1. FOrmam doctrinæ Eccleſiaſticæ in illis Africæ partibus cum *Lutheranorum* præcipuè Eccleſiâ cõuenire ita probat Logicus Tubingẽſis fol.54.& p.56. *Nam inter cætera, articulum de gratuitâ remiſſione peccatorum propter ſacrificium Chriſti, integri Sacramenti vſum, & coniugium Sacerdotum retinent Æthiopes.* In formâ igitur argumentum hoc erit.

In Æthiopia nonnulla docentur, ſicut apud

pud Lutheranos, vt, patet ex dictis articulis.

Ergo in AEthyopia eſt fides Lutherana.

2. Quid lepidius in *AEſopo* reperias? En ſimilem argumentationm. Ex Thūmianâ argumentandi formâ, ſequitur in Academiâ Tubingenſi eſſe fidem Turcicam.

In Academiâ Tubingenſi nonnulla docētur, ſicut apud Turcas, vt ſanctos non eſſe inuocandos, Pontificem non eſſe caput Eccleſiæ, purgatorium, Indulgentias, vota religioſorū nihil eſſe, &c.

Ergo in Academiâ Tubingenſi, eſt fides Turcica. Quid hîc me hirquis oculis intueris prædicans? Si *malè* concluſi; à te didici. *Si bene*; quid indignaris?

3. Cæterum vt videas, quàm egregiè vobis cum AEthyopibus conueniat, ita ad tuum modū argumentor. Æthiopes an cum Lutheranis in fide conueniant?

AEthiopes docent, ſpiritum ſanctum à ſolo Patre procedere. Vnam in Chriſto voluntatem, & operationem vnam eſſe. Licere plures ſimul habere vxores, eáſque cum lubet, repudiare. Sabbatum colendum. Circumciſionem retinendam. A carne porcinâ, leporinâ, & ſuffocatæ animantis abſtinendum, &c. Contrarium in his omnibus docent Lutherani.

Ergo in Æthiopiâ non eſt fides Lutherana.

Antecedens præter alios authores plurimos, demonſtrat fusè *Nicolaus Godignus* a.

Conſequentia tua eſt.

Conſequens contra te.

Thummius, in qua re Æthiopibus ſimilis ſit.

4. Illud fateor, duabus in rebus AEthyopes ſimillimos *tibi* eſſe, I. ILLI *Logicam* penitus ignorant, b. ita & TV. II. Fruſtra lauantur, ita & TV.

a. *lib. 1. Hiſtor. Abaſſin. à cap. 28.* b. *vide eundem Nicolaum Godignum lib. 1. cit. cap. 17.*

CAPVT XIII.

QVAM SVBTILITER PRObet Thummius, per ſacrificium Danielis 12. v. 11. non intelligi ſacrificium Miſſæ, vt Bellarminus tamen vult.

1. MIrus omnino in hac re eſt prædicans à pag. 84 vſque ad pag. 88. Neruus in formâ iſte eſt. *Ipſi Doctores Catholici hanc vocem ſacrificium apud Danielem variè accipiunt.*

Ergo ſequitur primò. Eos non poſſe hoc loco contra nos vti pro ſacrificio Miſſæ. Sequitur

tur ſecundò. Hos Doctores inconſtantes eſſe, committere analogias, duci ſpiritu vertiginoſo.

Antecedens probat ex *Pererio, Sanctio, Hectore Pinto*, & nominatim *Bellarmino*, 2. vbi docet *per ſacrificium Danielis q.9.v.27. non ſacrificium Miſſæ, ſed Iudaicum intelligi.*

2. Καλῶς; En ſimile telum. Sit Atheus aliquis, qui probare tibi velit, S.IOHANNEM cap. I. v. I. per hæc verba, *&* DEVS *erat* VERBVM, nullo modo intelligere *verbum incarnatum*, ſeu *ſecundam in Trinitate perſonam.* Is ita ad tuam normam argumentabitur.

Ipſe S. Iohannes, & cum illo alij Doctores hanc vocem VERBVM *variè accipiunt. Ergo ſequitur primò, eos non poſſe hoc loco vti pro diuinitate verbi. Sequitur ſecundo, S. Ioannem, alioſq; Doctores inconſtantes eſſe, committere analogias, duci ſpiritu vertiginoſo.*

Antecedens probabit ex ipſo S. Ioãne. qui cap. 4. v. 39. hanc ipſam vocem VERBVM longè aliter accipit, dum ita loquitur. *Multi crediderunt in eum propter* VERBVM *mulieris.* Vbi per VERBVM nequaquam *diuinam perſonam*, ſed Sama-

Samaritanæ mulieris *ſermonem* intel-ligit.

Ideo vertigi-noſa.

Conſequentia ruríus tua eſt.

3. Quò te hîc vertes miſelle? Lapis hic ex tuâ perâ depromptus eſt. Sed obſecro te prædicans, adeóne in ſcripturâ *peregrini* ſunt oculi tui, vt nũquam legerint, *eandem vocem in vno eodémque Prophetâ aliam, & aliam ſignificationem induere?* Cur ergo *ſpiritum ſanctũ* hoc carcere concluſum vis, vt per vnũ SACRIFICIVM non auſit in eodem Prophetâ nunc *Iudaicum,* nunc verò *incruentum* MISSAE *ſacrificium* indicare? verum *malitiæ* hoc tuæ non adſcribo. *Inſcitiæ* hic partus eſt. Prudenter proin feceris Thummi, ſi, quemadmodum Lutherus tuus poſt Theologicam lauream GRAMMATICAE, b. ſic tu poſt tuum Doctoratum LOGICAE operam dederis.

Thummi nullum cõſilium bonum, niſi cui paretur.

a. *lib. 3. de milit. Eccleſ. cap. 16.* b. *Aurifaber in Colloq: menſal. Germã. pag. 394.*

CAPVT

CAPVT XIV.

QVAM PHILOSOPHICE probet Thummius idem numero Hieroſolymitanum Templum ab Antichriſto reædificatum iri.

1. ITa verò argumentatur pag. 95. *Antichriſtus, teſte Gregorio de Valēt: & Franciſco Suarez, templum Salomonis in cineres redactum reædificabit.*

Ergo idem NVMERO *templum Salomonis reædificabit.* Riſum tenete Logici.

2. Prô Phyſicum! En ſimile Enthymema.

Typographi Ius Canonicum à Luthero VVitebergæ in cineres redactum ſæpe recuderunt.

Ergo idem NVMERO *ius Canonicum quod à Luthero combuſtum eſt, recuderunt.*

Profectò Thummi, videtur Philoſophia *tam peregrina* tibi eſſe, quam Chinenſibus *Europæi*. Nec *terminos* quidem Philoſophicos noſti. Interroga magne Philoſophe *Phyſicos* tuos, an admittant *eundem effectum ſemel corruptum, poſſe naturaliter eundē* NVMERO *reproduci.*

Dabunt

Dabunt illi tibi (vt in ſimili fere genere Herodes atticus apud Gellium a.) aliquid *æris Philoſophici*, tanquam PHILOSOPHI, non tanquam PHILOSOPHO.

a. *lib.9.noct.attic.cap.2.*

CAPVT XV.

QVAM INGENIOSE PRObet Thummius, Eccleſiam ſub Antichriſti perſecutione fore inuiſibilem.

1. EN Philoſophicam Machæram, quam pag. 78. & pag. LVIII ſtringit in me gladiator Tubingenſis.

Hoc habet veritas, icta eſt.

Sub Antichriſti perſecutione ſacrificium, & reliqua Sacramenta peragentur clàm, & in abditis receßibus.

Ergo tunc Eccleſia erit inuiſibilis.

Quantum vulnus? Sed retorqueo hunc mucronem.

PRIMO. *Sub Antichriſti perſecutione ſacrificia, & reliqua Sacramenta ita peragentur; vt tamen adhuc ſint externa, & viſibilia ſigna, quod eſt de ratione Sacramenti.*

Ergo

Ergo Eccleſia erit tunc non inuiſibilis, ſed viſibilis.

Eccleſia Lutherana inuiſibilis.

SECVNDO. *Lutherus anno 1532. per medium annum non in templo, ſed priuatim liberis, & familiæ ſuæ concionabatur,* a.

Ergo Lutherus illo medio anno fuit inuiſibilis.

2. Annon ipſe iam rides *conſequẽtiam* tuam? Quaſi verò *tota viſibilitas* Eccleſiæ in *publicâ* Sacramentorum adminiſtratione conſiſtat. Centum alijs modis & *ſe* & *fidem ſuam* VISIBILEM facient fideles, vnde & tantis ab Antichriſto cruciatibus afficientur. Sapientius tu feciſſes, ſi INSCITIAM tuam non ita VISIBILEM proſtituiſſes.

Thummij inſcitia viſibilis.

a. *Aurifaber in Colloq. Menſal. German. pag. 191.*

P CAP.

CAPVT XVI.

QVAM NERVOSO MEDIO vtatur prædicans, vt demonſtret, Imperatorem ius habere in caput, fortunas, & ſedem Romani Pontificis.

pag. IV.

1. C*Onſtantius*, inquit, *Liberium, Honorius Eulalium depoſuerunt. Theodorus Rex Ioannem I. in carcere necauit. Conſtans Martinum Papam catenis onerauit.*

Ergo Imperator habet ius in caput Pontificis.

Pontifex Romanus nemini in terris paret.

2. Reſpondeo 1. retorquendo argumentum.

Gregorius VII. Henricum IV. Imperatorem: Innocentius III. Othonem IV. Innocentius IV. Fridericum II. depoſuerunt, a.

Ergo non Imperator in Pontificem, ſed Pontifex in Imperatorem ius habet. Quid hîc dices?

3. Reſpondeo II. Laborare hoc Thummij enthymema monſtroſè in materiâ, nimirum vt Melanchton *b.* loqui-

loquitur *ex non ſufficiente cauſâ.* Nam etiam Pilatus innocentem Chriſtum *necauit.* Ergóne habuit *ius* in caput innocentis Chriſti? Bella profectò, hoc eſt, *Thummiana* ſequela. Non ergo *ius* ex *facto præciſè*, ſed *legitimo facto* demonſtrandum.

4. Vnde ſi Enthymema tuum ad integrum Syllogiſmum reuocemus, patebit ſtatim enormis Minoris falſitas.

Quiſquis alterum legitimo modò deponit, incarcerat, necat, is habet ius in caput illius alterius.

Sed Theodorus, Conſtans, Conſtantius, legitimo modo depoſuerunt, incarcerarunt, necauerunt pontifices.

Ergo c.

Viden hîc vt imani vulnere hiet Minor? nam Theodoricus (quem Thummius egregius ſcilicet Hiſtoricus Theodorum nominat) & Conſtātius *Hæretici Arriani*, Conſtans *Monothelita* fuit, vt te Cardin. Baronius c. docebit. Quid igitur aliud ab hæreticis exſpectes? Eulalius nunquam erat *legitimus*, ſed *Schiſmaticus* Romanus

Forte ob paria ſtudia ſibi cognominē eſſe voluit.

Pontifex, quid mirum ergo ſi ab Honorio reiectus? Conſule Cardin. Baron. d.

5. Quod ſi verò contendis Imperatorum facta idcirco bona, ſancta, iuriqúe conformia eſſe, *quia Solus Imperator*, vt tu p. III. adulatoriè dicis, TOTIVS CHRISTIANITATIS CAPVT *eſt*. Quid ergo ad hoc Enthymema muties?

Carolus V. Imperator VVormatiæ Cæſareo banno Martinum Lutherum velut hæreticum, furioſum, & à dæmone correptum proſcripſit. e.

Ergo Carolus V. bene, ſanctè, iuriq́ conformiter in hoc fecit.

Lutherus Imperatorem quibus titulis cohoneſtet.

Hîc Lutherus tuus facilè ſe expediet. Ait enim Carolum V. eſſe *impudentem, fallacem, mendacem, nec ſobrium, nec ſanum, ferreum, ſurdum* f. *vecordem, delirum, fatuum, mente captum, blaſphemum, Tyrannum* g. At tu Theodore Thummi, qui Imperatorem CAPVT CHRISTIANITATIS vocas, quid hîc dicas, non habes. Vel enim bene factum ais, vel malè. *Si bene*: te damnas. *Si malè*. Caput tuum.

a. vide

a. *vide Bellar.lib.5.de pontif.c.8.* b. *lib. 4. Erot. dialect.* c. *ad annos Chriſti 493. 337. 642.* d. *ad annos Chriſti 418.419.* e. *Luth.T.2.Lat.VVit.1546. p.445. & ſeq.* f. Luth. loc. cit. pag. 444. & 445. g. ibid. p.452.

CAPVT XVII.

QVAM INGENIOSE OSTENdat Philoſophus noſter p.VI. Emanuelem Sà Clericos in regum capita armare.

I. DEmonſtratio ita habet *Emanuel Sà, verbo clericus, docet Clerici Rebellionem in Regem non eſſe crimen læſæ maieſtatis.*

Ergo docet Clericum quemuis ſine crimine in regem poſſe eſſe rebellem.

Monſtrum argumentationis? nã quicquid ſit de antecedente, quod ego tamen in nullo exemplari reperire valui; ſuperi quæ conſequentia? Inſpice parumper hanc ad modum tuæ.

Omnes docent Franciſcum prædicantem in Hungariâ per hoc, quod plurimorum domi-

Clericus Regi rebellis grauiter peccat.

norum filias conſtuprauit, a. *non commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis.*

Ergo omnes docent Franciſcum hunc in conſtuprandis prædictis Virginibus non commiſiſſe crimen.

2. Heus prædicans ades pauliſper, & naſum in Melanchtonis Logicam *b.* infige, cernéſque argumentari te pueriliter *à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter*, velut ſi dicam *Thummius non eſt homo doctus.*

Ergo non eſt homo.

Ita prorſus tu.

Rebellio Clerici ex mente Emanuelis sà non eſt crimen læſæ maieſtatis.

Ergo non eſt crimen.

Credebam ante hac Thummi, te concionatorem eſſe. Muto nunc ſententiam. Concionatorem enim teſte Luthero *c.* tuo oportet *& Rhetorem, & Dialecticum* eſſe. Eſto igitur, ſis Rhetor: At Dialecticus profectò non es.

a. *Ioan. Iemicius in appendice ad periculū papporum, &c. Edit. poſon. 1610 p. 92.*
b. *lib. 4. Erot. Dial.* c. *In Colloq. Menſal. Edit Germ. Franciſc. 1571. p. 191.*

CAPVT

CAPVT XVIII.

QVI THVMMIVS PROBET ab ipſo Baronio Epiſtolæ Sixtinæ inſcriptionem (vbi Sixtus vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus vocatur) in dubium vocari, & ſemper pro ſuſpectæ fidei habitam?

1. EAm in rē adducit verba Baronij, vbi ait, *parum eſſe vt hūc titulum ex Sixti Epiſtolâ, quæ ab eis ducitur in controuerſiā, demōſtremus.* Loquitur autem Baronius de Nouatoribus ſeu hæreticis noſtri temporis, quos ait Sixtinam Epiſtolam ob titulum *vniuerſalis Epiſcopi* in controuerſiā vocare. Vnde Thummij argumentū tale erit.

Baronius dicit à Nouatoribus Sixtinam Epiſtolam in controuerſiam duci.

Ergo Baronius dicit Sixtinam Epiſtolam fuiſſe ſemper ſuſpectæ fidei.

2. Prodigium enthymematis! En ſimile.

Lutherus a. *dicit ab Eraſmo Roterodamo Myſteriū Trinitatis in controuerſiā duci.*

Ergo Lutherus dicit Myſterium Trinitatis fuiſſe ſemper ſuſpectæ fidei.

Quis omnibus ſuſpectæ fidei? Thummius.

Quid hîc dicis magne Philoſophe? An idcirco aliquid ſuſpectæ fidei *mihi* vel *alijs* eſt, quia affirmo *huic* vel *illi* eſſe? Profectò Thummi, ſi Tertulliani tempore vixiſſes, inter hæreticos te neutiquam numeraſſet, nam ille *b.* hæreticos *Philoſophos*, & nominatim *Dialecticos* ait eſſe. Tu autem nec *Philoſophus*, & nominatim nec *Dialecticus* es.

a. *In colloq. menſal. Germ. edit Frācof. 1571. p. 295.* b. *lib. de præſcript. c. 7.*

CAPVT XIX.

QVAM VALIDE THVMMIUS, p. XI. argumentum pro titulo vniuerſalis Romani Pontificis elidat, quod ex conciliorum loquendi modo deduximus.

1. ETiam *alijs*, inquit, *Epiſcopis hic titulus fuit datus, vt Tharaſio Ioanni Patriarchæ, &c.* In formâ igitur Thummianum argumentum tale eſt.

Etiam

Etiam alij fuerunt habiti pro Epiſcopo vniuerſali. Nemo Vniuerſalis Pontifex præter Romanum.

Ergo malè colligimus, Papam eſſe Epiſcopum vniuerſalem, ex hoc, quia è concilijs pro tali habitus eſt.

2. En ſimile.

Etiam alij fuerunt habiti pro filio DEI, *vt Simon Magus.* a.

Ergo malè colligimus Chriſtum eſſe filium DEI, *quia à concilijs pro tali habitus eſt.*

Stas hîc inter ſacrum & ſaxum Prædicans. Admittes enim conſequētiam? at contra librum concordiæ *b.* admittis, qui inter alia ex concilijs probat Chriſtum eſſe filium DEI. Negabis conſequentiam? at tunc tuo calculo propriam negas conſequentiam.

3. Ad rem ipſam verò quod attinet, tum demum conſequentia tua robur aliquod haberet, ſi demonſtrares, etiam alijs *legitimè* VNIVERSALIS titulum competere, quod in æternum de nullo alio oſtendes. Nam ad *Tharaſium* quod attinet, refutaui hoc figmentum fusè in pſeudologia cap. xxx. Ad *Ioannem Patriarcham* (quem Hailbrunnero *c.* ſuffuratus es) quod ſpectat

 Re-

Reſpondeo 1. ſiue *veſtrum*, ſiue *noſtrum* calculum ſpectemus, legitimè illi titulus VNIVERSALIS nullo modo conuenit. Nam nos *ſolum Romanum Pontificem* pro VNIVERSALI viſibili Paſtore agnoſcimus; Vos verò *nullum* penitus. Quid vel hiſcere hic contra potes?

Reſpondeo 2. ex tuo Hailbrunero *d.* titulum VNIVERSALIS Patriarchæ Conſtantinopolitano datum, non denotare *vniuerſale gubernamētum in totam Chriſtianitatem; ſed in ſuam diœceſin, & totum orbem, quocunque poteſtas eius ſe extendit.* Hoc ſuppoſito, vide quam lepidum tuum argumentum ſit.

Etiam Ioannes Patriarcha fuit habitus pro Epiſcopo vniuerſali SVAE DIOECESEOS.

Ergo non ſolus Pontifex Romanus fuit habitus pro Epiſcopo vniuerſali TOTIVS CHRISTIANITATIS.

5. Habe gratias tuo Hailbrunero.

Reſpondeo 3. In illâ ipsâ ſynodo plurimas circa hanc vocem VNIVERSALIS impoſturas contigiſſe, eruditè te docebit Cardinalis Baronius, *e.* & Seuerinus

rinus Binius, *f.* ſed quid te miſerum ita *totum* macto? ceſſo, & *aliquid vitæ tuæ* ad ſequentia reſeruo.

a. *Iren. lib. 1. aduerſ. hæreſ. c. 20.* b. *Edit. Dreſd. 1580. §. 8. de perſonâ Chriſti, pag. 310. & in adiectis teſtim. Patrum, pag. 2. & 3.* c. *in proſecut. Pap. Acath. c. 1. pag. 59.* d. *cap. cit. pagin. 60.* e. *ad annum Chriſti 518.* f. *In notis ad Concil. Conſtantinopol. ſub Menna Tom. 2. Concil. Edit. Colon. pag. 471.*

CAPVT XX.

AN HÆC MAIOR (VBI SINgularis numerus ibi vnum nō multa) ſit particularis in primâ figurâ?

1. Pag. xv. ait noſter Logicus hanc Maiorem (quam ipſe, quaſi Bellarmini eſſet, confinxit) *vbi ſingularis numerus, ibi vnum non multa*, eſſe particularem in primâ figurâ. Cauſam affert, quia *non eſt nouum ſingulari multitudinem ſignificari*, quod probat ex Iohan. 5. per illam vocem *alius*, vbi ait *multos* indicari. Eodem argumento probat hãc Bellarmini propoſitio-

poſitionem *ſcriptura de charactere ſemper in ſingulari loquitur* eſſe particularem, quia ſemel in textu græco habetur *characteres.* Pari modo argumentatur pag. XVI. voce charactere.

Melanchton Thummium inſcitiæ arguit.

2. Conuoco ego ad hoc ſpectaculum, quicquid Logicorum Tubingæ degit. Inſtituamus Iudicium. Sortidatus *Thummius* perſonam REI. Philippus Melanchton ACTORIS. Ego DEFENSORIS. Logici Tubingenſes IVDICIS agant. Accuſat ergo I. Melanchton *Thummium*, quòd in magnum Academiæ Tubingenſis dedecus hanc propoſitionem, in qua ponitur ſignum VBI ſeu VBICVNQVE, dicat eſſe particularem. Cum tamen in ſuâ Logicâ *a.* expreſsè, & fideliter monuerit illã tantũ eſſe particularẽ, *in quâ ſignũ particulare ſubiecto additur, vt cõplectatur nõ omnia, ſed aliqua ſeu multa ſeu pauca, de quibus ſubiectũ dicitur, vt aliqui homines timent Deum.* Hic autem ſignum VBI ita additur ſubiecto, *vt complectatur omnia, de quibus ſubiectum dicitur.*

3. Accuſat II. Quod auſus fuerit cum Academiæ Tubingenſis infamiâ infa-

infamem errorem ſuum nouo, & pueriili errore incruſtare. *Quaſi idcirco propoſitio aliqua particularis ſit, quia per particularem inſtantiam infringitur.* Cum tamen vel vnius diei Summuliſta nôrit, *per datas inſtantias deſinere quidem propoſitiones vniuerſales eſſe* VNIVERSALITER *veras, non autem deſinere eſſe* VNIVERSALES. Vt ſi quis *vniuerſalem* hanc propoſitionem, *omnis Theologiæ Doctor eſt bonus Logicus*, per *particularem* hanc *inſtantiam* infringat, *Thummius Theologiæ Doctor eſt malus Logicus:* ceſſabit quidē propoſitio VNIVERSALITER eſſe vera, non tamen ceſſabit eſſe VNIVERSALIS. Cur non librum 4. Logicæ *b.* inſpexit, vbi vis ſolutionis per inſtantiā acuratè tradita eſt? Atque hæc Melanchton. Ponderoſus profectò accuſator.

4. Sed defendo te Thumī bono animoſis. Nā ad 1. quod attinet. Idcirco negauit Thumīus hoc ſignū VBI eſſe ſignum vniuerſale, quia à Melanchtone inter *vniuerſalia ſigna* poſitum non erat. At ipſe vereor, vt hæc defenſio robur habeat, nam, nec inter *particularia ſigna* Defenſio Thummij, Thummio digniſſima.

ria ſigna à Melanchtone poſitum fuit ad 2. fateor me quod dicam, non habere. Sed Thummij loco MISERICORDIAM Logicorum Tubingenſiũ appello. VIDEANT *obſecro ne ſi quid acerbius in Thummium ſtatuerint, tantus Vbiquitatis defenſor Menzero Gieſſenſi ludibrium fiat miſerabile.* CREDANT *errare voluiſſe Thummium, ne ipſi errarent.* COGITENT, ſi huic eius volumini ob *Logicos errores pereundum eſt: pari modo de omnibus eius voluminibus actum fore.* MISEREANTVR *deniq; vxoris, Thummij liberorũque, qui ſe animalia diſcurſiua credere non poſſunt, ſi exiſtiment caput ſuum carere diſcurſu*, plura Thummij commiſeratio fari non ſinit.

Thummius condemnatur.

Sed malum me Patronum, tam mali Logici: nihil omnibus actum eſt. Iudices nigros calculos miſerunt.

a. *lib. 2. Erot. Dialect. Edit. Lipſ. pag. 118.*
b. *Melancht. edit. cit. pag. 365.*

CAPVT

CAPVT XXI.

AN CHARACTER, QVEM Antichriſtus ſuis daturus eſt, ſit ſpiritualis?

1. CHaracterem, quem Antichriſtus ſuis daturus eſt, *materialem* eſſe, docet Bellarminus *a.* quatuor argumentis. Contra eſſe *ſpiritualem* contendit prædicans p. XVIII. ſtupendo hoc Syllogiſmo.

Omnia κειτήεια Antichriſti Papæ competunt vt diſp. 1. de Antich. probauimus.

Sed Papa ipſe iactitat ſe Characterem imprimere ſeu inurere ſuis, vt patet de conſecrat. diſt. 5. c. 5. & Bellarm. b.

Ergo Character ſpiritualiter intelligitur.

2. Prô elumbem, mortualem, cadauerosum Syllogiſmum? Cui curando AEſculapius ſuccumbat. Plures prope *terminos* habet, quàm Thũmius digitos. Ego *Chiragricæ* huius argumentationis aliquot tantum *tubera* bacillo demonſtro; 1. Maior tota *ex mendacijs* eſt conferta, vt diſput. vtraque

Partus Thũmianus monſtroſus.

Thummi, virum præſta; diſſimula, ſi dolet.

que oſtenſum. II. Nec Pontifex vllus, nec Bellarminus vnquam dixit *Papam Characterem ſuis* inurere. Sic & minor *falſiſſima*. III. Conſequentia talis eſt, quæ non reprehenſionem ſed commiſerationem extorqueat. IV. Principium petis, quemcunque *medium terminum* accipias: Nam quis ex tuâ mente ſit nec *ego*, nec, vt planè cenſeo, *tu ipſe* noſti. Interrogo igitur ánne iſte eſt, *omnia κειτήεια Antichriſti Papæ conueniunt?* Atqui hoc ipſum eſt, quod probandum ſuſcipis. An forſan iſte *Antichriſti character ſpiritualis eſt.* At hoc ipſum contra Bellarminum tibi demonſtrandum.

3. Verbo dicam, cum hanc tuam argumentationem legerem, ſubijt animo meo, quod aliquando de Luthero tuo latinè legere me memini. c. *Anno 1536. 1. Auguſti, Martinus Lutherus ſolus in ſpeculationibus ſedens, cretâ in menſam ſcripſit:*

Res & verba Philippus.
Res ſine verbis Lutherus.
Verba ſine Re Eraſmus.
Nec Res nec verba Carolſtadius.

Ego

Ego nominibus ſolum mutatis ſic ſcribo.

Res,& verba, Veritas culta.

Res ſine verbis, nuda veritas.

Verba ſine Re, Prædicantes.

Nec Res, nec verba, Thummius.

Ter maximus & omnia Thummius.

a. *lib.3.de Pont.c.11.* b. *l.2. de effectu Sacram. c.19.* c. *In colloq. menſal. Luth. Lat. Edit. Francof.1571.pag.202.*

CAPVT XXII.

AN ETIAM ME IPSO IVdice vnus aut alter ex Patribus (in ſententia de Antichriſti natiuitate) à Bellarmino diſcedant? Affirmat Prædicans. pag. XXIII.

1. ARgumentum, quo probat, hoc eſt. Facetum profectò, & amæniſsimi ingenij index. *Bellarminus me iudice ſententiam ſuam, non ex vnius, aut alterius tantum, ſed ex communi omnium Patrum conſenſu deducit.*

Ergo vel me iudice vnus & alter ex Patribus à Bellarmino abeunt.

2. Quid hoc enthymate feſtiuius?

En ſimile ſuper illa Chriſti verba, *Bibite ex eo omnes.*

Chriſtus dixit, vt non vnus aut alter tantum ex calice, ſed omnes biberent.

Ergo vnus & alter ex Apoſtolis non biberunt.

Ita nos philoſophari docet Thũmius; aptior ad Diogenis *doliũ*, quam Ariſtotelis *Lyceum* Philoſophus.

CAPVT XXIII.

MIRA THVMMII DEMONſtratio templum Salomonis nunquam abſolutè reædificandum.

1. VT probet Thummius Tẽplum Salomonis nunquã abſolutè reædificandum ita plenis buccis argumentatur pag. XXXIII.

Quodcunque ſiue ante finem, ſiue ad finem mundi reædificatur, illud tamen reædificatur.

Sed Templum Salomonis ad finem vſque mundi nunquam reædificabitur.

Thummius neque ante finem, neq; ad finem vitæ reſipiet,

Ergo templum Salomonis neque ante finem, neque ad finem mundi reædificabitur.

3. Porten-

2. Portentum Syllogiſmi! en ſimillimum.

Quodcunque ſiue ante finem ſiue ad finem noctis orietur, illud tamen orietur.

Sed aurora ad finem vſque noctis nunquam orietur.

Ergo aurora neque ante finem neque ad finem noctis orietur.

3. Vt de alijs vitijs taceam numera *terminos* magne Philoſophe. Nam in conſequentia *τὸ ad finem* ſumitur illimitatè. In minore accipit limitationem à particula vſque: ſenſus enim eſt, *Nunquam reædificabitur, nunquam orietur, vſque ad finem mundi, hoc eſt* donec *finis mundi aduenerit: tunc enim* circa finem *vel* in fine *mundi reædificabitur.* Sic autem frequentiſsimè in ſcripturâ *τὸ vſque & ad finem* accipi, obuiæ paginæ te docebunt.

4. Et nominatim hoc loco ita intelligendum eſſe, omnes Patres conſequenter docent, quotquot docent Templum Salomonis (licet impari ſplendore & cultu) reædificandum. Ingentem autem, qui hoc affirmant, aſcribit Catalogum Bellarminus cap.

Thummius denuò clepit, vel vt ipſe loquitur, Bona fide deſcribit.

23. Qui te docebunt, an hoc *legitimâ ſequelâ* ex ſcripturâ deducatur. Quæ de templo diaboli ſubnectis, *obiectio* non tua ſed Bellarmini eſt cap. 23. ex quo & *ſolutionem* exſcribe.

CAPVT XXIV.

ENTHYMEMA THVMMIAnum. quo illa verba Paul. 2. Theſſ. 2. (ita vt in templo Dei ſedeat) nõ ſignificare tẽplum materiale Hieroſolymitanum, ſed ſpirituale, nimirum Eccleſiam contendit,

1. VT probet Thummius per illa verba Pauli 2. Theſſal. 2. (ita vt in templo Dei ſedeat,) *non intelligi templum materiale Hieroſolymitanum, ſed ſpirituale, nimirum Eccleſiam.* Ita argumentatur p. 35.

Sacra ſcriptura 1. Cor. 6. 19. 2. Cor. 6. 16. per templum Dei intelligit veram Eccleſiam, non autem materialem.

Ergo & 2. Theſſal 2. intelliget veram Eccleſiam, non materialem.

2. RESPONDEO 1. retorquendo.

Sacra ſcriptura Matth. 21. v. 12. Luc. 1. v. 9. per

v.9. per templum Dei intelligit templum MATERIALE.

Ergo & 2. Theſſal. 2. intelligit templum MATERIALE.

3. RESPONDEO II. Enthymema hoc laborare, vt tu loqui ſoles, *Elencho parium*. Quaſi verò ſcriptura *eandem* vocem *vni* tantum ſenſui alligârit. Si hic modus argumentandi ſubſiſtit, quam bellè Philoſophabimur?

En vnicum ſpecimen.

Marc. 7. verbum ingemiſcit ſumitur propriè. Suſpiciens in cœlum ingemuit.

Ergo etiam Rom. 8. v. 22. Sumetur propriè, omnis creatura ingemiſcit. Subſumo ego.

Ergo & dialectica ingemiſcit, quod tam ignominiosè à Thummio tractetur.

4. RESPONDEO III. Quod in prædicto loco templum DEI pro *loco materiali* ſumatur, præter alia probet id Bellarminus authoritate Irenæi, Hippolyti, Cyrilli Hieroſoly. Hilarij, Ambroſij, Sedulij, Martini, Damaſcen. &c. Eſto vnus aut alter ſecus loquatur. In ambiguo conſilio PLVRIVM ſapientum ſtatur calculis.

Antichriſtus in materiali templo ſeſſurus eſt.

5. Quæ è Gretſchero ſubnectit, 1. i-

pſe ſcis pro te facere nil omnino poſſe, cum ſit ſenſus *metaphoricus*, non *litteralis*, quem ſolùm vos pro apodictico agnoſcitis. 11. Ridiculè in Logicam impingis. Ait enim Gretſcherus *a. per templum Dei propriè, & ad literam templum Salomonis, metaphoricè Eccleſiam ſpiritualem ſeu corda fidelium intelligi.* Quid iam tu. *b.*

Ergo, inquis, *ſequitur extra templum Antichriſti Metaphoricè dictum non fore templum Dei.*

Bellè; ac ſi ita argumentarer.

Deus in ſcripturâ ſignificat propriè Deũ Trinum, & vnum; Metaphoricè iudices, & Magiſtratus.

Ergo ſequitur extra Deum Metaphoricê dictum, non fore Deum.

Profectò Thummi ſi Domitiani æuo vixiſſes, quando ille PHILOSOPHOS vrbe & Italia exeſſe iuſsit, nemo TE in vrbe & Italiâ fuiſſet SECVRIOR. Ita nec vmbram habes Philoſophi.

a. *lib: 3. def. Bellarm. cap. 13. p. 923. & pag. 924. Euſebius in Chronico anno. 9. & 15. Domit.*

CAPVT

CAPVT XXV.

MAGNVS SED VANVS THVMmij conatus, quo probat paſſim in ſuo Apocalyptico Charactere etiam in ipſo Papatu, & Romana Eccleſia eſſe multa millia eorum, qui genua Papæ non incuruant.

1. HI, *inquit, ſunt templum Dei: in hoc etiam ſedet Antichriſtus, dũ Tyrannide ſuâ illos premit, & perſequitur.* Vt autem hoc euincat, duplici nos ariete impetit.

2. *Primum* arietem propellunt Infantes. Cauete muri Ieruſalem. Argumẽtum infante dignum.

Romæ alijſque in locis Antichriſti Tyrannidi ſubjectis multi ſunt infantes Baptizati.

Ergo illi pertinent ad templum Dei, adeoque faciunt veram Eccleſiam.

O telum infantili excuſſum manu? Nam ecce.

3. RESPONDEO 1. retorquendo telum, & arietem.

Quod eſt templum Dei, in illo debet ſedere Antichriſtus.

Atqui in cætu infantium Romæ, &c. Baptizatorum non ſedet Antichriſtus.

Ergo ille cætus infantium Romæ,&c. Baptizatorum non eſt templum Dei.

Maior eſt veſtra, inde enim probatis Antichriſtum non ſeſſurum in Synagoga Iudæorum, quia non ſunt templum Dei.

4. Minorem euidenter demõſtro hoc conglobato Syllogiſmo ex te petito: *Si Antichriſtus ſederet in cætu infantium Romæ, &c. Baptizatorum, tunc vel ſederet* Respectv svi, *vel* Respectv impiorvm *vel* Respectv piorvm. *Hos enim & non plures modos tu ipſe affers p.* xxxviii. Quibus Romanus Pontifex in Eccleſia ſedere dicitur: *Sed nullo horum modorum ſedet in infantibus, quod probo. Nam* Nec Respectv Svi, *cum Monarchicum imperium in infantes non ſumat ſibi Pontifex, fatetur enim & vos Luthericolas legitime Baptizare.* Et infantibus vſu rationis carentibus leges ferre nõ poteſt. Nec Respectv Impiorvm. *Tum quia impium eſt, dicere infantes impios. Tum quia ab infantibus rationis vſu carentibus non agnoſcitur pro capite.* Nec Respectv Piorvm. *Tum quia infantes impropriè pij dicuntur. Tum quia infantes*

fantes Pontifex etiam te iudice nec premit, nec perſequitur. Tunc enim perſequeretur ſi priuaret Baptiſmo.

Ergo non ſedet in cœtu infantium Romæ Baptizatorum.

5. Oro te, Thummi, an non INFANTEM te reddit hic Syllogiſmus? *Maior* tua eſt. *Minor* tua eſt. *Conſequentia* tamen non *tua* ſed contra *Te*. Vnicũ ergo cum *infantibus* tuis adhuc poteris, PLORARE.

6. RESPONDEO II. totum argumentum extra chorum ſaltat. Hoc enim inferendum eſſet.

Ergo aliqui ſunt in medio Papatu occultè, qui Papam pro capite non agnoſcunt, &c. Nec Romanæ, nec Lutheranæ fidei adhærent, & à Papa premuntur. Tu hoc infers ridiculè.

Ergo infantes baptizati ſunt in templo DEI.

Vt taceam Baptizatos infantes æquè pro ſuâ Caluiniſtas, & Sacramentarios, quam vos pro veſtrâ Eccleſiâ poſſe adducere, & ſimile argumẽtum fore, ac ſi Iudæus Romæ ita argumentaretur.

In Turcia multa infantium millia Iudaico more circumciduntur.

Ergo in Turcia multa millia Iudæorum ſunt.

Viden' ergo quam infantes INFANTEM te fecerint.

CAPVT XXVI.

CONATVS ALTER PRIORI non diſpar, quo eandem rem contendit.

1. ALterum arietem, quo probet ROMAE, & in medio papatu plurimos eſſe LVTHERANOS, viris committit propellendum. Qui autem illi ſint, ita nobis graphicè depingit, ſed riſum teneatis amici. *Etſi*, inquit pag. XXXIX. & XL. *Eccleſia Romana ſit Baalitica, & Antichriſtiana, in hac tamen multi pij* latent *& veri fideles (ſicut tempore Eliæ quando putabat ſe ſolum remanſiſſe, ſeptem millia* latuerunt, *qui genua ſua coram Baal non incuruârunt* 3. Reg. c. 19.) *qui eandem doctrinam nobiſcum profitentur, atque eodem modo quo nos, gratis nimirum per fidem in Chriſtum iuſtificantur, & ſaluantur.*

Milites Thūmiani in cuniculis.

2. Quid

2. Quid ais prædicans? ELIAS In Iſraelitarum terris exiſtens non viderat, qui laterent in terris Iſraelitarum. TV *Tubingæ* exiſtens, videas qui lateant *Romæ?* Annon & tibi accinetur? *Elia Maior eſt hic.* RVRSVS. Qui Romæ ſunt, non vident qui lateant Romæ. TV trans montes poſitus *Germaniam* incolis, &, qui *Romæ* lateant, vides? AN LATENT, ſI VIDENTVR? DEINDE, vbi oro te, hi latentes? in quâ cryptâ, in quo ex ſeptem montibus, an in Auentino, num in Exquilino, an in OCTAVO?

3. Sed audiamus ex meditullio Logicæ Carneadem *a.* noſtrum hoc demonſtrantem, pag. xxx. ita, ſine forma tamen, argumentatur. *Quia pericopæ Euangelicæ purè* (Romæ & in Romanâ Eccleſiâ) *præleguntur, plurima doctrinæ & conſolationis pleniſſima dicta ſæpe inculcantur,* DEVS *per hoc ſuum verbum,* QVOD NVNQVAM REDIT VACVVM. Iſai. 55. *ſemper ſibi gignit filios, etſi lateant, vti 3. Reg. 19.* Informes hæ pericopæ, ſi colligantur, hanc efficiunt formam.

An in Eccleſiâ Romanâ multi Lutherani lateant.

Vbicunq; verbum DEI *purè prælegitur, ibi* DEVS *ſibi gignit filios.* *Sed*

Sed in Romanâ Eccleſiâ verbum aut ſaltem pericopa verbi D e i, *purè prælegitur.*

Ergo in Romanâ Eccleſiâ D e v s *gignit ſibi filios.*

Tandem veridicus eſt Thummius.

M i n o r opinione Prædicantis, probatione non indiget.

M a i o r e m probat ex cap. 55. Iſaiæ, v. 11. *Verbum meum non reuertetur ad me vacuum.*

Vide ſis morem Prædicantium ſcripturas citandi.

4. Hercule opus eſſet, qui hoc Augiæ ſtabulum repurgaret. Ita in hoc ſyllogiſmo nihil ſanum, nihil integrũ, quod ad rem tuam faciat, Thummi: meræ pericopæ. Aggrediar tamen opus, & Reſpondeo 1. Te vt verbis Tertulliani *b.* loquar, cum toto tuo ſyllogiſmo *c.* à *lineâ excidere*, imò & principium petere. Inferendum tibi erat hoc conſequens.

Ergo in Romanâ Eccleſiâ ſunt multi occultè Lutherani.

Tu directiſsimè, ſcilicet, ita infers.

Ergo in Romanâ Eccleſiâ, D e v s *gignit ſibi filios.*

Sin per *filios* intelligis *Catholicos*, ſeu vt tu vocas *Papiſtas*, rectè quidem nos depingis, ſed *extra lineam*, extra quæſtionem.

ſtionem. Si verò *Lutheranos*, hoc ipſum eſt bone vir, quod in concluſione *inferendum*, non in Maiore *ſupponendum* erat. Idem dico de *verbo* DEI *puro*, quod tu de veſtro verbo ſupponis, non probas. Viden ergo hîc palmare vulnus Logicæ inflictum?

5. RESPONDEO II. Maiorem eo ſenſu quo Thummius ſumit, *quod nunquam ſine fructu, ſemper gignat filios* omnino falſam eſſe, nitique falſâ ſcripturæ explicatione. Demonſtro. Verba Iſaiæ hæc ſunt. *Non reuertetur* (verbum meum) *ad me vacuum*. Ex his verbis hanc vniuerſalem deducit Thummius. Explicatur Iſaias.

Ergo vbicunque prædicatur verbum DEI, *ſemper generat filios. & conſequenter etiam Romæ, & in Papatu*. Hanc explicationem & Textui, & *Scripturæ*, & *Experientiæ*, & *Luthero* repugnare, euidenter oſtendam. An verbum Dei prædicatum ſemper fructiferum ſit.

TEXTVI igitur repugnat. Nam ſi per VERBVM cum ſancto Hieronymo *c.* intelligamus vel ipſum CHRISTVM DOMINVM, vel REPROMISSIONIS VERBVM, nihil penitus ad propoſitum

ſitùm tuum quadrabit. Quod ſi cum eodem ſancto Hieronymo per VERBVM, EVANGELII DOCTRINAM, & prædicationem, quem ſenſum & Lutherus d. tuus probat, accipiamus; nequit vllo modo conſiſtere cum textu ſenſus Thummij. Comparat enim ibi Dominus VERBVM, ſeu Euangelij prædicationem IMBRI: *Quomodo* inquit, *deſcendit* IMBER, *&c. & germinare facit terram, &c.* SIC *erit* VERBVM *meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum.* ATQVI, ſubſumo ego, imber non ſemper *germinare* facit terram, ſed tunc tantùm, cum *terram bonam* nactus eſt. ERGO & Euangelium non ſemper *generabit* filios, ſed in ijs tantum, *qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.*

Confutat Thummium Magiſter illius Brentius, & Lutherus.

Quod ipſum luculenter docet Ioannes Brentius in hunc ipſum Iſaiæ locum e. *cum dicitur*, inquit, *non redibit ad me vacuum, non eſt intelligendum, quod vbicunque prædicetur* Euangelion, *ibi in omnibus auditoribus afferat fructum ſuum, ſed omnino huc referenda eſt parabola de faciente ſementem*

ſementem, cuius aliud ſemen cecidit iuxta viam, aliud in loca ſaxoſa, aliud inter ſpinas, aliud autem in terram bonam, &c. Sic & Euangelion optimum ſemen eſt, &c. Sed non inuenit vbique agrum, ſeu animum accipiendo huic fructui idoneum. Quomodo ergo, dices ſaluabitur horum verborum VERITAS? audi Lutherum tuum f. *Quomodo*, inquit in cap. 13. Matth. *fieri poteſt vt* VERBVM *ſit* VERVM, *& vtile, & tamen tertia pars tantum fructificat? quorum vitio?* VERBI? *Non, ſed* TERRAE *ſeu* AVDITORVM. *Idem verbum omnes audiunt, ſed non omnes fructificant.* Subdit dein. SVFFICIT ERGO AD VERITATEM VERBI, QVARTA PARS AGRI BONI. Viden' ergo & explicationem tuam textui in terminis contradicere, & nihilominus ſtare ſuam textui veritatem. Sed ad alterum venio.

7. AIO te & SCRIPTVRAE repugnare. Demonſtro. Tu ais *vbicunq; prædicatur verbum Dei, ibi nunquam reuertitur vacuum.* Audi iam ſcripturam. Iſaiæ c. 53. *Domine quis credidit auditui noſtro?* ſeu vt Lutherus g. tuus vertit, *quis credit* PRAEDICATIONI *noſtræ,* vbi

vbi eodem Luthero *h.* tuo teſte indicatur Iudæorum potiſsimùm circa Euangelij prædicationē incredulitas. Ergo apud illos ſaltem pleroſque *verbum vacuum* reuerſum eſt. Sed quid ſcripturas adduco ? vix in Prophetis caput vllum reperias in quo non Dominus de *verbo ſpreto* adeoque in *vacuū reuertente* conqueritur. Quoties illud exaggerat? NOLVERVNT, NOLVISTIS, NOLVNT *audire verba mea?*

8. SED oſtendo te & EXPERIENTIAE repugnare. Negas *verbum diuinum vnquam reuerti vacuum.* Audi ergo Lutherum *i.* tuum. *Sodomis,* inquit, FRVSTRA *concionabatur Loth. Primo mundo* FRVSTRA *concionabatur Noah.* Audi Gentium Doctorem. *k. vobis,* inquit, (Iudæis) *oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam* REPELLITIS *illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes.* Audi denique Dei filium *l. Loquor,* inquit, *vobis, &* NON CREDITIS. Abſtineo pluribus. Satis mactatus es.

Thummius Luthero contradicit.

9. TANDEM & LVTHERO tuo contradicere te demonſtro. Ais tu,

verbum

verbum vbicunque prædicatum generare filios, & nominatim in medio Papatu. En Lutherum m. tuum. *Hanc, inquit,* (gratiam retributionis) *per multos iam annos aduerſarijs noſtris* (de Papiſtis, vt vocat, loquitur) *obtulit Dominus per* VERBVM SVVM, *ſed* SINE *fructu aliquo;* PERSISTVNT *enim in odio verbi, & pietatis.* Audis hæc? quò iam te vertes miſer? Quadruplici telo ſaucius, precariam trahis animam. Manibus iam palpas, nullam eſſe ſequelam hanc; niſi à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter.

Scriptura dicit, verbum prædicationis non reuerſurum vacuum, niſi malitia auditorum obſiſtat.

Ergo ſcriptura abſolutè dicit, verbum prædicationis nunquam reuerſurum vacuum.

Sed quid te totâ tamdiu arenâ agito? Finio: & breuiter

10. Reſpondeo III. Etiam minorem falſiſsimam eſſe, *quod nimirum Romæ, & in Papatu pericopæ ſeu ramenta verbi* (*Lutherani*) *purè prælegantur.* Oſtendatur locus; cathedra; Doctor; auditor. Nec Syllaba *de Lutherano verbo* prælegitur.

tur. Nec apex populo permittitur. Docti priuatim legunt; non vt *ſequantur*, ſed vt *perſequantur*. Sed probas.

In Eccleſiâ Baaliticâ fuerunt multi occultè pÿ, ſeptē millia nimirum Prophetarum.

Ergo & in Eccleſiâ Romanâ erunt multi occultè pÿ, hoc eſt, Lutherani.

Reſpondeo, antecedens *blaſphemū* eſſe, conſequens *ineptum*. Itáne verò tibi ſanctiſsimi Prophetæ *in Eccleſiâ Baaliticâ*? O os? an idcirco tibi Baſilius, Nazianzenus, Athanaſius *in Eccleſiâ Arrianâ*, Quia vixêre *inter Arrianos*? Nos *in Eccleſiâ Lutheranâ*, quia degimus *inter Lutheranos*? ſceleſtè. *Ineptum* verò conſequens. In quo I. falſiſsimè ſupponis *Romanam* Eccleſiam eſſe *Baaliticam*. Habebit tibi gratias Cæſar, Electores, alijque Catholici principes, quos Eccleſiæ Baaliticæ mēbra facis. II. Ridiculè aïs, Lutheranos *Latentes* eſſe OCCVLTE pios. Credo profectò, & ita quidem OCCVLTE vt nec A DEO IPSO videantur. III. Conſequens ita cum antecedente cohæret, ſicut ſcopæ diſſolutæ. Rectius ita argumentareris.

In qua Eccleſia Thūmius Cæſarem collocet.

In Ec-

In Eccleſiâ Baaliticâ fuerunt ſeptem millia piorum virorum, nullæ fæminæ.

Ergò in Eccleſia Romana nullæ erunt fæminæ Lutheranæ.

Sed quia tota hæc tua argumentatio ingenij tui paulò OBTVSIORIS inditium eſt, Suadeo tibi vt relicto VINO, *Solâ* in poſterum AQVA vtaris, *hæc enim*, vt Eubulus apud Athenæum affirmat, ſi *ſola potetur,* SAGACES *facit, ac* INGENIOSOS.

a. *ſolebat Carneades cum Chryſippo diſputaturus elleboro prius cerebrum purgare teſte Val. Max. l. 8. c. 7.* b. *adu. Hermog. c. 39.* c. *in cap. 55. Iſaiæ.* d. *Tõ. 4. Lat. edit. VVit. 1552. in cap. 55. Iſa. p. 289,* e. *edit. Lat. argentor. 1550. p. 860.* f. *Tom. 5. Lat. edit. VVit 1552. in cap. 13. Matth. p. 41.* g. *in Bibl. Germ. edit. VVit. 1555.* h. *Tom. 4. Lat. edit. VVit. 1552. p. 261.* i. *Tom. 3. Lat. edit. VVit. 1549. in pſal. 133. p. 678.* k. *Actorum c. 13. v. 46.* l. *Ioan. c. 10. v. 25.* m. *Tom. 4. Lat. edit. VVit. 1552. in cap. 3. Ioëlis. p. 509.* n. *lib. 2. dipnos. edit. Commel. p. 43.*

Capvt XXVII.

PRÆDICANTICA CONSEquentia, quâ Thummius deducit de aduentu Enoch, & Eliæ, ante mille annos non idem à totâ Eccleſia creditum fuiſſe, quod iam.

I. DIxeram Aduentum Enoch & Eliæ circa tempora Antichriſti iam ante mille annos à totâ Eccleſia creditum eſſe. Teſtes protuli *Aretham* & *S. Auguſtinum*. Quid hîc prædicans meus? *vt videas*, exclamat pag. XXIII. *vniuerſalem Eccleſiam ante mille & vltra annos* (*vti traſonicè mentiris*) *non idem quod vos de Enoch, & Elia, ſeu duobus teſtibus illis cenſuiſſe, miras veſtratium ſententias obiter ſaltem è Ludouico Alcaſare Ieſuita contraham*. Ac mox, quod ſuperi bene vertant, per quatuor paginas Alcaſarem Lectori proponit. Summa hæc eſt. *Authores in explicando loco Apocalyptico de duobus teſtibus non omnino conuenire. Alios Eliam, & Enoch; Moyſen, & Eliam alios; alios nullum horum intelligere, ſed vel alias vel fictas, perſonas.* Tum velut iam

Sic Thummiana creſcunt opuſcula.

lut iam debellatum eſſet, trophæum Ioui figit.

Non crediſſem ego, ARROGANTIAM magnorum pectorum pediſequam in *Thummio* locum reperturam, niſi me Philo *a.* docuiſſet, *eam ſæpe in contemptis etiam, & obſcuris hominibus naſci.* Age igitur, Thummi, quia ſolo Alcaſaris gladio contra me pugnas, proprio deſtitutus, eodem & ego vtar; faciamq; vt rediuiuus *Aiax* in tuummet *incumbas* mucronem. Et vt clarè procedatur; Sequentia ordine, ſed laconicè diſcutiam. I. *Quid de venturis teſtibus circa Antichriſti tempora ſenſerit Eccleſia, & adhuc ſentiat.* II. *Quo fundamento ſententia Eccleſiæ nitatur.* III. *Quid ex illa ſententia deducant Doctores.* His explicatis patebit, quam ridicula ſit prædicantis noſtri conſequentia.

3. AD PRIMVM *dico primò.* Quod venturi ſint aliqui teſtes, ſiue de in vnus, ſiue plures, circa aduẽtum Antichriſti, qui ſe Antichriſto oppoſituri ſunt, communis fuit *Eccleſiæ totius* ſenſus, & traditio. Ita paſsim ipſe Alcaſar, *b.* & apud eum plurimi, patebitque

Aliqui teſtes fidei ſe opponent Antichriſto.

 ex di-

ex dicẽdo ſecundo. Et hæc eſt ſubſtantialis ſententia illa, in qua Catholici omnes vnanimiter conueniunt.

4. *Dico ſecundo*, quod teſtes illi futuri ſint duo, & quidem Enochus, & Elias. Id iã ante mille, & amplius annos CONCORDITER ab Eccleſiâ receptũ fuit teſte Aretha *c.* qui illis temporibus ſcripſit. Eliam verò ante iudicium venturum S. Auguſt. *d.* affirmat, iam ſuo æuo CELEBERRIMVM FVISSE IN SERMONIBVS CORDIBVSQVE FIDELIVM. Eſtq; hodie cõmunis fidelium ſenſus, ita vt graues Theologi *e.* cenſeant ſententiam hanc ſi non *de fide*, certè *fidei proximam* eſſe. Eſto pauculi nonnulli non Enochum & Eliam, ſed Moyſen & Eliam venturos cenſeant, quod tamen ſubſtantiali Catholicorum ſententiæ nihil obeſt.

Enoch & Eliã Antichriſti tempore venturos, receptiſsima ſententia.

Fundamentum huius ſententiæ.

5. AD SECVNDVM *Dico*, fundamẽtum præcipuum, quo ſententia de aduentu Enoch, & Eliæ nititur, non eſt locus ille Apocalypticus. cap. 11. *Dabo duobus teſtibus meis, &c.* Sed hoc, *quod de fide ſit Enochum adhuc viuere*, vt patet ad Hebr. cap. 11. v. 5. *De Eliâ verò* manifeſtè colligi-

colligitur. 4. Reg. c. 2. v. 11. Ita quidem vt ipſe Thummius *f.* fateri coactus ſit, *vtrumq; adhuc in corpore ſuperſtitem eſſe.* Iam ergo ſubſumimus nos cum ipſo Alcaſare *g.* *Quandoquidem ergo tam Enoch, quã Elias ſingulari Dei conſilio adhuc viuunt, ſatis ex veteri traditione, & communi Doctorum declaratione innoteſcit, ob nullum alium finem à Deo vitam ipſis protractam, quam vt Antichriſto venturo reſiſtant, ab eodemq; Martyrij, palmâ coronentur.* Vterq; adhuc in vinis eſt.

6. Neque verò eſt cur mihi *vnum aut alterum* authorem ſecus arbitrantem obijcias: ſi enim vos Theologi Tubingenſes affirmare auſi eſtis, veſtram de vbiquitate ſententiam ita COMMVNEM eſſe, vt oppoſita *in Eccleſijs* orthodoxis INAVDITA HACTENVS fuerit: cum tamen ipſo sereniſsimo ELECTORE Saxonico atteſtante *i.* VNIVERSA SAXONICA ECCLESIA ſententiam oppoſitam per 43. annos amplexa ſit. Quâ fronte iam dicere poteris, noſtrã de mortali aduẽtu Enoch, & Eliæ COMMVNEM apud nos non eſſe, quia VNVS AVT ALTER ſecus arbitrari videatur?

7. AD TERTIVM *Dico*; Ex hac communicorollaria deducta.

Corollaria deducta.

muniter apud Catholicos recepta
I. ſententiâ, Doctores Catholicos I. euidenter deducere. *Antichriſtum nondum veniſſe*, cum nondum illi teſtes cō-paruerint; conſequenter Pontificem
II. Romanum *Antichriſtum eſſe non poſſe.* II. rectè deducere, Antichriſtum *Hieroſolymis* ſeſſurū; ſicut enim Petrus, & Paulus *Romæ*, quia Idololatriæ *caput* erat, præcipuè docere ſtuduerunt; ita Enoch, & Elias illam potiſsimum prædicationi ſuæ ſedem deligent, quæ Antichriſtianæ abominationis *regia* futura eſt. Cum ergo vterque *Hieroſolymis* & prædicaturus, & pro Chriſto moriturus ſit, rectè colligimus, *Ergo illa erit ſedes Antichriſti.*

8. His ergo enodatis. *Quid* nimirum, *quo fundamento*, *quibus ſequelis* Catholici de Enochi & Eliæ aduentu doceant; inſpiciamus iam amentatam Thumij haſtā: probandū erat Thummio, *falſum eſſe, quod ante mille & amplius annos ſenſerit Eccleſia Catholica Enochum, & Eliam ante finem mundi in propriâ perſonâ venturos.* Probat ille huiuſcemodi medio, nam aliud ex tot ſuis paginis non exprimet.

Ante

Ante mille & amplius annos ex cap. 11. Apocalypſis, non collegit vniuerſa Eccleſia Eliã, & Enochũ venturos, vt patet ex Alcaſare. Plauſum date.

Ergo ante mille, & amplius annos non cenſuit vniuerſa Eccleſia Eliam, & Enochum venturos.

Quid ni acclamem ſolenne illud? *Beatè! diuinè! non poteſt melius!* Sed liceat mihi tuâ pace ad *magni* ingenij tui imitationem ſimile enthymema procudere.

Lutherus ex c. 6. Ioannis non colligit Chriſtum eſſe præſentem in ſumptione Euchariſtiæ. k.

Ergo Lutherus non cenſuit Chriſtum eſſe præſentem in ſumptione Euchariſtiæ.

Quid hîc prætendes miſer? annon vides differre has propoſitiones toto cœlo?

Eccleſia (idem eſt de Luthero) *credit hoc.*

Eccleſia credit hoc, quia in tali vel tali loco ſcriptum eſt. Poſſunt duo eandem rem credere, licet ob alia fundamenta. Ita pari modo, credebant ante mille annos Catholici CONCORDITER *Eliam, & Enoch venturos*, & adhuc credunt,

dunt, licet ex varijs fundamentis ſecundarijs. *Alij* enim id ex Apocalypſi, *Alij* ex Eccleſiaſtico, *Alij* aliunde colligunt.

CAETERVM ad *Alcaſarem* quod attinet. Nihil ille à parte rei *pro te*; nihil *contra nos*. Admittit ille *l.* ex communi Theologorum ſententia *duplicem vnius loci literalem ſenſum*; vnde ipſe *m.* fatetur ſuam illam de *ſpirituali* Enochi, & Eliæ aduentu expoſitionem, noſtræ de *reali*, *&* *proprio* eorum reditu explicationi non officere. O ſi hæc præuidiſſes Thummi? Fatere, annon iam optes cum M. Valentino VVigelio *n.* vel ad Semihoram TRVNCVS fuiſſe, vt in illa VVigeliana Ecſtaſi, & PRAEVIDERE hæc potuiſſes, & PRAECAVERE.

a. *lib. de charitate circa finem.* b. *In c. 11. Apocal. v. 2. comment. & notat. 6.* c. *c. 30. in Apocal. Edit. Baſil. p. 145.* d. *lib. 20. de ciuit. Dei. c. 29.* e. *apud Alcaſarem Apocal. Edit. Antuerp. p. 583. & Bellarmin. lib. 3. de Pontif. c. 6.* f. *in priori Antichriſto. p. 86.* g. *In Apocal. p. 584.* h. *In amica admonit. ſuper deciſ. ſaxon. p. 2. Edit.*

p.2 Edit. Tubing. 1624. i. In mandato præfixo deciſ. Saxonicæ Edit. Lipſ. 1624. k. In notis margin. ad cap. 6. Idan. Edit. Bibl. Germ. 1555. VVit. l. In Apocal. pag. 584. m. loc. cit. n. In anatom. Iſaaci Frœreiſenij, num. 20. Edit. argent. 1623.

CAPVT XXVIII.

AN ILLA VERBA APOC. C. II. vbi & Dominus eorum crucifixus eſt, ſpiritualiter, non Literaliter de Româ, non Hieroſolymâ ſint intelligenda?

1. BEllarminus illa Apocal. p. 11. verba, *vbi & Dominus eorum crucifixus eſt*, neceſſario dixerat de *Hieroſolymâ* intelligenda eſſe: ibi enim Dominum eſſe crucifixũ. Thúmius contra, velut pro aris, & focis contendit *Romam* intelligi, & *crucifixionem* non propriè & LITERALITER, ſed SPIRITVALITER accipiendam. Probat autem id ex ipſo textu, qui ita habet. *Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter ſodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus eſt.* Ex qui-

Ex quibus verbis tale format argumentum p. XLVIII. *Ciuitas magna vocatur ſpiritualiter Sodoma, & Ægyptus.*

Ergo & crucifixio ſpiritualiter accipienda.

Nec antecedens, nec conſequens in hoc Enthymemate ſanum. Vtrumque morbidum, podagricum. Demonſtro.

Hieroſolyma Sodomis ſceleratior, quia Chriſtum cruci affixit.

2. ANTECEDENS quidem, quia in illo Thummius ridiculè τὸ SPIRITVALITER ad *ſubiectum* trahit, cum ſcriptura euidenter ad *ſolum prædicatum* referat. Senſus enim eſt *ciuitas magna* (Hieroſolyma, per periphraſin deſcripta) *vocatur Sodoma, & Ægyptus*, non quidem propriè, ſed *myſticè, ob ſimilitudinem nimirũ ſcelerum, quæ in ſodomis, & Ægypto Patrata ſunt*, additur dein, *vbi & Dominus*, (quaſi dicat, non ſolum Hieroſolyma *quoad ſcelera ſimilis* eſt ſodomæ, & Aegypto, ſed etiam *vincit*, nam ET Dominum ſuum crucifixit. Hæc eſt vis huius copulæ ET, quam tu *maiuſculis* deſcripſiſti.)

3. Sed quia de hac re fusè, & eruditè Franciſcus Suarez, *a.* ad illum te re-

te remitto, qui totam de Enoch, & Eliâ materiam ſolidè *b.* perſequitur. Ego vnicum Aretam *c.* adduco, vbi in illa verba, *quæ vocatur ſpiritualiter ſodoma,* ita loquitur. HIERVSALEM *verò dicit vocari, & Sodoma, & Ægyptum ſpiritualiter, hoc eſt per allegoriam.* SODOMA, *propter impudicitiam in ipſa tunc habitantium Iudæorum, & hoſpitum contemptum.* AEGYPTVM *verò, quaſi in ſeruitium adigentem, ac iniurÿs afficientem Chriſti ſeruos, perinde, ac illa Iſraëlem.* Euidenter hîc vides per *ciuitatem* magnam *ad litteram* intelligi, & propriè, *Hieroſolymam:* τὸ SPIRITVALITER verò ad ſolum prædicatum referri.

Sed venio ad CONSEQVENS, in quo oſtendo nec vmbram eſſe conſequentiæ. Ac primò ita totum argumentū retorqueo.

Ciuitas magna accipitur propriè, & literaliter.

Ergo & crucifixio propriè, & literaliter accipienda. Antecedens iam probatum. *Conſequentia* tua. *Conſequens* contra te. Sed quia viā facis in coniunctione ET, quaſi per illam τὸ *ſpiritualiter* etiam ad poſte-

poſterius membrum referatur. Habe ſimilem enuntiationem, vt videat Lector,& rideat tuam.

Ciuitas Lutheri ſedes, vocatur ſpiritualiter Hieruſalem, vbi & ius canonicum combuſtum eſt, &c.

Iam ita argumentor ex tuâ formâ.

HIERVSALEM *accipitur in priori membro ſpiritualiter.*

Ergo etiam in ſecundo membro ob coniunctionem, ET, *accipietur* COMBVSTIO *ſpiritualiter.*

Annon ipſe te rides Thummi? & tamen ouum ouo tam ſimile non eſt, quam hoc Enthymema Enthymemati tuo. Nihilominus Philoſophum te putas eſſe. Et ego ita cenſeo. Verum Philoſophum non PROPRIE, ſed tropologicè.

a. *In defenſ. fidei Cathol. lib. 5. cap. 16. num. 8.* b. *lib. cit. à. cap. 11. vſque ad 15. (cap. 30 in Apocal. p. 147. edit. Baſil.* d. *ita VVittenbergam Lutheri ſedem vocat Ægidius Hunnius in Concione German. de Iubil. Acad. VVit. Edit VVit. 1603.* e. *de quo actu in T. 2. Lat. Lutheri. Edit. VVit. 1546. p. 129.*

CAPVT

CAPVT XXIX.

ELEGANS LOGICI NOSTRI argumentatio qua Romam Antichriſti ſedem futuram probare aggreditur.

1. QVod Roma Antichriſti ſedes futura non ſit, ita probat Bellarminus. *a.*

Roma Antichriſti tempore(ſiue ab ipſo Antichriſto, ſiue à decem Regibus) incendetur, Apocal.17.

Ergo Antichriſti ſedes non erit.

2. Duplici fulmine Iupiter noſter antecedens hoc impetit.

PRIMVM vibrat pag.XIX.

Antichriſtus ſpiritu oris Chriſti in vltimo eius aduentu abolebitur.

Ergo Roma à decem Regibus non totaliter deſtruetur.

Conſequentiam probat: *Quia ſcriptura ſacra Antichriſtum à genuinâ ſede ſuâ Româ, etiam à decem Regibus labefactatâ, non totaliter auellit.* Addit Benedictum Iuſtinianum, *qui totalem vrbis Romæ deletionem pro commento ſine authore, & certâ ratione habeat.*

3. Verum

3. Verùm comica hæc tonitrua ſunt, non cœli fulmina. Nam 1. ſi antecedẽs ſenſu noſtro ſumat, nimirum *quod Antichriſtus Hieroſolymis ſpiritu oris Chriſti abolendus ſit*, tum tale erit enthymema, ac ſi ita concluderem.

Lutherus VVitebergæ mortuus eſt.

Ergo Heidelberga à Tillio expugnata non eſt.

Quæ enim oro te ſequela? *Antichriſtus Hieroſolymis occidetur. Ergo Roma non comburetur?* Quod ſi igitur antecedens ſenſu tuo accipias, hoc eſt, *Antichriſtum Romæ occidendum*; tum euidenter PRINCIPIVM PETIS. Nam hoc ipſum eſt, quod quæritur, de quo vtrinque contenditur. Nos cum Patribus, & antiquitate ſcripturam DE HIEROSOLYMA, VOS heri nati DE ROMÂ exponitis. Idem quoque PRINCIPIVM petis, pag. 50. dum ſupponis, *conſtare Romam eſſe domicilium Antichriſti*, ſi ſupponere refutare eſt, quid libris ſcribendis cerebrum exhauris? Suppone te refutaſſe, & refutaſti. Sed pergo.

Thummius äſſerit, ergo probat.

4. Ais II. Iuſtinianum *totalem vrbis Romæ deletionem pro commento habere.* Et ego

An Romã olim delẽdam

ego pro commento habeo, ſed tuo. Nuſpiam negat Iuſtinianus, *Romam abſolutè delendam,* ſed de tali Româ negat, *b. quæ ad priſtinam magnitudinem reditura, moxque tota à Pontifice receſſura ſit, vt quidam docuerunt.* Certè ſententiam de Romæ excidio, nec *ſine autore,* nec *ſine ratione* eſſe, docebunt te Patres apud Franciſcum Suarez, *c.* Sibyllæ, apud Franciſcum Riberam *d.* Ipſas rationes fusè proſequuntur tum citati, tum Thomas Maluenda *e.* Interim hac tuâ *principij petitione* vnicum hoc adeptus es, vt *probandum* tibi ſit, quod *probaſti.* neget Iuſtinianus.

a. *lib.3.de Pont.c.13.* b. *in 2.ad Theſſal. c.2.p.416.* c. *lib.5.defenſ.fid.Cathol. cap.7.à num.8.& cap.21.à num.6.* d. *in cap.14.Apocal.n.55.* e. *lib.4.de Antichriſto.cap.6.*

CAPVT XXX.

DE RE EADEM DEMONſtratio non abſimilis.

1. ALtera demonſtratio, quâ euincere nititur prædicās *Romam à decem Regibus non exurendam* hæc eſt p. I.

Si Roma in decem Regibus exurenda eſſet, tum ſequeretur, quod meretrix (Roma) prius exurenda foret, quam cum Regibus terræ ſcortaretur, adeoq́ prius punienda quam peccaſſet.

Sed conſequens eſt abſurdum.

Ergo.

Superi, quæ ſequela Maioris? Profectò eam vt Hieronymus *a.* de Iouiniano dixit.

Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes. Quæ hæc connexio? exurent, ergo nō ſunt cum ea fornicati. Nónne primum fornicari, tum poſſunt exurere? Ipſi Theologi Saxones in papatu Acatholico *b.* in terminis *exuſtionem fornicationi* poſtponunt. An fortè idcirco negas, eos *odiſſe* Romam poſſe, quia

quia prius *amarunt?* Bellè profectò. Neſcis *magnos* amores *magni* plerumque odij eſſe prodromos? & nunquã *periculoſius* amari, quam cum *maximè* amatur? Meminiſti adhuc illius temporis, quo nihil *te* & *Mentzero* coniunctius? *fratres* mutuò, & quidem *in Chriſto dilectiſſimos* c. appellabatis. Quid verò iam? OMNIBVS DIRIS *mutua capita* deuouetis, & alter alterum nunc *Schiſmaticum*, nunc *hæreticum*, nunc *Caluiniſtam*, nunc *Marcionitam*, nunc *Eutychianum*, nunc *Neſtorianum*, d. vocitatis, iucundo CATHOLICIS ſpectaculo.

Amores ſæpè in odia degenerant.

3. Quid? Academia *VVittenbergenſis*, quæ ante annos centum à *Tubingenſi*, veſtra Academia Leges accepit, e. eámque per tot annos, vt *filia parentem* deuenerata eſt, annon iam eidem Academiæ, *parenti* quondam ſuæ, *in faciem* reſiſtit *filia*? eiuſque *circa vbiquitatem* dogmata vt *falſa* & *erronea* execratur f. vides ergò rem nec *nouam* nec *incredibilem* fore, ſi Reges, qui prius Romanæ vrbi *adhæſuri* ſunt eandem dein ſint *auerſuri*. VT taceam ex ſcri-

Fraterna concordia Prædicantium.

 pturã

pturâ *clarè* neutiquam colligi, *Decem illos Reges*, qui Romam *euerſuri* ſunt, fuiſſe *illos ipſos*, qui cum illa prius *fornicati* fuerant. Nam quoties ſcriptura fornicationis meminit (meminit autem c. 17. v. 2. c. 18. v. 3. v. 9.) nunquam ait fornicatos fuiſſe *decem illos Reges*, ſed abſolutè *Reges terræ*: vnde ergo conuincet non potius de *alijs* Regibus, quàm de *illis decem in indiuiduo* ſermonē eſſe? Vides ergo, te in *vnicâ* maiore *duplicem* inſcitiam commiſiſſe? Atqui vt ait Iocaſte apud Euripidem *g.* inſcitia duorum in vnū cum conuenit, maximum malum. ἀμάθια δυοῖν
Ε'ις ταῦθ' ὅταν μόλητον, ἔχθιςον κακόν.

a. *lib. 1. adu. Iouin. cap. 1.* b. *artic. 14. pag. 368.* c. *vt patet paſſim ex mutuis Epiſtolis, quæ habentur inter Acta Mentzeriana.* d. *Ibidem paſſim, & in neceſſariâ, & iuſtâ defenſione Balthaſaris Mentzeri.* e. *teſte Laurentio Rhodomanno, in oratione ſæculari, inter acta Iubilæi Academiæ VVitebergenſis.* f. *vt patet paſſim ex deciſione Saxonicâ iuſſu Illuſtriſſ. Electoris Saxon.* g. *in phœniſſa.*

CAPVT

CAPVT XXXI.

QVAM INGENIOSE PRÆdicans à complemento, ab euentu *argumentetur.*

1. QVæſtio eſt, quid ſibi apud S. Paulum 2. Theſſal. 2. velint illa verba. *Extollet ſe ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur,* vbi in greco eſt *σέβασμα*? PATRES & Bellarminus per *σέβασμα* intelligũt IDOLA, quæ demoliturus eſt Antichriſtus, ſe Solo idolorum omnium loco ſubſtituto; vnde deducitur *Pontificem Antichriſtum eſſe non poſſe, vt pote qui Lutheranis teſtantibus, plurima Idola adoret:* Thummius contrà per vocem DEVS intelligit OMNEM MAGISTRATVM, per vocem *σέβασμα* CAESAREM, ſeu Imperatorem. Ratio eius altera eſt p. LXI. *Quia complementum in Papa Antichriſto Romano ſatis apparet.*

2. Lubet hîc tandem aliquando prædicãticum quoddam arcanũ reſerare. In omnibus ſuis de Antichriſto libris nihil eſt, quod frequentius cre-

per Thummius quam argumentum A COMPLEMENTO, AB EVENTV. Hoc vrget, obtrudit, inculcat. Verbo dicam. Argumentum A COMPLEMENTO ſi prædicanti excuſſeris, exarmaſti hominem. Vt ergò ipſe *prædicans* cognoſcat, quàm ratio hæc argumentandi & *ridicula*, & ſi Scapham liceret Scapham nominare, *ſtupida* etiam ſit, ego rem omnem Laconicè expediam, exemplis ex ipſo Thummio adductis.

Achilles Prædicantium.

3. *Primum* per vocem σέβασμα 2. Theſſal. 2. intelligit Thummius *Cæſarem*, quo ſuppoſito deducit Papam eſſe Antichriſtum, vtpote *qui ſe ſupra Cæſarem extollat*. Catholici negamus per σέβασμα *Cæſarem*, ſed *Idolum* ſignificari. Iam audiamus probantem id Thummium *à complemento ſeu euentu*. *Euentus ipſe oſtendit, quod Antichriſtus, qui Papa eſt, ſupra Cæſarem ſe extollat, non autem ſuper Idola.*

Ergo per σέβασμα non Idolum, ſed Cæſar intelligitur.

An hic vel Cato riſum teneat? pro *medio* aſſumit, quod *in ipſa quæſtione* eſt, & puerili errore, tum PRINCIPIVM

petit,

petit; tum craſsè CIRCVLVM commit-tit, vt enim hanc concluſionem infe-rat. *Ergo Papa eſt Antichriſtus*, pro *medio* vtitur. *Quia effert ſe ſupra Cæſarem, quod ex mente ſancti Pauli Antichriſtus faciet.* Vt ve-rò iam probet *Antichriſtum elaturum ſe ſupra Cæſarem*, pro medio adducit. *Quia de facto Antichriſtus, qui Papa eſt, hoc facit.* Atque hæc eſt ſolidiſsima illa à *comple-mento ſeu euentu* deducta demonſtra-tio, cuius ſpecimen paulò fuſius de-duxi in Lectoris gratiam. Reliqua ſpe-cimina recitaſſe ſuffecerit. Ad fuſum miſſus.

4. *Secundum.* Negant orthodoxi Antichriſtum eſſe plures numero per-ſonas. Probat Thummius, pag. 30. ex Balduino *inuictè*, vt loquitur, à *comple-mento, & ab indubitato euentu, quia nimi-rum de facto Pontifices plures numero perſo-næ ſunt.*

5. *Tertium.* Aſſerunt Romano Ca-tholici, verba illa Danielis, *Tempus & tempora, & dimidium temporis*, de annis noſtris intelligenda eſſe, efficereque annos tres cum dimidio, ac proin Pontificem Antichriſtum non eſſe, vt-pote qui *diutius* longè imperet. Quid

hîc Prædicantes mei? Negant *tempus & tempora*, *e.* pro *annis vſitatis* ſumi poſſe. Rationem dant, *quia experientia teſtatur, Antichriſtum Romanum iam multo longiori tempore eſſe graſſatum.* Quam rationem ſolidam eſſe defendit noſter Thummius, p. 103. prior Antich.

6. *Quartum.* Nos negamus Antichriſti Nomen fore *Latinus.* Affirmat Thummius, pag. 8. Quare? *Euentus* in Pontifice docet.

7. *Quintum.* Affirmant Catholici, Antichriſti characterem vnicum fore. Negat Prædicans, pag. 17. Ratio eius eſt. *Euentus nos docuit* (in Pontifice) *de diſtinctis characteribus.*

8. *Sextum.* Locum Apocalypſeos. c. 11. *vbi & Dominus eorum crucifixus eſt*, de MATERIALI crucifixione intelligũt Orthodoxi, vnde probant Antichriſtũ Romæ non ſeſſurum, *quia ibi Dominus* MATERIALITER *crucifixus non eſt.* Thummius pag. 48. per ſuperos, & inferos contendit SPIRITVALITER crucifixionem intelligendam. Ratio eius eſt, *Ipſum complementum.* Nam Romæ Dominus tantum *ſpiritualiter* crucifigitur.

cifigitur. Atque hæc è multis Lectori meo ſufficiant.

9. Verum, videor mihi audire Thumium ita pro ſe loquentem. *Negari non poſſe, quin ita argumentatus ſit; poſſe tamen hoc ſuum argumentum, ab euentu petitum, meliorâ formâ ita proponi.*

Quicunque ſe extollit ſupra Cæſarem, eſt Antichriſtus. Pontifex extollit ſe ſupra Cæſarem.

Ergo, &c.

10. Actum agis mi Thummi. Nodum non explicas, ſed implicas. Nam *primò*, ſi ita ſubſumam.

Atqui Rebelles Caluiniſtæ extollunt ſe ſupra Cæſarem.

Ergo rebelles Caluiniſtæ ſunt Antichriſtus.

Quid amplius muties? & ſic ad reliquas tuas Maiores, falſiſsimas auctarium addis. *Secundo* ſi interrogem, vnde ſcias σέβασμα ſumi pro *cæſare*? Reſpondes, id te ex *euentu* colligere. Si vrgeam, quo *euentu*? cùm multi ſe ſupra Cæſares extulerint. Hîc aut tacēdum tibi; aut principium petendum. Dices enim, *conſtare hoc, quia de facto An-*

 tichriſtus

tichriſtus Romanus Pontifex ſupra cæſarem ſe extollit. Atqui bone vir hoc ipſum ex hoc Paulino loco demonſtrandum. Vnica reſpondendi *Philoſophicè* via tibi ſupereſt: *Pythagorica,* VT TACEAS.

CAPVT XXXII.

THVMMIVS QVAM VALIdè omnia Catholicorum miracula euertat.

1. VT omnia Romano Catholicorum miracula euertat Thummius ita extrema molitur. Paginas implet 28. Ego hominem κατὰ πόδα (Thummij ſunt elegantiæ cum Athenis ſtuderet, emptæ) ſequar. Priorum trium pagellarum hæc ſumma eſt.

Nouus ratiocinandi modus à particulari ad vniuerſale.

2. *Multa apud Catholicos fabuloſa miracula in legendis, & hiſtorijs ſanctorum reperiuntur.*

Ergo omnia Catholicorum miracula fabulæ ſunt: Antecedens probat authoritate *Gelaſij Pontificis, Dantis Florentini, Gerſonis, Laurentij Vallæ, Lyrani, Nationis*

Germanicæ in centum grauaminibus, Iſidori Clari ad Papam V.

Mirum ni Thummius totum Papatum hoc enthymemate ſternit. Ego breuiter

3 RESPONDEO I. quidquid ſit de antecedente. Conſequentia ſimillima eſt huic:

Multa apud Lutheranos falſa peruerſa, inuerſa in hiſtorijs de Luthero reperiuntur. Multa de Mentzero ſabuloſe ſcribit Thummius.

Ergo quicquid de Luthero à Lutheranis, de Menzero à Thummio ſcriptum, fabula eſt.

ANTECEDENS quoad *Lutherum* probo authoritate ipſius Nicolai Amſdorffij *a*, qui ingenuè affirmat, *multa in Tomis VVittebergenſibus de Luthero expuncta, omiſſa, permutata, &c* Et quod conſequens eſt, falſa. De Thummij circa Menzerum mendacijs, teſtis eſt hiſtoria controuerſiæ Tybingenſis *b*. vbi luculenta Thummianorum mendaciorum ſpecimina demonſtrantur.

CONSEQVENTIAM ſibi ipſi cudit Thummius. Melanchton *c*. appellat *fallaciam à dicto ſecundum quid, ad ſimpliciter,*

ter,

CAPVT XXX.

DE RE EADEM DEMONſtratio non abſimilis.

I. ALtera demonſtratio, quâ euincere nititur prædicās *Romam à decem Regibus non exurendam* hæc eſt p. I.

Si Roma in decem Regibus exurenda eſſet, tum ſequeretur, quod meretrix (Roma) prius exurenda foret, quam cum Regibus terræ ſcortaretur, adeoq́ prius punienda quam peccaſſet.

Sed conſequens eſt abſurdum.

Ergo.

Superi, quæ ſequela Maioris? Profectò eam vt Hieronymus *a.* de Iouiniano dixit.

Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes. Quæ hæc connexio? exurent, ergo nō ſunt cum ea fornicati. Nónne primum fornicari, tum poſſunt exurere? Ipſi Theologi Saxones in paparetu Acatholico *b.* in terminis *exuſtionem fornicationi* poſtponunt. An fortè idcirco negas, eos *odiſſe* Romam poſſe, quia

quia prius *amarunt?* Bellè profectò. Neſcis *magnos* amores *magni* plerumque odij eſſe prodromos? & nunquã *periculoſius* amari, quam cum *maximè* amatur? Meminiſti adhuc illius temporis, quo nihil *te* & *Mentzero* coniunctius? *fratres* mutuò, & quidem *in Chriſto dilectiſsimos* c. appellabatis. Quid verò iam? OMNIBVS DIRIS *mutua capita* deuouetis, & alter alterum nunc *Schiſmaticum*, nunc *hæreticum*, nunc *Caluiniſtam*, nunc *Marcionitam*, nunc *Eutychianum*, nunc *Neſtorianum*, *d.* vocitatis, iucundo CATHOLICIS ſpectaculo.

Amores ſæpè in odia degenerant.

3. Quid? Academia *VVittenbergenſis*, quæ ante annos centum à *Tubingenſi*, veſtra Academia Leges accepit, *e.* eámque per tot annos, vt *filia parentem* deuenerata eſt, annon iam eidem Academiæ, *parenti* quondam ſuæ, *in faciem* reſiſtit *filia?* eiuſque *circa vbiquitatem* dogmata vt *falſa* & *erronea* execratur *f.* vides ergò rem nec *nouam* nec *incredibilem* fore; ſi Reges, qui prius Romanæ vrbi *adhæſuri* ſunt eandem dein ſint *auerſuri*. VT taceam ex ſcri-

Fraterna concordia Prædicantium.

pturâ *clarè* neutiquam colligi, *Decem* illos Reges, qui Romam *euerſuri* ſunt, fuiſſe *illos ipſos*, qui cum illa prius *fornicati* fuerant. Nam quoties ſcriptura fornicationis meminit (meminit autem c. 17. v. 2. c. 18. v. 3. v. 9) nunquam ait fornicatos fuiſſe *decem illos Reges*, ſed abſolutè *Reges terræ*: vnde ergo conuincet non potius de *aliis* Regibus, quàm de *illis decem in indiuiduo* ſermonẽ eſſe? Vides ergo, te in *vnicâ* maiore *duplicem* inſcitiam commiſiſſe? Atqui vt ait Iocaſte apud Euripidem g. inſcitia duorum in vnũ cum conuenit, maximum malum. ἀμάθια δυοῖν Ἐις ταῦθ' ὅταν μόλητον, ἔχθιςον κακόν.

a. *lib. 1. adu. Iouin. cap. 1.* b. *artic. 14. pag. 368.* c. *vt patet paſſim ex mutuis Epiſtolis, quæ habentur inter Acta Mentzeriana.* d. *Ibidem paſſim, & in neceſſariâ, & iuſtâ defenſione Balthaſaris Mentzeri.* e. *teſte Laurentio Rhodomãnõ, in oratione ſæculari, inter acta Iubilæi Academiæ VVitebergenſis.* f. *vt patet paſſim ex deciſione Saxonicâ iuſſu Illuſtriſſ. Electoris Saxon.* g. *in Phœniſſa.*

CAPVT

CAPVT XXXI.

QVAM INGENIOSE PRÆdicans à complemento, ab euentu *argumentetur.*

1. QVæſtio eſt, quid ſibi apud S. Paulum 2. Theſſal. 2. velint illa verba. *Extollet ſe ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*, vbi in greco eſt σέβασμα? PATRES & Bellarminus per σέβασμα intelligũt IDOLA, quæ demoliturus eſt Antichriſtus, ſe Solo idolorum omnium loco ſubſtituto; vnde deducitur *Pontificem Antichriſtum eſſe non poſſe, vt pote qui Lutheranis teſtantibus, plurima Idola adoret:* Thummius contrà per vocem DEVS intelligit OMNEM MAGISTRATVM, per vocem σέβασμα CAESAREM, ſeu Imperatorem. Ratio eius altera eſt p. LXI. *Quia complementum in Papa Antichriſto Romano ſatis apparet.*

2. Lubet hîc tandem aliquando prædicāticum quoddam arcanũ reſerare. In omnibus ſuis de Antichriſto libris nihil eſt, quod frequentius cre-

per Thummius quam argumentum A COMPLEMENTO, AB EVENTV. Hoc vrget, obtrudit, inculcat. Verbo dicam. Argumentum A COMPLEMENTO ſi prædicanti excuſſeris, exarmaſti hominem. Vt ergò ipſe *prædicans* cognoſcat, quàm ratio hæc argumentandi & *ridicula*, & ſi Scapham liceret Scapham nominare, *ſtupida* etiam ſit, ego rem omnem Laconicè expediam, exemplis ex ipſo Thummio adductis.

Achilles Prædicantium.

3. *Primum* per vocem σέβασμα 2. Theſſal. 2. intelligit Thummius *Cæſarem*, quo ſuppoſito deducit Papam eſſe Antichriſtum, vtpote *qui ſe ſupra Cæſarem extollat*. Catholici negamus per σέβασμα *Cæſarem*, ſed *Idolum* ſignificari. Iam audiamus probantem id Thummium *à complemento ſeu euentu*. *Euentus ipſe oſtendit, quod Antichriſtus, qui Papa eſt, ſupra Cæſarem ſe extollat, non autem ſuper Idola.*

Ergo per σέβασμα *non Idolum, ſed Cæſar intelligitur.*

An hiç vel Cato riſum teneat? pro *medio* aſſumit, quod *in ipſa quæſtione* eſt, & puerili errore, tum PRINCIPIVM petit,

petit; tum craſsè CIRCVLVM commit- tit, vt enim hanc concluſionem infe- rat. *Ergo Papa eſt Antichriſtus*, pro *medio* vtitur. *Quia effert ſe ſupra Cæſarem, quod ex mente ſancti Pauli Antichriſtus faciet*. Vt ve- rò iam probet *Antichriſtum elaturum ſe ſupra Cæſarem*, pro medio adducit. *Quia de facto Antichriſtus, qui Papa eſt, hoc facit*. Atque hæc eſt ſolidiſsima illa à *comple- mento ſeu euentu* deducta demonſtra- tio, cuius ſpecimen paulò fuſius de- duxi in Lectoris gratiam. Reliqua ſpe- cimina recitaſſe ſuffecerit.

Ad fuſum miſſus.

4. *Secundum*. Negant orthodoxi Antichriſtum eſſe plures numero per- ſonas. Probat Thummius, pag. 30. ex Balduino *inuictè*, vt loquitur, à *comple- mento, & ab indubitato euentu, quia nimi- rum de facto Pontifices plures numero perſo- næ ſunt*.

5. *Tertium*. Aſſerunt Romano Ca- tholici, verba illa Danielis, *Tempus & tempora, & dimidium temporis*, de annis noſtris intelligenda eſſe, efficereque annos tres cum dimidio, ac proin Pontificem Antichriſtum non eſſe, vt- pote qui *diutius* longè imperet. Quid

hîc Prædicantes mei? Negant *tempus & tempora*, e. pro *annis vſitatis* ſumi poſſe. Rationem dant, *quia experientia teſtatur, Antichriſtum Romanum iam multo longiori tempore eſſe graſſatum.* Quam rationem ſolidam eſſe defendit noſter Thummius, p. 103. prior Antich.

6. *Quartum.* Nos negamus Antichriſti Nomen fore *Latinus.* Affirmat Thummius, pag. 8. Quare? *Euentus* in Pontifice docet.

7. *Quintum.* Affirmant Catholici, Antichriſti characterem vnicum fore. Negat Prædicans, pag. 17. Ratio eius eſt. *Euentus nos docuit* (in Pontifice) *de diſtinctis characteribus.*

8. *Sextum.* Locum Apocalypſeos. c. 11. *vbi & Dominus eorum crucifixus eſt*, de MATERIALI crucifixione intelligũt Orthodoxi, vnde probant Antichriſtũ Romæ non ſeſſurum, *quia ibi Dominus* MATERIALITER *crucifixus non eſt.* Thummius pag. 48. per ſuperos, & inferos contendit SPIRITVALITER crucifixionem intelligendam. Ratio eius eſt, *Ipſum complementum.* Nam Romæ Dominus tantum *ſpiritualiter* crucifigitur.

cifigitur. Atque hæc è multis Lectori meo ſufficiant.

9. Verum, videor mihi audire Thumium ita pro ſe loquentem. *Negari non poſſe, quin ita argumentatus ſit; poſſe tamen hoc ſuum argumentum, ab euentu petitum, meliorâ forma ita proponi.*

Quicunque ſe extollit ſupra Cæſarem, eſt Antichriſtus. Pontifex extollit ſe ſupra Cæſarem.

Ergo, &c.

10. Actum agis mi Thummi. Nodum non explicas, ſed implicas. Nam *primò*, ſi ita ſubſumam.

Atqui Rebelles Caluiniſtæ extollunt ſe ſupra Cæſarem.

Ergo rebelles Caluiniſtæ ſunt Antichriſtus.

Quid amplius muties? & ſic ad reliquas tuas Maiores, falſiſsimas auctarium addis. *Secundo* ſi interrogem, vnde ſcias σέβασμα ſumi pro *cæſare?* Reſpondes, id te ex *euentu* colligere. Si vrgeam, quo *euentu?* cùm multi ſe ſupra Cæſares extulerint. Hîc aut tacẽdum tibi; aut principium petendum. Dices enim, *conſtare hoc, quia de facto An-*

tichriſtus Romanus Pontifex ſupra cæſarem ſe extollit. Atqui bone vir hoc ipſum ex hoc Paulino loco demonſtrandum. Vnica reſpondendi *Philoſophicè* via tibi ſupereſt: *Pythagorica*, VT TACEAS.

CAPVT XXXII.

THVMMIVS QVAM VALIdè omnia Catholicorum miracula euertat.

1. VT omnia Romano Catholicorum miracula euertat Thummius ita extrema molitur. Paginas implet 28. Ego hominem κατὰ πόδια (Thummij ſunt elegantiæ cum Athenis ſtuderet, emptæ) ſequar. Priorum trium pagellarum hæc ſumma eſt.

Nouus ratiocinandi modus à particulari ad vniuerſale.

2. *Multa apud Catholicos fabuloſa miracula in legendis, & hiſtorijs ſanctorum reperiuntur.*

Ergo omnia Catholicorum miracula fabulæ ſunt: Antecedens probat authoritate *Gelaſij Pontificis*, *Dantis Florentini*, *Gerſonis*, *Laurentij Vallæ*, *Lyrani*, Nationis Germa-

Germanica in centum grauaminibus, Iſidori Clari ad Papam V.

Mirum ni Thummius totum Papatum hoc enthymemate ſternit. Ego breuiter.

3 RESPONDEO I. quidquid ſit de antecedente. Conſequentia ſimillima eſt huic:

Multa apud Lutheranos falſa peruerſa, inuerſa in hiſtoriis de Luthero reperiuntur. Multa de Mentzero ſabuloſe ſcribit Thummius.

Ergo quicquid de Luthero à Lutheranis, de Menzero a Thummio ſcriptum, fabula eſt.

ANTECEDENS quoad *Lutherum* probo authoritate ipſius Nicolai Amſdorffij *a*, qui ingenuè affirmat, *multa in Tomis VVittebergenſibus de Luthero expuncta, omiſſa, permutata, &c* Et quod conſequens eſt, falſa. De Thummij circa Menzerum mendacijs, teſtis eſt hiſtoria controuerſiæ Tybingenſis *b*. vbi luculenta Thummianorum mendaciorum ſpecimina demonſtrantur.

CONSEQVENTIAM ſibi ipſi cudit Thummius. Melanchton *c*. appellat *fallaciam à dicto ſecundum quid, ad ſimpliciter,*

ter, cùm ſcilicet in antecedente partem tantummodo, in conſequente totam complectimur.

Quæ Thummius legit, editionis locū tempus diligenter notat.

4. Respondeo II. Ad antecedens quod attinet, dic, amabo te, prædicans, an in *primâ parte Decretorum, in Gerſone, Laurentio Valla, Iſidoro Clario*, quos citas, *vel apicem* legeris. Allegas *Gelaſium.* In quâ diſtinctione, quo canone? producis *Gerſonem.* In qua parte, ſeu Tomo, quo tractatu? In *Laurentio Valla* mittis me ad *Catalogum teſtium veritatis*, qui apud nos tantæ fidei, quantæ tu apud Menzerum. In *Iſidoro Clario* nec librum, nec materiam, nec quidquam affers, vbi illa verba reperiam, niſi hoc. *Ad Pium V.* vbi riſum mihi excuſsiſti. Quomodo enim, oro te, *Iſidorus clarius* ad *Pium V.* ſcribere potuit, cum Iſidorus XI. annis, antequam Pius V. Eccleſiæ præficeretur, diem obierit. Tu enim ipſe mortem anno 1555. *Clarium* obijſſe ſcribis; conſtat autem *Pium V.* non niſi anno 1566. *in Pontificem* Romanum electum fuiſſe. Sed nimirum qualis *Theologus*, talis *Chronologus* es. Vide Thummi, quanto ſe

Thummius Chronologus tantus, quantus Theologus.

ſe periculo committat, qui aliena compilat.

5. Verum ſingulos authores à te allegatos inſpiciamus. GELASIVM producis. Verba quæ ignarus citas, habentur in Can. *ſancta Romana Eccleſia*, diſt.15. vbi Pontifex ait, *ſe cum ſanctâ Romanâ Eccleſiâ omnes Martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti ſunt, omnì deuotione venerari. Quia tamen eorum geſta, vel ab incerto authore, vel ab infidelibus, vel ab idiotis, vel ab hæreticis conſcripta ſunt, idcirco ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio, ſingulari cautelâ eiuſmodi geſta Martyrum in Romanâ Eccleſiâ non legi.* Gelaſius Pontifex an miracula, vt fabulas reijciat.

Hæc Gelaſius; & rectè. Sed vide pauliſper, mi Prædicans, quàm imprudẽter te Gelaſij pallio tegàs. Nam *primò* ſi Gelaſius *abſolutè* omnium Martyrum hiſtorias, vt *fabulas* reijceret, quomodo ergo *omnes Martyres*, eorumque glorioſos agones cum omni deuotione dicit ſe *venerari*? Hîc hæres. *Secundò*, certum eſt non loqui Gelaſium de *compendioſis* Martyrum actis, quæ in Martyrologijs habentur. Ea

enim

enim tam apud Latinos quam Græcos legi in Eccleſiâ ſolita extra controuerſiam eſt. Loquitur ergo tantum de *prolixioribus* Martyrum geſtis, quæ illâ ætate frequenter corrupta reperiebantur, vt rectè notauit Cardinal. Baronius *d. Tertiò*, certum eſt, Gelaſium non *omnia* Martyrum acta damnare, nam in eodem Canone *inter opuſcula Sanctorum*, quæ in Catholica Eccleſia *recipiuntur*, recenſet opuſcula B. Ambroſij, B. Auguſtini, B. Hieronymi, &c. atqui in eorū opuſculis multi Martyrum agones deſcribuntur; loquitur ergo tantum de ijs, quæ iam tum ob dictas cauſas ſuſpecta erant. *Quartò.* Non extendit ſe decretum Gelaſij vltra hiſtorias *Martyrum*, nam certum *Confeſſorum* miracula pro *authenticis* eum agnouiſſe, patet vel ex eo; quod inter receptos ab Eccleſiâ libros numeret *vitas Patrum*, *Pauli*, *Antonij*, *Hilarionis*, & *omnium Eremitarum authore S. Hieronymo*. Atqui in illis vitis ingens miraculorum copia reperitur. Ergo vel hoc vnico argumento tota tua *ex Gelaſio* machina diiecta ruit.

Quin-

Quintò. Catholici non probamus tantum *à primis quinque ſæculis* vſque ad Gelaſium, miraculorum in Eccleſiâ Catholicâ maieſtatem; ſed etiam ex ſubſequentium ſæculorum ſerie, puta *ex S. Gregorio Magno, S. Gregorio Turonenſi, Venerabili Beda, Bernardo*, & alijs innumeris cõtra quæ nihil aliud miſelli obijcitis, quam veſtrum illud frigidum *ἀρνοῦμαι*. Vides ergo, te ex Gelaſio plus non euincere, quam eius ætate aliquot Martyrum ſcripta *adulterata* fuiſſe, quod vltrò damus. Fecerunt enim Gelaſij ſæculo *hæretici*, quod *vos* noſtro.

6. DANTEM ALIGHERIVM FLORENTINVM allegas. Lepidè, perinde ac ſi ego contra te in controuerſiâ de cænâ Domini producerem authoritatem *Philippi Melanchtonis*. Quid de hoc Dante Catholici ſentiamus, vide apud Antonium Poſſeuinum *e.* & Catalogum teſtium veritatis, *f.* vbi *piceas* manus tuas deprehendes. — Dantis Florentini auctoritas quãta ſit.

IOANNEM GERSONEM, ſequenti parte c. XXXIX. cum rubore tuo deprehendes.

7. DE

Laurentius Valla an iuuet cauſam Thummij.

7. De Lavrentio Valla duo te ſcire volo. *Primum* ipſummet aſſerere *g.* libros illos, qui ſanctorum geſtis fabulas immiſcent, vel *ab infidelibus* ſcriptos, vel à *fidelibus imprudentibus*, ac proin ab ipſo Pontifice pro apocryphis haberi. Quid autem *apocryphum* ex vſu Eccleſiæ ſit, diſcere poteris cum tuo valla ex Gloſſatore *h.* Iuris Canonici. *Apocryphus*, inquit, *liber dicitur, id eſt occultus, & ſecretus, ſiue cuius author ignoratur, nõ tamen ab Eccleſiâ recipitur,* sed reiicitvr. Quid ergo, oro te, ex tuo Vallâ probas cõtra *ficta* miracula, quæ ipſa Eccleſia, *vt ſpuria* reijcit? *ſecundò.* Ridiculus homo es Thummi. Theologi veſtri VVittebergenſes *i.* nullam fidem in Theologicis habendam eſſe cenſent *Caſparo Peucero* Medicinæ inter vos Doctori, & Profeſſori, adduntq́; *artifici in ſuâ arte credendum eſſe, medico in medicinâ, non in Theologiâ medico.* Vos ergo in Eccleſiaſticis non creditis Medico, & me vis credere Grammatico? quicquid ergo hac in re ſcripſit *Laurẽtius Valla Grãmaticus*, maioris apud nos authoritatis non eſt, quàm apud vos *Caſpar Peucerus Medicus.*

Liber apocryphus quid ſit.

8. De

8. AD GRAVAMINA NATIONIS GERMANICAE quod attinet. Vidit tũc Germania *feſtucam* in oculo alterius; in ſuo trabem *Lutheranam* non vidit. Quamuis & illa extra rem adduxeris. Fatentur enim expreſsè *k. Legendas illas, quæ fabuloſa continent, ab Eccleſia receptas non eſſe.* Quomodo ergo *falſa* miracula *prædicat* Eccleſia, cum eadem reiſciat? Error concionatoris *priuati*; obeſſe nec debet *toti* Eccleſiæ, nec poteſt. Væ miſeræ Tubingæ, cuius concionatores omnes falſi ſunt. Vt taceam, Grauaminum illorũ authoritatem maiorem *apud nos* non eſſe, quã *apud vos* ſit noſtra. Adhuc *grauata* anhelat Germania; ſed *veſtro* pondere.

9. LYRANVS, ET CLARIVS rectè in ficta miracula inuehuntur. Inuehimur & nos. *Spuriis* non indiget Eccleſia, *genuinis* abundans. Aureo typo excuderetis, ſi vel *vnicum* Lutherus *miraculum* patraſſet. *Thaumaturgus* iam vobis foret ſi dæmonem illum, à quo 1545. in tantas ET ANIMI, & CALIGARVM anguſtias redactus fuit *l.* è puella Miſnienſi expuliſſet. Bene fecit dæmõ

Falſa miracula merito reiiciuntur; ſed num idcirco omnia falſa ſunt?

O dum

dum Lutherum riſit imperantem. Indecens fuiſſet, MAGISTRVM obedire DISCIPVLO.

a. *in præfat. ad Tomū 1. Luth. Edit. Germ. Ihenen. 1560.* b. *part. 1. à pag. 50. & ſeqq.* c. *in Erot. Dial. p. lib. 4. p. 390. Edit. Lipſ.* d. *Tom. 5. annal. Eccleſ. ad annum 419. num. 96.* e *in apparatu Sacro lit. D.* f. *Tom. 2. pag. 770.* g. *in Declamat. in Donat. Conſtant. quæ habetur in faſciculo rerum expetendarū Edit. in fol. 1535. pag. 76.* h. *in Can. ſancta Romana Eccleſia diſt. 15.* i. *in refutat. Hiſtor. Peucer. pag. 8. & 9. Edit. Lat. VVitt.* k. *in faſcic. ſupra cit. pag. 180. grauamine 21.* l. *Hiſtoriam vide apud Fridericum Staphytum (qui tunc præſens interfuit) part. 1. abſolutæ reſponſionis aduerſus Schmidelinum Edit. Ingolſtad. in folio. pap. 693.*

CAPVT

CAPVT XXXIII.

QVAM ARGVTE SVMMVliſta Thummius S. Franciſci miracula fictitia eſſe colligat.

1. SAncti Franciſci miracula figmentum eſſe ita demonſtrat Philoſophus ſubtilis, p. LXVI. (ſimile propè argumentum cudit dé S. Franciſco Xauerio à pag. LXVIII.)

Chriſtus, Prophetæ, Apoſtoli, non fecerunt tanta miracula, quanta de S. Franciſco ſcribuntur.

Ergo fictitia ſunt.

Antecedens, quoad CHRISTVM probat, *Nam ille tantum ſemel aquam in vinum vertit. Sanctus Franciſcus ter. Ille tantum ſemel clarificatus legitur. Sanctus Franciſcus vicies.*

2. RESPONDEO I. quoad CHRISTVM. Negando *Antecedens*, & *probationem*. Ratio *prima* eſt. Nam ſanctus Ioannes de Chriſti miraculis ita loquitur. *a.* MVLTA *quidem*, ET ALIA SIGNA *fecit* IESVS *in conſpectu diſcipulorum ſuorum*, QVAE NON SVNT SCRIPTA

IN LIBRO HOC. Et rurſus. *b. Sunt autem* ET ALIA MVLTA, *quæ fecit* IESVS, *quæ ſi ſcribantur* SINGVLA, *nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Quid ſi iam quiſpiam dicat, eum *ſæpius* in conſpectu diſcipulorum fuiſſe clarificatum, *ſæpius* vertiſſe aquam in vinum, *plures* mortuos excitaſſe, &c. Vnde, oro te, *ex ſcripturâ* eum conuinces? ſi vel rumparis, non poteris. Quidquid enim dixeris, ſtatim tibi & hos, & alios ſimiles textus occinet. Quid reſpondebis?

3. RATIO SECVNDA eſt. Quia CHRISTVS miracula faciebat *propria virtute*, & vt *cauſa principalis*. Apoſtoli in *virtute* DEI, *& Chriſti*, & vt *cauſa inſtrumentalis*; quo modo DEVS & luto, & ligno, & ſtramine vti potuiſſet. Excellentius ergo opus fuit, *vnica ab ipſo* CHRISTO Leproſi mundatio, quàm *centum mortuorum* per Apoſtolos excitatio. Viden iam magne Theologe, ſi vel miraculorum myriadas S. Franciſco adſcribas, nihil CHRISTO decedere *gloriæ*, ſed accedere. Vt taceam de alijs Chriſti operibus, vt *inſtitutione*

Sacra-

Sacramentorum, &c. quæ omnia miracula ſuperant.

RESPONDEO II. Efformando ſimile enthymema. *Nec Chriſtus, nec Prophetæ, nec Apoſtoli fecerunt tot, & tanta miracula; quot, & quanta Gregorium Thaumaturgum ſanctus Baſilius, S. Gregorius Nyſſenus, Euſebius; S. Hilarionem, S. Hieronymus; S. Martinum, Seuerus Sulpitius; S. Benedictum, S. Gregorius patraſſe teſtantur.*

Ergo omnia eorum miracula fictitia ſunt.

Exire ex hac naſsâ non poteris, niſi *omnes* hos Patres & longè *plures*, dicas eſſe MENTITOS. Quod ſi facis; nouo profectò Thaumaturgo opus erit, qui efficiat, vt THVMMIVS SAPIAT.

4. RESPONDEO III. Eſto plura, maioraque patrarit, quid inde incommodi naſcitur? an idcirco fictitia ſunt? minimè. Nam AD CHRISTVM quod attinet, *primo* ipſe *Brentius*, c. *Alexander Aleſius*, d. *Lucas Loßius*, e. aliiq́ue farinæ tuæ Doctores vltro aſſeuerant, Apoſtolos *maiora miracula* feciſſe, quàm CHRISTVM Dominum. Quod ſi ſemel admittamus Chriſtum à *puro homine* hac in re ſuperari, nemo-

que pro abſurdo æſtimat, perinde profectò erit, ſiue homines illi *duodecim* tantùm ſint, ſiue *plures*. *Secundò* ipſe Chriſtus *maiora* credentibus in ſe *miracula*, promittit, quàm *ipſe* patrârit. En eius verba Ioan. 14. *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet*, ET MAIORA HORVM FACIET. Quam ſententiam licet *Lucas Loſſius* f. ineptè ad *Solos* Apoſtolos reſtringat, *Brentius*, g. tamen ipſa veritate conuictus, præter Apoſtolos etiam *ad hos credentes* extendit; qui *initio reuelati Euangelij poſt reſurrectionem Chriſti admirandis donis ſpiritus ſancti ad confirmandam veritatem prædicationis Euangelicæ ornati fuerunt*. Imo Alexander Aleſius h. *illimitatè* accipit. Et ſanè verba ipſa cogunt, *ſine reſtrictione poſita* QVI CREDIT IN ME. Nec vllus apex oſtendi poteſt, ad *Solos* Apoſtolos eam promiſsionē pertinere. Certè non agi in illo capite *de Solis Apoſtolis* patet mox ex ſubſequente ſententiâ, quam de *omnibus* fidelibus *indeterminatè* tam *Brentius*, i. quàm *Aleſius* k. & *Leſſius* l. intelligunt.

5. Ve-

5. Venio AD APOSTOLOS, ET PROPHETAS. De quibus *Dico* breuiter. Si abſurdum non eſt ex ipſorum aduerſariorum confeſsione, ipſum CHRISTVM Dominum quoad *externum ſuū miniſterium*, vt loquuntur, ab Apoſtolis miraculorum gloriâ *ſuperari*; profectò multo minus abſurdum erit, *Apoſtolos, & Prophetas* alijs ſanctis quoad miraculorum magnitudinem *eſſe inferiores* VT taceam, Prædicantem in æternum nunquam demonſtraturum, Apoſtolos non *maiora* miracula *noſtris hiſce ſanctis* patraſſe. Vnde enim mihi oſtendet, non *ſimilia*, aut *maiora* feciſſe S.Andream in ſcythiâ, S.Philippum in Phrygiâ, S.Bartholomæum in India, S.Matthæum in AEthiopia, &c. Quos authores dabit? Omnes Eccleſiaſtici ſuſpectæ fidei ipſi ſunt, nec ipſi inter ſe, vt Lucas Oſiander *m.* ait, concordant. Sed nimirum miſellus Prædicans, dum Luthericolas ſuos *omnibus miraculis* nudos videt; Catholicorum contra miracula, vt cum Bilbilitano vate loquar:

Monſtrari digito, RVMPITVR INVIDIA.

a. *Cap.20. v.30.* b. *c.21. v.25.* c. *Homil. 26. in S. Ioan. pag. 682. Edit. Francofort, 1549.* d. *in cap. 14. Ioan. pag. 321. Edit. Baſil. 1553.* e. *annectat. in c. 14. S. Ioan. pag. 430. edit. Francof. 1559.* f. *loc. cit.* g. *Hom. 26. cit. pag. 683.* h. *loc. ſupra cit.* i. *Homil. 27. in S. Ioan.* k. *in c. 14. S. Ioan. pag. 322.* l. *annot. cit. pag. 431. & ſeq.* m. *In Epitome hiſtor. Eccleſ. centur. 1. lib. 2. cap. 28. pag. 43. Edit. Tubing. 1592.*

CAPVT XXXIV.

EADEM INGENII ACRImoniâ alia omnia miracula eleuat miraculoſus Thummius.

1. MIrum eſt, quàm Prædicantem MIRACVLA noſtra affligant. Ea nulla eſſe, ita demonſtrat, pag. LXXI.

Miracula veſtra ludicra, puerilia, ridicula ſunt.

Ergo falſa.

ANTECEDENS probat per tres paginas ex varijs Sanctorũ vitis, in quibus habetur, beſtias miraculosè à Sanctis adiutas,

adiutas, mãſuefactas,&c. locutas,&c. Chriſto,paſſo,quaſi compaſſas.

2. Superi quam hæc argumentatio *ludicra,puerilis,ridicula?* Quid ais Prædicans? ſi beſtias miraculosè *manſuefieri, loqui, compati, &c. ludicrum, puerile, ridiculum,* & vt tu infers, *fabula eſt.* Tum ita argumentor: *In Arca Noë Gen. 7.* HABITABANT SIMVL *omnia animantia, Lupus pacificè cum agno: canis cum fele: accipiter cum columbâ.* ASINA *loquitur, num. 22. excuſat ſe, redarguit Dominum ſuum.* LEO ET ASINVS *ſteterunt juxta cadauer* (Prophetæ) *non comedit Leo de cadauere, nec læſit aſinum. 3. Reg. 13.* DANIEL *ſex dies inter* LEONES, *& medius ſedet, & illæſus, Daniel. 14.* IONAS *tribus diebus fuit in ventre piſcis, & dixit Dominus* PISCI, *& euomuit* IONAM. *Ion. 2.*

Thummio multa miracula S. ſcripturæ puerilia, ludicra, ridicula.

Ergo iſta ludicra, puerilia, ridicula ſunt. Ergo falſa.

O Philoſophum! ſi te *Muſonius* apud Gellium *4.* videret, profecto iterum in has voces ſuas erumperet. *Cur patimur nomen* PHILOSOPHIAE *illuſtriſſimum in hoc homine exſordeſcere?*

3. Sed age Prædicans, cur negas

 hæc

hæc facta eſſe? AN quia DEVM hæc MIRACVLA non *decent? prudenter*, nempe in *veteri* lege decuerunt DEVM, in *nouâ* dedecent? AN quia *ridicula* ſunt? *Ridiculè*. Ergò quicquid de arcâ Noë, aſinâ Baalami, piſce Ionæ ſcriptura memorat; fabulæ. AN quia authores *dubiæ* fidei? nullius fidei es Thummi, donec hoc demonſtres. Sola *affirmatio, demonſtratio* non eſt. Alioqui Menzerus te mendacem, impoſtorem hæreticum *demonſtrat*; Quia *affirmat*, & fortè quid amplius. Et ſanè admiranda hominum iſtorum nequitia eſt. Bouem Formijs *locutum* credũt, quia *Liuius b.* aſſerit. Montem Tauredunum *mugijſſe*, quia *Magdeburgenſes c.* approbant. Equos ante Iulij Cæſaris necem vbertim *fleuiſſe*, quia *Suetonius d.* teſtatur. Animalia à ſanctis *manſuefacta*, *&c.* negant, pernegant, quia *Catholici* affirmãt. Bene habet. Si ergo quicquid *Catholici* dicimus, *figmentum* tibi eſt; dicam, te *Philoſophum* eſſe.

a. *lib.9.noct.attic.cap.2.* b *lib.35.* c. *centur.6.c.13.pag 795.* d. *in Cæſare.*

CAPVT

CAPVT XXXV.

AN ROMANÆ VRBIS DEfectio Pontificis incuriæ adſcribenda? vbi, & mira quædam de rarâ Lutheranorum ſanctitate.

I. NOñulli ex orthodoxis Doctoribus ſentiunt; Romã circa Antichriſti tempora à Chriſto defecturam. Plenis buccis in hanc pultem inuolat Prædicans, exclamátque pag. L. & LI. *Nihil contumelioſius in Pontificem fingi poſſe.* Sequi enim *Papam cum ſuis Cardinalibus tanto prophanitatis Lethargo corripiendos, tamque deſides futuros in ſuo officio, vt vinum Scortationis Babylonicæ in vrbe, & Eccleſiâ ſuâ ſuccreſcere, & exinde Regibus terræ propinari ſinant.* Hæc prima eſt conſecutio. Subijcit dein alteram. *Quomodo verò niſi Papâ, & Cardinalibus* cultoribus, *atque* authoribus *vinum illud maledictum Romæ ſuccreſceret?* In formâ hæ ſequelæ ita deducuntur.

Roma ſub Pontifice Romano à Chriſto deficiet. Pontifex non eſt cauſa de-

Ergo

ſectionis, ſicut nec Chriſtus cauſa fuit cur Apoſtoli ab ipſo diſceſſerunt.

Ergo tunc Pontifex prophanitatis Lethargo corripietur, & deſes in ſuo officio erit.

Et rurſus.

Ergo huius defectionis cultor, & author erit Pontifex.

2. Ego clauum clauo pellam, hocque monſtrum monſtro fugabo. Et in ſimili prorſus formâ ita PRIMO, argumentor. *Apoſtoli ſub Chriſto à Chriſto defecerunt.*

Ergo tunc Chriſtus prophanitatis Lethargo correptus, & deſes in ſuo officio fuit.

Et rurſus.

Ergo huius defectionis cultor, & author fuit Chriſtus.

Blaſphemam hanc *ſequelam* Caluinizans Thummius deducit. Salue Caluine Thummi. *Antecedens* in ſcriptura eſt. Matth. 26. v. 31. *omnes vos* SCANDALVM *patiemini in me in iſtâ nocte.* v. 56. *Tunc diſcipuli omnes relicto eo* FVGERVNT. Ioan. 16. v. 32. *Ecce venit hora, & iam eſt, vt* DISPERGAMINI *vnuſquiſque in propria, &* ME SOLVM RELINQVATIS. In quæ verba ita Brentius *a. Iactauerunt* (diſcipuli) *ſe credere: Chriſtus igitur non negat ipſos nunc credere, ſed exponit fidem eorum*

eſſe

eſſe valde imbecillem. Statim enim futurum eſt, vt hanc fidem AMITTANT, *ac* DESERANT *Chriſtum ſolum in manibus hoſtium, &* AVFVGIANT, *&c.*

3. Nónne caput ab hoc ictu dolet, Prædicans? ſed caue, en SECVNDO ferio. *VVittebergenſes vixerunt ſub Luthero impuriſſimè, Lipſienſes auariſſimè, VVirtenbergenſes intemperantiſſimè. Lutherani omnes ſub illo fidem ferè amiſerunt.* Quo auctore Lutherani â morum honeſtate defecerint.

Ergo Lutherus prophanitatis Lethargo tunc correptus, & deſes in officio ſuo fuit.

Et rurſus.

Ergo Lutherus horum omnium ſcelerum cultor, & Author fuit.

Conſequentia hæc, Thummij partus eſt. Belliſsimus Puſio.

Antecedens quoad ſingula membra demonſtro breuiter.

4. VVITTEBERGENSIS iuuentus ſub vltimis *Lutheri* annis in tantam vitæ *laſciuiam* deuoluta eſt, vt *Ioannes Mathesius b.* Luthero perfamiliaris affirmârit, vixiſſe Lutherum VVittebergæ, SICVT LOTH IN SODOMIS, *vſque adeo, vt Lutherus tam enormium ſcelerum pertæſus relictâ ciuitate, apud principem Anhaltinum* Lutherus Loth VVittebergenſis.

baltinum aliquandiu Merſpurgi habitaret.

5. De LIPSIENSIVM ſub *Lutheri* Euangelio *auaritiâ* audiamus ipſum Lutherum *c. Lipſia*, inquit, *in mari auaritiæ merſa eſt profundius quam montes in diluuio, qui tantum 15. cubitis, illa autem miliaribus 15. ſub fluctibus auaritiæ iacet. Tales ſunt omnes reliqui.*

Lutherus Lipſiam celebrat.

6. De VVIRTTENBERGENSIVM funeſtâ *intemperantiâ*, en *Ioannem Manlium d.* Philippi Melanchtonis diſcipulum. *Ante annos aliquot creſcebat valde bonum vinum, anno videlicet 40. quia erant magni æſtus. Computabantur eo anno in ducatu VVirtebergenſi à conſiliarijs ducis 400. homines, & amplius, qui erant interfecti in conuiuijs ab autumno vſque ad primam Dominicam quadrageſimæ.*

Parcite VVirtenbergenſes veritati.

7. De EXTINCTA propè Lutheranorum FIDE ſub Luthero, ecce tibi mortualem leſſum, quem Paulò ante mortem teſte *Ludouico Rabo e.* ipſe Lutherus *Euangelio ſuo* ingemiſcens cecinit, *verbum Dei iam ferè in omnium cordibus* PERIISSE, *& miſerè ſperni. Lucere tantummodo paulùlum in pauculis concionatoribus. Imò manibus palpari, verbum Dei*

Lutheraniſmi fata vltima ante Lutheri moré.

iam

iam in cordibus hominū EXTINCTVM ESSE. *Pereundum eſſe Euangelio, ob tantam carnis ſecuritatem, quæ iam vbique in omnibus locis, in omni hominum ſtatu dominatur.*

8. Et quid mirum Lutheranos iam tūnc Doctrinæ ſuæ *Libellum repudij* dediſſe, quando ipſe *Lutherus* Doctrinam, quam tradiderat, reſpuit? Rem hanc niſi prædicans apud Lutheranos celeberrimus, ipſiqueLuthero in paucis amicus *Ioannes* nimirum *Matheſius* narraret, fateor, me ipſum difficulter pro vero accepturum fuiſſe. Quia ergo res hæc, & *grauis* eſt, & nec ipſis fortè Lutheranis ſatis *cognita*, recitabo ego ipſa verba Matheſij pura puta. *f.*

9. M. Anthonius Muſa Pfarrer zu Rochlitz / ſagt mir / er habe dem Doctor (Luthero) einmal hertzlich geklagt / er könne ſelber nit Glauben was er andern predige. Gott ſey lob vnnd danck / hab Doctor (Luther) geantwort das andern Leuthen auch ſo gehet / ich meinet / mir wer allein alſo. O Miſeram Lutheranorum ſortem? CREDVNT quod *Lutherus* prædicat: ipſe *Lutherus* quod prædicat, NON CREDIT. Interim tu mi prædicans malè

malè *ſartum* Enthymema tuum ex *Philippi Melanchtonis g. ſartrinâ* refice, vbi reperies quid ſit argumentari *à non cauſa ad cauſam*. Quicquid pro Chriſti defenſione attuleris; ꝓ Pótifice quoq; attuliſti. Nec propterea deficiet, licet *Roma* defectura ſit. Sicut non propterea. *Eccleſia Tubingana* Marcionitica erit, licet *Thummius* eius Decanus Marcionizet. Lutherum non eſt quod defendas, patronum bonũ nactus eſt. *h.*

a. *homil.46.in S.Ioan.pag.799.* b. *orat. Germ.13.de Luthero pag.180.* c. *in colloq. Mẽſal.Edit.Lat.Tom.1.de Epicuriſmo. pag.98.* d. *in libello medico, de ebrietate. pag.771.* e. *part.4.hiſtor. ſanctorum.pag. 214.& 216.* f. *in orat. Germ.12.de Luthero pag.147.* g. *lib. 4.Erot.Dialect.pag.395.* h. *Conrad. Vetterum* von dem vnſchuldigen Luther.

CAPVT

CAPVT XXXVI.

IOANNEM HVSS ET HIEronymum Pragenſem rectè Euangelicos teſtes dici, quàm claré oſtendat Prædicans.

1. IOannem Huſs, & Hieronymũ Pragenſem Thummius EVANGELICOS TESTES vocârat. Obieceram ego. *Quomodo Euangelici teſtes? cum in fidei articulis à Luthero diſſentiant; illi enim ſacrificium Miſſæ, ſanctorum inuocationem, purgatorium, &c. admittunt. Reijcit Lutherus.*

2. Quid ad hæc meus prædicans? *Huſsium,* inquit pag. XCIV. *& Hieronymum in multis caligaſſe concedo: Quia tamen* fidei fundamentum *arripuerunt*, Euangelij teſtes *illos meritò dicimus.* Per fidei autẽ fundamentum intelligit pag. 59. *fiduciam illam, quâ quis vitam æternam in gratuito Dei fauore, & ſufficientiſsimo Chriſti λύτρῳ verâ ac iuſtificante fide vnicè quærit.* In formâ igitur, argumentum hocce eſt. Teſtes fidei Lutheranæ.

Hieronymus, & Huß crediderunt homi-

nem iuſtificari ſolâ fide in Chriſtum ſine operi- (*bus.*
Ergo ſunt Euangelici teſtes.

3. Repono ſimile Enthymema.

Sacramétarij digni Lutheranis Doctoribus teſtes.

Sacramentarij Zvvinglius, & Caluinus crediderunt hominem iuſtificari ſolâ fide ſine operibus.

Ergo ſunt Euangelici teſtes.

ANTECEDENS probo. Nam *confeſſio Zvvingliana,* a. ita loquitur. *Docemus & credimus cum Apoſtolo hominem peccatorem iuſtificari ſolâ fide in Chriſtum, non lege, aut vllis operibus.* Idem docet *Caluinus* b. paſsim ſtatuens *vnicam iuſtificationis cauſam eſſe fidem.* Per fidem autem iuſtificantem, ait, ſe intelligere, *fiduciam, quâ miſericordiam* DEI *peccata propter Chriſtum remittentis amplectimur.*

CONSEQVENTIA eſt tua. In qua tria tantum doceri à te cupio.

Lutherus teſtes Euangelicos quàm ornatè laudat

PRIMÒ. Si Sacramentarij ſunt Euangelici teſtes, quomodo eos Lutherus, c. *homines impudentiſsimè audaces, diabolos incarnatos, inſulſos aſinos, canes, porcos, deliros, blaſpemos, hæreticos,* vocat? Cur ait, *eorum ſpiritum eſſe ſpiritũ diaboli, eos aduerſus Deum rabiosè inſanire, eorum cor plenum eſſe abominatione.*

Ijſdem

Iiſdem & longè maioribus encomijs *Caluiniſtæ*, à vobis decorantur. O bellos Euangelij teſtes? Quid ais prædicans? Itáne diaboli incarnati EVANGELICI TESTES? Aſini, porci, canes, blaſphemi, hæretici, EVANGELICI TESTES? O dignum talibus Euangeliſtis Euangelium veſtrum.

Noli iraſci Thummi, ex te nata ſunt.

5. SECVNDO, ſi ad Euangelicos teſtes ſufficit in *fundamentali puncto* cõueniſſe, *Quæro* ex te, cur in Colloquio Mompelgartenſi *Theologi Tubingenſes* nullo pacto DEXTERAS FRATERNITATIS *Sacramentarijs Geneuenſibus* dare voluerint. *d.* cum tamen vtrique IDEM FIDEI FVNDAMENTVM (fiduciam nimirum, de quâ dictum) arripuerint. *Quæro* item, quid Luthero *e.* de *concordiâ* cum *Sacramentarijs* agenti illas voces expreſſerit? MALEDICTA SIT IN OMNEM AETERNITATEM ILLA CARITAS ET CONCORDIA; Quid hic dices? eſto enim in quibuſdam fidei articulis *caligent* Sacramentarij; caligauit & *Huſſ* cum ſuo *Hieronymo*, vt ipſe fateris; & tamen *Huſſ*, & *Hieronymus* FRATRES vobis, imo EVANGELICI TESTES ſunt.

6. TERTIO. Vehementer deſidero tuum ſuper *hoc Syllogiſmo* iudicium cognoſcere.

Illi non ſunt Euangelij teſtes, qui Euangelio contraria docent.

Huſs, Hieronymus Pragenſis, & Sacramentarij Euangelio contraria docent.

Ergo non ſunt Euangelij teſtes.

MAIOR eſt per ſe nota.

Huſſitæ nequeunt dici Euangelici.

MINOR eſt euidens, nam *Huſs*, cum ſuo *Hieronymo* admittit, *ſ. purgatorium, Miſſæ ſacrificium propitiatorium, Tranſubſtantiationem in Euchariſtiâ, Sanctorum inuocationem, interceſsionem, meritum, Miſſam, orationem pro defunctis, &c.* Sacramentarij negant *præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtiâ,&c.* Sed hæc omnia ſecundum vos ſunt *contraria* Euangelio. Quid hîc expalleſcis Prædicans? Quid oculos demittis? Vides nimirũ te pueriliter contra Melanchtonis g. leges *à dicto ſecundum quid* argumentatum eſſe *ad dictum ſimpliciter.* Euangelicum teſtem non facit VNIVS Euangelici quantumuis fundamentalis articuli apprehenſio, ſed OMNIVM. Bonum enim eſt ex *integrâ* cauſâ. Vides

des, vt opinor, ad hanc *lucernam* meam errorem tuum. Quod ſi necdum vides, *Dionyſij candelabrum* tibi opto, in quo teſte Athenæo, *h.* tot ardebant lucernæ, quot in anno ſunt dies.

a. *In art.15.de iuſtificat.* b. *in antidoto ſeſſ. 6.Conc.Trid. can.11. & 12. p.404. & ſeq. Et c.10. de iuſtificat. in inſtitut.* c. *In defenſione verborum cœnæ, Tom.2.Lat. à p. 380.* d. *circa fin. à pag.567.* e. *in defenſione citatâ, pag.382.6.* f. *Vide Heribertū Roſvveydum de fide hæreticis ſeruandâ, c. 18.* g. *lib. 4. Erot. dialect. pag. 390.* h. *lib.15. dipnoſoph. pag.700.*

Hæc ſunt, Thum̃i, præclara ſpecimina eruditionis tuæ; ſic argumẽtari didiciſti, ſic cõcionari. Quid mirũ igitur ſi & tu à vero aberras & alios tecum in errores abducis? Rectè te ratiocinari putant, qui te audiunt, quia volat verbum & decipit. Si peræquè attentum Lectorẽ nanciſcereris, vt ego ſum, facilè te noſcerent omnes, & cauerent, ſed multo magis id facient, cum non modo falli te viderint, ſed etiam fallere, & mentiri velle compererint; quod nunc porro oſtendam.

Triplex Thũmij veritas.

verò probè ſciam, fuiſſe non neminem, *d.* qui hæc in Apoſtolum Paulum commentaria nòn *Bedæ, ſed Petri Abbatis Tripolitani* eſſe velit, rectè tamen & hunc partum adſcribunt *Bedæ.* Cardinalis *Bellarminus, e.* & *Antonius Poſſeuinus.*

Vincentius Regius falſi Thummium arguit.

6. VINCENTIVS REGIVS tantùm abeſt, vt diſsimulet, ſe ſua ex alijs authoribus deſumpſiſſe, vt etiam vltrò hoc de ſe affirmet. En eius verba. *Illud,* inquit, *g. ingenuè fatebor, plura deſumſiſſe me tum à Patribus, tum à modernis, ab ijs præſertim, qui alibi ea habent, quæ ad enodandum, vel etiam exornandum aliquem Euangelij locum pertinent, & concionantibus emolumento futura ſunt. Ea verò non ſine magno labore conquiſita, ſæpè paucis in vnum coniunximus.* Qui verò MODERNI illi ſint, ſatis demonſtrat, dum in ſingulis ferè capitibus *Toletum, Maldonatum, Barradam, Salmeronem, &c.* allegat. Apparet itaque iam abundè, quàm *Græcâ* fide cum his *Latinis* Doctoribus egerit Thummius.

a. *Tom.4. in præfat. Hexam. pag.1.* b. *Tõ. 5. in prologo ad Acta Apoſt. pag. 626.* c. *Tom.*

Tom.6.in præfat : expoſitionis in S. Paulum pag. 31. d. *Baron. Tom.7.ad annum. 562. num.15 & 16.* e. *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Bedâ obſeruat.2.* f. *Tom.1. apparatus ſacri in Bedâ pag. 213.& 214.* g. *in præfat ad librum 1. Dilucidat. circa finem.*

CAPVT II.

AN BELLARMINVS, ET Lechnerus tela ſua ex alienâ pharetrâ deſumpſerint.

1. AFfirmat prædicans pag. 4. Bellarminus, inquit, OMNIA *ſua argumenta à me confutata, quibus lib.3.de Pontifice Romano probare allaborauit, Papam non eſſe Antichriſtum, è* SANDERI *lib.8.de viſibili Monarchiâ mutuatus eſt.*

2. Me verò pag. 99. ita alloquitur. *Relegas me ad quoſdam ſcriptores, tuum inprimis* GRETSCHERVM, *è quo* OMNIA *tua clepis.*

3. RESPONDEO PRIMO. Vnde colligis mi prædicans, argumenta noſtra è *Sanderi*, & *Gretſcheri* penu depro- Thūmius ad verbum Auctores expilat, vt parte

vltimâ oſtendetur.

pta eſſe? An quia *ſemi* aut *integras* paginas *ad verbum* (ſicut tu *Abbato, Iunio, Sutliuio* feciſti) ex illorum libris in noſtros tranſcripſimus? Triumphaſti Thummi, ſi vel *vnicum* exemplar dederis. An fortè, quia iiſdem ſubinde vos rationibus expugnamus, quibus alij vos laceſsiuerunt. Bene habet. Ergo ita iam argumentor.

Lutherus ſæpiſsimè iiſdem argumentis vtitur, quibus Theologi Pontificij; vt patet cuiuis, vel obiter Lutherum, & noſtros legenti.

Ergo Lutherus argumenta illa Pontificijs Theologis furatus eſt.

Quid hîc dices miſelle? Quis Imperator prohibuit, ne duobus cerebris idem argumentũ incidat? quanquam ad *Lutherum* quod attinet, vadimonium pro eo haud præſtiterim.

Idem de Luthero proditur.

Certè *Caſpar Peucerus a.* liberè affirmat, *Lutherum Pontificiorum ſe texiſſe ac defendiſſe pennis, vt penè in præcipuis eius ſcriptis nihil reperiatur, niſi deſcripta* AD VERBVM *ex Scholaſticis, ac præcipuè ex Gabriele Biel.* Hæc ille.

Bellarminus eadem ſcribit

4. RESPONDEO SECVNDO; in ſpecie ad

cie ad *Bellarminum* quod attinet, poterant os tibi obtundere ipſi tui fratres Caluiniſtæ, quorum iudiciũ de multiplici *Bellarmini* lectione cum rubore tuo, tum apud *Andream Eudæmon Ioannis Cydonium, b.* tum apud *Iacobum Gretſcherum c.* reperies. Ego vnicum hoc ex te quæro. Si *Bellarminus* omnia ſua pro Pontifice argumenta è *Sandero* mutuatus eſt, cur non *Sanderum* potius quam *Bellarminum* refutandum ſuſcepiſtis?

quæ Catholici, quia eadẽ illi cum ipſis fides.

5. Rurſus, ſi nihil noui *Bellarminus* attulit, cur *Guilielmus VVitakerus* poſt refutatum à ſe (vt ipſe quidẽ ſcribit *d.*) *Sanderum*, tanto molimine *Bellarminum* aggreſſus eſt? an actum voluit agere? Cur item ex Angliâ, Galliâ, Poloniâ, Belgio, Germaniâ poſt refutatũ Sanderum tanto agmine in *Bellarminum* irruerunt *Robertus Abbatus, Sibrandus Lubertus, Matthæus Sutliuius, Franciſcus Iunius, Daniel Chamierus, Samuel Huberus, Gabriel Pouelus, Salomon Geſnerus, Conradus Rubelius.* Conueniſſe in materia & argumentis Bellarminum cum Sandero vitij nihil habet. Imò Soliditatem

Cur Thummius Caluiniſtas exſcribit? an conſentit?

tem Catholicæ Doctrinæ maximè oſtendit, vt quæ certis & conſtantibus fundamentis nitatur, in quibus Doctores Catholici neceſſariò conſentiunt. Eadem verba ad longum deſcripta furtum tuum produnt, Thummi. Et quod dictu fædum eſt, è Caluinianis deſcribis, cum quibus conuenire te minimè decet.

6. RESPONDEO TERTIO. Ad me quod attinet. Riſi, cum hæc legerem, tum *ſimplicitatem* Prædicantis, tum lepidam *contradictionem*. SIMPLICITATEM quidem. Quid enim prædicans? ain' tu *omnia* me à *Gretſchero* accepiſſe? inquis, & Iouem lapidem iuro. Si igitur *omnia* à Gretſchero mutuatus ſum, annon vides acutum caput, neceſſariò hoc ſequi, *Thummij argumenta in Thummij cerebro nata non fuiſſe, ſed iam ante* XV. *annos ab alijs allata, à Gretſchero* exploſa, *à Thummio rurſus collecta* fuiſſe? Viden' iam virorum perſpicaciſsime, te illum ipſum funem, quem *pedibus* meis parabas, tuomet *collo* incautum inieciſſe?

Thummius crambem bis coctam affert.

7. CONTRADICTIONEM verò riſi ſanè lepidam. Hîc enim me Gretſcheri ex-

Thũmius ait Lechnerum

ri *expilatorem* vocas. Paginâ verò 38. diſertè fateris, *calumniatorem quidem me, aliorum verò expilatorem minimè eſſe.*

expilatorem aliorum eſſe, non eſſe: quid credimus?

8. Ad rem ipſam quod attinet; conferat ipſe Thummius tam *Bellarmini* quã *noſtras* rationes cum *Sanderianis* & *Gretſcherianis*. Reperiet, ſe in *vnico* hoc ſuo mendacio, aliquot mendaciorũ *centurias* effudiſſe. Dignus tam *grandi* ingenio partus.

Age Thummi confer ſcripta, vt parte vltimâ tua collata ſunt.

a. *in refutat. hiſtor. peucerianæ. pag. 5.6.* b. *in Caſtigatione Lamberti Danæi lib. 1. cap. 5. §. 4.* c. *in præfat: ad Lectorem Tom. 1. defenſ. Bellarm.* d. *ad controuerſ. 4. Bellarm: q. 5. cap. 2. pag. 569.*

CAPVT III.

AN PATRES NEC DOCVERINT, nec ſcripſerint Antichriſtum eſſe perſonam ſingularem.

1. AFfirmat audacter prædicãs. *Patres*, inquit pag. 19. *ſententiam papicolarum de Antichriſto ſingulari nec proponunt, nec defendunt.* Et ſuprà. *Patres nec docuerunt, nec ſcripſerunt.* Dicam Thummi quod res eſt. Mendacium

Audax mendacium.

cium hoc (liceat mihi cum tuâ veniâ VVitebergenſis Prædicantis *Ioannis Forſteri a.* elegantijs vti) Mendaciũ eſt *ſexcenta iugera ſpiſſum.* Ego illud & *Lutheri* tui, & tuorum *Theologorum*, & antiquorum *Patrum* authoritate diſplodam.

Refellit Lutherus.

2. Prodeat ergo *Lutherus. Vulgata* inquit *b. opinio eſt apud* omnes authores Eccleſiaſticos, *quod ex tribu Dan ſit venturus Antichriſtus, quem per colubrum intelligunt, & tanquam* Principalis articulus fidei *recepta, & approbata eſt* ab omnibus, &c. Viden' Thummi? Antichriſtum ex tribu Dan naſciturum, *omnes authores Eccleſiaſtici* docent, imò *ab omnib. pro articulo fidei* (vt Lutherus quidem ſcribit) receptum eſt. Quomodo ergo oro te ſenſerunt, non eſſe vnam perſonam? Niſi fortè apud te omnes Pontifices (qui Antichriſti tibi ſunt) *ex tribu Dan* nati fuerunt.

Refellunt Acatholici Papatus approbatores.

3. Prodeat iam integra *Theologorũ tuorum* cohors, nimirum *Lipſienſes, Tubingenſes, VVitembergenſes, Dreſdenſes, Stutgardienſes*, qui omnes ſingulis *Iacobi Heilbruneri* articulis, in ſuo Papatu Acatholico

catholico ſubſcripſerunt. Illi itaque per os, & calamum *Heilbruneri* ita de hac reſentiunt c. Daß die alte Vätter vom Antichriſt gemeinglich alſo reden vnnd ſchreiben / als ob er nur ein Perſon ſeyn ſolte: daß iſt kein wunder / dann die Weiſſagungen vnd Offenbarungen vom Antichriſt / haben verſiglet / vnd verborgen ſeyn ſollen / biß auff die letſte Zeit Dan. 12. v. 5. En iſta Theologorum tuorum phalanx nequaquam in eo laborat, vt oſtendat, non agnouiſſe PATRES *ſingularitatem* Antichriſti; ſed in hoc, quibus coloribus hunc (vt ipſi quidem arbitrantur) PATRVM errorem dextrè obducant. Indignaberis Thummi ſcio, cum hæc leges, *Franciſco Iunio*; Intelligis me.

Refellit Heilbrunnerus.

Vide quid furta noceant.

4. Prodeat tandem fulminatrix PATRVM legio quos SINGVLARITATEM Antichriſti *docuiſſe, ſcripſiſſe, propoſuiſſe, defendiſſe* hoc euidenti ſyllogiſmo demonſtro.

Refellunt ipſi Patres.

Illi qui docent Antichriſtum nõniſi tribus annis cum dimidio regnaturũ, non poſſunt per Antichriſtum plures numero perſonas, per tot iam ſecula, vt Thummius vult, ſibi ſuccedentes intelligere.

Atqui

Pars III.

PSEVDOLOGIA THVMMIANA.

NOn minus verè, quàm iucundè dixit Tertullianus: *a. Hæreticos ſolutos eſſe à regulâ veritatis.* Priuilegium hoc omnibus hæreticis datum, quàm egregiè *Thummius* noſter vſurpet, deinceps perſpiciet Lector. Quid enim aliud exſpectet à Prædicantibus quã falli, fallere mentiri, cùm à recta fide defecerint.

a. *lib. de pudicit. cap. 8.*

Capvt I.

AN BEDA S. AVGVSTINVM, Vincentius Regius Toletum, & Maldonatum tranſcripſerint, nullâ authorum factâ mentione.

Thummius affirmat.

1. AFfirmat Prædicans. Beda, inquit pag. 4. *Quot folia ſæpe Augustini verbis complet, & ne*

ne verbulo quidem Auguſtini meminit?

2. De VINCENTIO REGIO ita loquitur, *Vincentius Regius pleraq́ʒ ex To-leto, & Maldonato, nullâ ipſorum facta mentione, in opus ſuum tranſcribit.*

3. At hoc negat ipſe BEDA. En tibi vnum aut alterum locum. De libro ſuo, quem *Hexameron* inſcripſit, expreſsè fatetur, *a.* Eum ſe *collegiſſe ex S. AVGVSTINI aliorúmque Patrum voluminibus, ſenſúmque memoratorum Patrum nunc ipſis eorum, nunc breuiandi cauſa ſuis ſermonibus, nunc tacitis eorum vocabulis, nunc commemoratis, prout opportunitas locorum dictabat, ponere ſtuduiſſe.* Beda docet oppoſitum. 1.

4. De ſuâ in S. Ioannis Epiſtolam explanatione, ita ad Accam Epiſcopum ſcribit. *b. Miſi autem & explanatiunculam Epiſtolæ beatiſſimi Euangeliſtæ Ioannis, cuius maximam partem ex Homilijs S. AVGVSTINI latiſſimâ ſuauitate diffuſis, compendioſus breuiator excerpſi.* 2.

5. De ſuis verò in Apoſtolũ Paulum commentarijs ita loquitur. *c. In Apoſtolum quæcunque in opuſculis S. AVGVSTINI expoſita inueni, cuncta per ordinem in vnum colligens tranſcribere curaui.* Licet 3.

Triplex Thũmij veritas.

verò probè ſciam, fuiſſe non neminem, *d.* qui hæc in Apoſtolum Paulum commentaria non *Bedæ*, *ſed Petri Abbatis Tripolitani* eſſe velit, rectè tamen & hunc partum adſcribunt *Bedæ*, Cardinalis *Bellarminus*, *e.* & *Antonius Poſſeuinus*.

Vincentius Regius falſi Thummium arguit.

6. Vincentivs Regivs tantùm abeſt, vt diſsimulet, ſe ſua ex alijs authoribus deſumpſiſſe, vt etiam vltrò hoc de ſe affirmet. En eius verba. *Illud*, inquit, *g. ingenuè fatebor, plura deſumſiſſe me tum à Patribus, tum à modernis, ab ijs præſertim, qui alibi ea habent, quæ ad enodandum, vel etiam exornandum aliquem Euangelij locum pertinent, & concionantibus emolumento futura ſunt. Ea verò non ſine magno labore conquiſita, ſæpè paucis in vnum coniunximus.* Qui verò moderni illi ſint, ſatis demonſtrat, dum in ſingulis ferè capitibus *Toletum, Maldonatum, Barradam, Salmeronem, &c.* allegat. Apparet itaque iam abundè, quàm *Græcâ* fide cum his *Latinis* Doctoribus egerit Thummius.

a. *Tom. 4. in præfat. Hexam. pag. 1.* b. *Tō. 5. in prologo ad Acta Apoſt. pag. 626.* c. *Tom,*

Tom.6.in præfat: expoſitionis in S. Paulum pag. 31. d. *Baron. Tom.7.ad annum. 562. num.15 & 16.* e. *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Bedâ obſeruat.2.* f. *Tom.1. apparatus ſacri in Bedâ pag. 213.& 214.* g. *in præfat ad librum 1. Dilucidat.circa finem.*

CAPVT II.

AN BELLARMINVS, ET Lechnerus tela ſua ex alienâ pharetrâ deſumpſerint.

1. AFfirmat prædicans pag. 4. Bellarminus, inquit, OMNIA *ſua argumenta à me confutata, quibus lib.3.de Pontifice Romano probare allaborauit, Papam non eſſe Antichriſtum, è* SANDERI *lib.8.de viſibili Monarchiâ mutuatus eſt.*

2. Me verò pag. 99. ita alloquitur. *Relegas me ad quoſdam ſcriptores, tuum inprimis* GRETSCHERVM,*è quo* OMNIA *tua clepis.*

3. RESPONDEO PRIMO. Vnde colligis mi prædicans, argumenta noſtra è *Sanderi*, & *Gretſcheri* penu deprô- Thūmius ad verbum Auctores expilat, vt parte

vltimâ oſtendetur.

pta eſſe? An quia *ſemi* aut *integras* paginas *ad verbum* (ſicut tu *Abbato, Iunio, Sutliuio* feciſti) ex illorum libris in noſtros tranſcripſimus? Triumphaſti Thummi, ſi vel *vnicum* exemplar dederis. An fortè, quia iiſdem ſubinde vos rationibus expugnamus, quibus alij vos laceſsiuerunt. Bene habet. Ergo ita iam argumentor.

Lutherus ſæpiſsimè iiſdem argumentis vtitur, quibus Theologi Pontificij; vt patet cuiuis, vel obiter Lutherum, & noſtros legenti.

Ergo Lutherus argumenta illa Pontificijs Theologis furatus eſt.

Quid hîc dices miſelle? Quis Imperator prohibuit, ne duobus cerebris idem argumentũ incidat? quanquam ad *Lutherum* quod attinet, vadimonium pro eo haud præſtiterim. Certè *Caſpar Peucerus a.* liberè affirmat, *Lutherum Pontificiorum ſe texiſſe ac defendiſſe pennis, vt penè in præcipuis eius ſcriptis nihil reperiatur, niſi deſcripta* AD VERBVM *ex Scholaſticis, ac præcipuè ex Gabriele Biel.* Hæc ille.

Idem de Luthero proditur.

4. RESPONDEO SECVNDO; in ſpecie ad

Bellarminus eadem ſcribit

cie ad *Bellarminum* quod attinet, poterant os tibi obtundere ipſi tui fratres Caluiniſtæ, quorum iudiciũ de multiplici *Bellarmini* lectione cum rubore tuo, tum apud *Andream Eudæmon Ioannis Cydonium, b.* tum apud *Iacobum Gretſcherum c.* reperies. Ego vnicum hoc ex te quæro. Si *Bellarminus* omnia ſua pro Pontifice argumenta è *Sandero* mutuatus eſt, cur non *Sanderum* potius quam *Bellarminum* refutandum ſuſcepiſtis? quæ Catholici, quia eadẽ illi cum ipſis fides.

5. Rurſus, ſi nihil noui *Bellarminus* attulit, cur *Guilielmus VVitakerus* poſt refutatum à ſe (vt ipſe quidẽ ſcribit *d.*) *Sanderum*, tanto molimine *Bellarminum* aggreſſus eſt? an actum voluit agere? Cur item ex Angliâ, Galliâ, Poloniâ, Belgio, Germaniâ poſt refutatũ Sanderum tanto agmine in *Bellarminum* irruerunt *Robertus Abbatus, Sibrandus Lubertus, Matthæus Sutliuius, Franciſcus Iunius, Daniel Chamierus, Samuel Huberus, Gabriel Pouelus, Salomon Geſnerus, Conradus Rubelius.* Conueniſſe in materia & argumentis Bellarminum cum Sandero vitij nihil habet. Imò Soliditatem Cur Thummius Caluiniſtas exſcribit? an conſentit?

tem Catholicæ Doctrinæ maximè oſtendit, vt quæ certis & conſtantibus fundamentis nitatur, in quibus Doctores Catholici neceſſariò conſentiunt. Eadem verba ad longum deſcripta furtum tuum produnt, Thummi. Et quod dictu fædum eſt, è Caluinianis deſcribis, cum quibus conuenire te minimè decet.

6. Respondeo Tertio. Ad me quod attinet. Riſi, cum hæc legerem, tum *ſimplicitatem* Prædicantis, tum lepidam *contradictionem*. Simplicitatem quidem. Quid enim prædicans? ain' tu *omnia* me à *Gretſchero* accepiſſe? inquis, & Iouem lapidem iuro. Si igitur *omnia* à Gretſchero mutuatus ſum, annon vides acutum caput, neceſſariò hoc ſequi, *Thummij argumenta in Thummij cerebro nata non fuiſſe, ſed iam ante* XV. *annos ab alijs allata, à Gretſchero exploſa, à Thummio rurſus collecta* fuiſſe? Viden' iam virorum perſpicaciſsime, te illum ipſum funem, quem *pedibus* meis parabas, tuomet *collo* incautum inieciſſe?

Thummius crambem bis coctam affert.

7. Contradictionem verò riſi ſanè lepidam. Hîc enim me Gretſcheri ex-

Thũmius ait Lechnerum

ri *expilatorem* vocas. Paginâ verò 38. diſertè fateris, *calumniatorem quidem me, aliorum verò expilatorem minimè eſſe.*

8. Ad rem ipſam quod attinet; conferat ipſe Thummius tam *Bellarmini* quā *noſtras* rationes cum *Sanderianis* & *Gretſcherianis*. Reperiet, ſe in *vnico* hoc ſuo mendacio, aliquot mendaciorū *centurias* effudiſſe. Dignus tam *grandi* ingenio partus.

expilatorem aliorum eſſe, non eſſe: quid credimus? Age Thummi confer ſcripta, vt parte vltimâ tua collata ſunt.

a. *in refutat. hiſtor. peucerianæ. pag. 5.6.* b. *in Caſtigatione Lamberti Danæi lib. 1. cap. 5. §. 4.* c. *in præfat: ad Lectorem Tom. 1. defenſ. Bellarm.* d. *ad controuerſ. 4. Bellarm: q. 5. cap. 2. pag. 569.*

CAPVT III.

AN PATRES NEC DOCVERINT, nec ſcripſerint Antichriſtum eſſe perſonam ſingularem.

1. AFfirmat audacter prædicās. *Patres*, inquit pag. 19. *ſententiam papicolarum de Antichriſto ſingulari nec proponunt, nec defendunt.* Et ſuprà. *Patres nec docuerunt, nec ſcripſerunt.* Dicam Thummi quod res eſt. Mendacium

Audax mendacium.

cium hoc (liceat mihi cum tuâ veniâ VVitebergenſis Prædicantis *Ioannis Forſteri* *a.* elegantijs vti) Mendaciũ eſt *ſexcenta iugera ſpiſſum.* Ego illud & *Lutheri* tui, & tuorum *Theologorum,* & antiquorum *Patrum* authoritate diſplodam.

Refellit Lutherus.

2. Prodeat ergo *Lutherus. Vulgata* inquit *b. opinio eſt apud* omnes authores Eccleſiaſticos, *quod ex tribu Dan ſit venturus Antichriſtus, quem per colubrum intelligunt, & tanquam* Principalis articulus fidei *recepta, & approbata eſt* ab omnibus, &c. Viden' Thummi? Antichriſtum ex tribu Dan naſciturum, *omnes authores Eccleſiaſtici* docent, imò *ab omnib. pro articulo fidei* (vt Lutherus quidem ſcribit) receptum eſt. Quomodo ergo oro te ſenſerunt, non eſſe vnam perſonam? Niſi fortè apud te omnes Pontifices (qui Antichriſti tibi ſunt) *ex tribu Dan* nati fuerunt.

Refellunt Acatholici Papatus approbatores.

3. Prodeat iam integra *Theologorũ tuorum* cohors, nimirum *Lipſienſes, Tubingenſes, VVitembergenſes, Dreſdenſes, Stutgardienſes*, qui omnes ſingulis *Iacobi Heilbruneri* articulis, in ſuo Papatu Acatholico

catholico ſubſcripſerunt. Illi itaque per os, & calamum *Heilbruneri* ita de hac reſentiunt c. Daß die alte Vätter vom Antichriſt gemeinglich alſo reden vnnd ſchreiben / als ob er nur ein Perſon ſeyn ſolte: daß iſt kein wunder / dann die Weiſſagungen vnd Offenbarungen vom Antichriſt / haben verſiglet / vnd verborgen ſeyn ſollen / biß auff die letzte Zeit Dan. 12. v. 5. En iſta Theologorum tuorum phalanx nequaquam in eo laborat, vt oſtendat, non agnouiſſe PATRES *ſingularitatem* Antichriſti; ſed in hoc, quibus coloribus hunc (vt ipſi quidem arbitrantur) PATRVM errorem dextrè obducant. Indignaberis Thummi ſcio, cum hæc leges, *Franciſco Iunio*; Intelligis me.

Refellit Heilbrunnerus.

Vide quid furta noceant.

4. Prodeat tandem fulminatrix PATRVM legio quos SINGVLARITATEM Antichriſti *docuiſſe, ſcripſiſſe, propoſuiſſe, defendiſſe* hoc euidenti ſyllogiſmo demonſtro.

Refellunt ipſi Patres.

Illi qui docent Antichriſtum nõniſi tribus annis cum dimidio regnaturũ, non poſſunt per Antichriſtum plures numero perſonas; per tot iam ſæcula, vt Thummius vult, ſibi ſuccedentes intelligere. *Atqui*

Atqui Patres hoc docent.

Ergo Patres non poſſunt per Antichriſtum, plures numero perſonas, &c. intelligere.

5. *Maior* eſt per ſe nota.

6. *Minor* ex ipſis tum *tuorum Theologorum*, tum Patrum verbis luculenter demonſtratur.

7. En tuos. *Matthæus Sudliuius*, corculum tuum. Patres *quidem*, inquit, *d.* NONNVLLI *exiſtimarunt Antichriſtum regnaturum* TRES ANNOS CVM DIMIDIO, *ſed Patres illi, vt ſæpe admonuimus, interpretes erant, non Prophetæ.*

8. Franciſcus Iunius, *e.* animæ dimidium tuæ, ad Patres à Bellarmino in hanc ipſam rem adductos, ita reſpondet. *Agnoſcimus quidem ſententiam* ALIQVOT VETERVM, *qui ex opinione Prophetias olim euenturas interpretati ſunt, coniecturis etiam alienis. Sed credimus veritati* DEI, *ſcripturis & euentis conteſtatæ*, BONA IPSORVM VENIA. Omitto *Guilielmum VVittakerum*, f. *Iacobum Heilbrunnerum*, *g.* alios.

9. Sed en ipſos PATRES. De quibus non malè, non nemo *h.* ſcribit, eos, vno verbo, OMNES NEMINE DEM-

DEMPTO, (quotquot de hac re tractarunt) in hanc ſententiam iuiſſe. Ego Catalogum non texam. *S. Irenæum* enim, *S. Auguſtinum, S. Victorinum,* (ſeu quiſquis illius commentarij author eſt) *S. Proſperum, S. Anſelmum, S. Bedam, S. Ephrem, Rabanum, Theodoretum, Primaſium, Aretam, Rupertum, Lactantium, Haymonem, S. Thomam*, reperies tum apud *Robertum Bellarminum*, i. tum apud *Thomam Maluendam*, k. Mihi ſufficiat duos tantum latio, & græco ſermone loquentes adducere.

10. S. HIPPOLYTVS MARTYR. l. *Dimidium hebdomadæ, hoc eſt,* TRES ANNOS CVM DIMIDIO *regnabit Antichriſtus ſuper terram, poſt auferetur regnum illius, & gloria.*

11. S. HIERONYMVS *m.* in illa Danielis verba, *vſque ad tempus, & tempora, & dimidium, &c. Tempus*, inquit, *n.* ANNVM *ſignificat, tempora, iuxta Hebraici ſermonis proprietatem, qui & ipſi dualem numerum habent,* DVOS ANNOS *præfigurant. Dimidium autem temporis,* SEX MENSES, *quibus Sancti poteſtati Antichriſti permittendi ſunt.*

Q 12. S. CY-

12. S. CYRILLVS Hieroſolym. *n.* βασιλεύσει δὲ ὁ Ἀντίχριστος τρία, καὶ ἥμισυ ἔτη μόνα. *Regnabit autem Antichriſtus* TRIBVS ANNIS, ET DIMIDIO *tantùm.*

12. ANDREAS CAESAREENSIS, *o.* Qui cùm dixiſſet fideles διὰ τὴν τοῦ ἀποστάτου, καὶ ψευδοχρίστου ἐπιβουλὴν ἐν ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ τοῖς ὀπαῖς τῆς γῆς φεύγοντας, *ob Apoſtatæ, & Antichriſti perſecutionem ad montes, & ſpeluncas, & cauernas terræ fugituros,* Hæc ſubijcit ἐπὶ ἔτη δὲ τρία ἥμισυ, τὰ ὑπὸ τῶν χιλίων διακοσίων ἑξήκοντα ἡμερῶν δηλούμενα. *Idque ad* ANNOS TRES, CVM DIMIDIO, *per mille ducentorum ſexaginta dierum numerum deſignatos.*

14. Vide, mi Thummi, quàm luculenter tibi impoſuerit *Franciſcus Iunius*, cui nimis incautè mendacium hoc ſuffuratus es. Inpoſterum, bone vir, cura, vt illos tantum authores expiles, qui *mentiri* CONSEQVENTER poſſunt.

a. *in oratione Apologeticâ pro Luthero Edit. VVit. 1611.* b. *Tom. 6. in cap. 49. Geneſ. pag. 726.* c. *in Papatu acathol. art. 14. pag. 384.* d. *lib. 5. de pontif. Rō. cap. 28.*

cap.28.pag.673. e. *ad controu.3. Bellarm.lib.3.cap. 8. n. 5. pag.413.* f. *ad controu.de Rom.Pont. quæſt.5. pag.631.* g. *in Papatu acathol. artic.14.pag.390.* h. *Thomas Maluenda lib. 10. de Antichriſto, cap. 16. pag. 508.* i. *lib. 3. de Pontif. cap.8.* k. *loc. ſupra cit.* l. *in orat. de conſummat. mundi. Tom.2.Bibliotheca Patrum pag.10.* m. *in cap.7. Daniel.Tom.4.pag.512.* n. *Catech.15. pag.374.* o. *in Apocal.cap.33.pag.51.*

CAPVT IV.

AN IOAN. MALDONATVS docuerit, in illis verbis Danielis 7. Tempus, & tempora, & dimidium temporis, ſumi numerum certum pro incerto?

1. AFfirmat intrepidè Prædicans. fol.35. *Tranſigat*, inquit, *Bellarminus cum Maldonato, qui numerum certum pro incerto poſitum iudicat.* Idemque denuo inſinuat pag. 30. dum me ad illam ipſam paginam remittit.

2. Prodeat ergò ipſe Maldona-

tus, & pro Maldonato cauſam agat. En ipſa eius verba in citatum Danielis locum. *Rectè*, inquit, *a. Hieronymus, & Theodoretus hunc locum interpretantur, vt per tempus*, ANNVS, *per tempora*, DVO ANNI, *per dimidium temporis*, DIMIDIVM ANNI *anni intelligatur. Sed hæc interpretatio quia bona erat, hæreticorum Patriarchæ* (Caluinum intelligit) *non placuit, mauult enim hac periphraſi* INCERTVM TEMPVS *ſignificari. Quem ego ſenſum* MINIMI IVDICII HOMINIS *eſſe puto.* Pergit dein, & *incertum* hunc Caluini ſenſum *certis* argumentis diſplodit: Vbi, oro te, hîc frons tua Thummi?

Lege Thummi, & mendacij te pigeat.

3. Sed, en rurſus ipſum Maldonatum *b. Hunc locum* (Tempus, & tempora, & dimidium temporis) *ſuprà cap. 7. v. 25. vbi de eadem re dicitur, explicauimus, eorumq́ue* REFELLIMVS ERROREM, *qui dies, quique menſes, quique hebdomadas, quique tempus* incertum *ſignificari putauerunt. Senſus igitur eſt, hanc Eccleſiæ ſub Antichriſto cladem*, ANNOS TRES, AC DIMIDIVM *duraturam, quæ eadem veterum authorum traditio eſt.* Vide mi prædicans, annon ita cum *Maldonato* egeris, quaſi

id vnum

id vnum intenderes, vt videreris eſſe MENDAX.

a. *in cap.7.Daniel.pag.692.* b. *in cap.12. Danielis pag.754.*

CAPVT V.

AN CATHOLICI CVM MARcionitis, Valentinianis, & alijs hæreticis doceant, ſcripturam nullius eſſe authoritatis?

1. AFfirmat ſanè impudenter Prædicans pag.33. Ego homini os vno tantum, alteroue argumento obturabo.

2. PRIMO ſi ſcripturam Catholici *nullius authoritatis* dicimus, quomodo ergo Theologi Bauarici in *colloquio Ratiſponenſi*, ex communi Catholicorũ ſenſu, hæc verba in theſi ſuâ poſuerũt, *a.* SCRIPTVRA EST NORMA INFALLIBILIS? An quod *nullius authoritatis* eſt, *infallibilis norma* eſſe poteſt? Maxima ſcripturæ ſacræ auctoritas eſt apud Catholicos.

3. SECVNDO. Videamus cur apud hos hæreticos *nullius authoritatis* fuerit ſcriptura? Cauſam afferunt *Irenæus b. Theodoretus c.* & alij, quia hi hæretici

nominatim *Baſilidiani*, *Saturniniani*, *Marcionitæ*, *&c.* docebant, ſcripturam magna ex parte à *dæmone* ortum habuiſſe. Hoccine Catholici docemus?

4. TERTIO. Si ideo aſſeris *nullius* apud nos *authoritatis* ſcripturam eſſe, quia etiam ALIIS LIBRIS authoritatem aliquam tribuimus, ideoque *Marcionitæ* audimus; tum profectò & vos Lutherani *Marcionitis* adnumerabimini, quod demonſtro;

5. Nam *primò* in Bergenſi formulâ concluſiſtis, *d. omnia Lutheri ſcripta, tam polemica, quàm didactica,* PRO NORMA, SEV REGVLA DOCTRINAE *recipienda eſſe, ita quidem, vt tota Chriſtiana Religio, &, quæ in eâ oriuntur certamina, contentiones, & diſſenſiones, iuxta Lutheri polemica, & didactica ſcripta intelligi, declarari, & componi debeant.* Age prædicans! ſi nos *Marcionitæ*, quia præter ſcripturam, *concilijs* etiam, *Patribuſque* in rebus cõtrouerſis nitimur; annon maiori iure & vos *Marcionitæ*, qui in ijſdem dubijs, Lutheri veſtri voluminibus, velut *normá, ſeu regulá doctrinæ* nitimini?

6. *Secundo*, quid ſibi volunt hæc verba,

verba, quæ Theologici Doctoratus candidati iuramento apud vos confirmare debent? audi *Balthaſarem Meiſnerum* ita iurantem e. *Ego Balthaſar Meiſnerus Dreſdenſis promitto Deo æterno, Patri Domini noſtri* IESV *Chriſti, &c. cum incident controuerſiæ difficiles, & obſcuræ, non ſolus, non temerè, ſed re deliberatâ, cum* ALIQVIBVS SENIORIBVS, *qui docent Eccleſias, retinentes doctrinam auguſtanæ Confeſſionis, ſecundum normam, & regulam verbi diuini, atque Chriſtianæ fidei pronuntiabo. Ita me Deus adiuuet.* Audis hæc prædicans? Quod apud vos SENIORES Confeſsionis auguſtanæ, hoc apud nos PATRES, & CONCILIA. Si ergo nos ideo *Marcionitæ*, quia PATRES (modò contrariũ ſcripturæ non doceant) cum *ſcripturâ* admittimus, profectò tantò magis vos *Marcionitis* adnumerabimini, quãtò magis SENIORES veſtri, à PATRVM noſtrorum, & ſanctitate, & eruditione ſuperantur.

7. QVARTO quàm denique lepidum, nos cum *Marcionitis* ſcripturam reijcere? cum pro multis ſcripturæ libris tantâ contentione vobiſcum de- pugne-

Lutherani maiori iure cum Marcionitis comparantur.

pugnemus. Libros *Iudith*, *Sapientiæ*, *Tobiæ*, *Eccleſiaſtici*, *Baruch*, *Macchabæorum* exeſſe cum Luthero *f.* iubetis: multi etiam ipſam *Apocalypſin* cum Luca Oſiandro *g.* in exilium mittitis. Nos hæc omnia volumina venerabundi amplectimur. Imò illis, à quibus exterminantur, anathema, cum Concilio Tridentino ſeſſ. 4. dicimus.

8. Tu ipſe iam arbiter eſto, vtra pars *Marcionitis* propior ſit, qui teſte *Irenæo, h.* & *Tertulliano i.* integros ſcripturæ libros, veſtro more, *circumcidebant, mutilabant, abſcindebant.* Egiſti igitur, Theodore Thummi, in hoc tuo mendacio, malum *hiſtoricum*, peiorem *Logicum*, peſſimum *Poëtam.*

a. *Seſſ.1.pag.18.* b. *lib.1.adu.hær.cap.22.& 29.* c. *lib.1.hæret.fabul.* d. *apud Rodolph. Hoſpinianum de orig. lib. concord. cap.15.pag 85.6.* e. *in Inauguratione Doctorali Balthaſaris Menzeri pag.44.* f. *ita Lutherus Tom.1.German.Bibl. ante initium Generis.* g. *in Epitome hiſtor.Eccleſ. cent.1.lib.2.c.29.p.45.* h. *lib.1.adu.hær.c.29.* i. *lib.5 contra Marc.c.1.& alibi paſſim.*

CAPVT

CAPVT VI.

AN CATHOLICI DOGMAta noſtra vulgo ignota velimus eſſe, vt Baſilidianos olim, & Carpocratianos voluiſſe ſcribit Thummius.

1. AFfirmat prædicans pag. 33. duplicis mendacij reus; Nam. Fertilis ager Thummij.

2. PRIMO. Falſum eſt, *Baſiliden, & Carpocraten myſteria fidei ſuæ vulgo abſcondiſſe, aut ſcripturam laicis ademiſſe,* ſed hoc vnum vetuerunt, ne ſui myſteria Catholicis, alijſque patefacerent, ſed potius ſe omnibus per ſimulationē conformarent, ne tam enormi hæreſi patefactâ, ſupplicijs inde afficerentur, ita Ireneus, *a.* & alij paſsim: ſed audi Lucam Oſiandrum tuum *b. Carpocratiani,* inquit, *Myſteria ſua occultanda, &* SOLIS ASSECLIS SVIS *communicanda docuerunt.* De Baſilidianis verò, inquit, *c. eos fidem perſecutionis tempore, etiam periurio negandam docuiſſe.* Vides ergo, magne hiſtorice, nec Baſilidem, nec Carpocratē ſua dogmata diſcipulis SVIS,

ſed tantum ALIIS voluiſſe eſſe occulta, quæ toto cœlo differunt à tuis figmentis.

3. SECVNDO. Falſum eſt *nos dogmata noſtra populo ignota eſſe velle.* Oppoſitum clamant 1. Tot concionatorum pulpita, in quibus ex ipſis *ſcripturæ* fũdamentis veſtræ hæreſes diſploduntur. 2. Tot in lucem vernaculâ linguâ emiſſa volumina, in quibus ex *ſcripturæ* fontibus, & noſtra dogmata declarantur, & veſtra diluuntur. 3. Ipſi Concilij Tridentini Patres, qui grauiſsimis verbis parochos adhortantur, *d. vt* SACRA ELOQVIA, *& ſalutis monita, ſingulis diebus feſtis, vel ſolennibus explanent, eademq́; in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, atque eos in* LEGE DOMINI *erudire ſtudeant.*

Catholici ſuã doctrinam palàm tradunt.

4. Sed videor mihi audire te ita contrà argumentantem.

Reperiuntur concionatores Catholici, qui populo legem Domini, & ſacra eloquia non explicant.

Ergo falſum eſt Concionatores Catholicos ſcripturam è cathedra docere.

Antecedens probabis ex *Cathalogo*

teſtium

teſtium veritatis. Dante algerio, centum grauaminibus nationis germanicæ,&c.

5. Quidquid ſit de antecedente, & calumnioſâ eius probatione: ſimile argumentum habe:

Reperiuntur concionatores Lutherani, qui ſcripturam palàm in concione virgis cædant.

Ergo falſum eſt Prædicantes Lutheranos ſcripturam è cathedrâ explicare.

Vel

Ergo omnes Prædicantes ſcripturam virgis cædunt.

6. Antecedens probo ipſis *Matheſij c.* veſtri verbis, vbi de Bibliorum verſione differens, ita loquitur. Es hat ein junger Doctor die Teutſche Biblien auff der Cantzel mit Gerten geſteupet/vnd darneben geſagt/ ſie ſoll es beſſer lernen.

7. Viden' iam Domine Doctor, quàm ridiculè ex *vnius*, aut *quorundam* concionatorum errore, ad *omnes* cathedras argumenteris? Vides etiam, dum nos *Baſilidianis* adnumeras, *Quàm* (verba ſancti Auguſtini ſunt, *f.* Felicem Manichæum mendacij conuictum alloquentis) INCONSIDERATE *dixeris,*

dixeris, vt mitiùs loquar, & non dicam INSANE.

a. *lib.1.cap.23.* b. *in epitome Centur.2. lib.2.cap.4.pag.34.* c. *Ibidem pag.33.* d. *ſeſſ.24.de reformat: cap.7.* e. *Cōcione 12. de Luth. pag.163.* f. *Tom.6. lib.1.de actis cum Felice Manich.c.12.*

CAPVT VII.

AN CATHOLICI DE LIBERO arbitrio idem ſentiamus quod Pelagiani.

1. AFfirmat prædicans. *Pelagiani,* inquit, pag. 33. *olim in homine lapſo liberum arbitrium ſupereſſe voluerunt. Teſte Auguſtino contra pelagium: ita papicolæ.* Addit dein duos alios pelagianorum errores, qui in hoc fundantur. Ego latens hoc poſt carecta *mendacium* in ſolem lectori producam.

Quo argumento conuincendus, qui negat liberum arbitrium.

2. Vel enim vis prædicans, poſt *peccatum* non manere *liberum arbitrium,* quoad actus *naturales, & præciſè morales;* tunc alio argumento refutandus non es, quàm quod *Scotus a.* affert. *Talem* nimirum

nimirum *tamdiu exponendum eſſe tormentis, quoad vſque concedat, quod poſſibile eſt eum non torqueri.* Et hoc foret ſanè *ſolidum* argumentum.

3. Vel vis non manere *liberum arbitrium*, quoad actus *ſupernaturales*; Et tum diſtinguendum erit. Aut enim ſenſus tuus eſt (vt reuera tuus eſt) Catholicos ita aſſerere liberum arbitriũ, *quaſi gratia Dei vel* OMNINO NON, *vel tantum* AD MELIVS, SEV AD FACILIVS *operari in ordine ad vitam æternam neceſſaria ſit*: tum rectè quidem dicis, hanc *pelagianorum* hæreſin eſſe. Sed hoccine *Catholici* docemus? En ipſius Tridentini Concilij *b.* ſententiam. *Si quis dixerit ad hoc ſolum diuinam gratiam per Chriſtum* IESVM *dari, vt* FACILIVS *homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium,* SINE GRATIA *vtrumque, ſed ægrè tamen, & difficulter poſſit,* ANATHEMA *ſit.* Fidem tuam Thummi! Legeras hoc in Tridentino? & adhuc eructare tam blaſphema auſus es!

Quid de eo Catholici doceant.

4. Quod ſi ergo illud tibi vis, *manere quidem in homine lapſo liberum arbitrium, ſed ad actus ſupernaturales requiri ſimul*

mul gratiam ſupernaturalem, tum rectè dicis *Catholicos* hoc cum Concilio Tridentino docere, *c.* In hoc tamen rurſus *mendacium* enorme effutis, quaſi illud ipſum *Pelagiani* ſenſerint. Audi S. Auguſtinum. *Pelagiani*, inquit, *d. Dei gratiæ in tantum inimici ſunt, vt* SINE HAC *poſſe hominem credant facere omnia diuina mandata.* Profectò Thummi, euidenter apparet, neſcire te, & quid PELAGIANI loquantur, & quid CATHOLICI loquamur, & quid IPSE demum loquaris.

Quid Pelagiani.

Quid Thummius.

a. *In 1. ſentent. diſtinct. 39. quæſt. 5.* b. *ſeſſ. 6. can. 2.* c. *ſeſſ. 6. can. 4.* d. *Tom. 6. lib. de hæreſibus. hæreſi 88.*

CAPVT VIII.

AN CATHOLICI CVM MAnichæis Chriſto corpus Phantaſticum aſſignemus.

1. AFfirmat Prædicans. *Sicut*, inquit pag. 34. *Manichæi ſomniarunt, Chriſtum habuiſſe corpus imaginarium, & phantaſticum, ita Papicolæ, quando magicâ demurmuratione panaceum quendam*

quendam Chriſtum conficiunt : Superi! *Quanta hæc* (liceat Theodoreti *a.* verbis exclamare) *blaſphemiarum rabies?*

2. Sed videamus & Manichæorum, & Catholicorum in hac re ſententiam. Manichæi teſte ſancto Auguſtino *b.* docent, *Chriſtum non veniſſe in carne verá, ſed ſimulatam ſpeciem carnis, ludificandis humanis ſenſibus præbuiſſe.* Habes hic *Manichæorum* ſomnia.

3. Audi iam *Catholicorum* mentem. *Si quis,* inquit Concil. Tridentinum, *c. negauerit, in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento contineri* VERE, REALITER, ET SVBSTANTIALITER *corpus, & ſanguinem, vnà cum anima, & diuinitate Domini noſtri* IESV *Chriſti, ac proin totum Chriſtum, &c.* ANATHEMA *ſit.* Legeras hæc prius Thummi? & adhuc *Manichæi* tibi ſumus? Illud potius conſidera, an non Manichæorum fabula *d.* de animalibus bipedibus, & hominibus è fumo natis, in te fidem mereatur, ita quicquid loqueris, Fumus eſt.

a. *lib.1.hæret.fabul.* b. *Tom.6.hæreſi 46.* c. *ſeſſ.13.can.1.* d. *S.Auguſt.hæreſi 46.*

CAPVT

CAPVT IX.

AN CATHOLICI CIRCA BAptiſmi effectum idem doceamus, quod Marcionitæ, & Maßiliani.

1. RESpira Thummi; quia flatu vno multa ſimul mendacia fundenda ſunt. *Marcionitæ,* inquis, pag. 33. *Et Maßiliani dicebant baptiſmum tantum tollere præcedentia peccata, & originale: Ita papicolæ.* Quot verba, tot mendacia. Demonſtro.

Catholici hoc docemus, de peccatorũ abolitione: non Marcionitæ.

2. PRIMO ait *Marcionitas hoc docere.* Quo authore bone vir? Nihil de hac fabulâ *Theodoretus, Epiphanius, Auguſtinus, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus,* qui tamen ex inſtituto *Marcionitarum* hæreſes nobis depinxerunt.

Patres teſtes ſunt.

3. Illud quidem apud *Tertullianum a.* lego. *Non tingitur apud illum* (Marcionem) *caro, niſi Virgo, niſi vidua, niſi cælebs, niſi diuortio baptiſma mercata.* Scio & *S. Chryſoſtomum, b.* affirmare, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν (Μαρκιωνισταὶ) αὐτὸν (τὸν ζῶντα) ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος. *Et ſic baptizant* (Marcioniſtæ) *illum* (viuentem) *pro eo qui exceßit,*

ceſſit, ſiue mortuus eſt. Memini & apud *S. Epiphanium* me legere: ἐπειδὴ φθείρας (Μαρκίων) ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει τὴν παρθένον, εὑρέθη ὁ ἀγύρτης ἑαυτῷ δεύτερον λουτρὸν, φήσας, ὅτι ἔξεστιν ἕως τριῶν λουτρῶν, τουτέστι τριῶν βαπτισμῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δίδοσθαι, *corrupta* (Marcion) *à ſe Virgine in ſua ciuitate, inuenit agyrta ſibi alterum Lauacrum, aiens, licere vſque ad tria Lauacra, hoc eſt, tres baptiſmos in remiſſionem peccatorum dare.*

4. Sed quid hæc ad tuam fabulã? Hoccine eſt *Marcionitas* docere, *baptiſmum tantùm tollere præcedentia peccata, & originale?* cum apertis verbis doceant & *ſubſequentia*, vt ex *S. Epiphanio*, & ipſorum *defunctorum* peccata, vt ex *S. Chryſoſtomo* vidimus, aboleri: Contrà verò coniugatorum, fornicatorum, vt ex *Tertulliano* docuimus, per (primum) baptiſmum tolli negent: Fatere verum, prædicans, an cum hæc ſcriberes, vel *vnicum* ex *Patribus* inſpexeris? Sufficit nimirum tibi, ſi *Franciſcus Iunius*, aut *Suthliuius*, aut *Abbatus* aſſerat, *Patres hoc vel illud affirmare.*

Marcionitæ & futuris, & mortuorum peccatis baptiſmum prodeſſe docuerunt.

Non omnib⁹ præteritis.

Conuictus Thumminius, quia Caluiniſtas auctores habuit.

5. SECVNDO ait prædicans, *Maſſi-*

lianos itidem docere, quod Catholici de Baptiſmo docemus: falſum hæc. Audi Theodoretum *d. Maßiliani*, inquit, *dicunt quidem Baptiſmum* NIHIL *iuuare eos, qui ad eum accedunt. Inſtar enim* NOVACVLAE *aufert priora peccata; peccati autem* RADICEM non exſcindit. *Perpetua autem, oratio & peccati radicem, radicitus euellit, & malum dæmonem, qui ab initio ſorte datus eſt, ab anima expellit.* Hoccine eſt *Maßilianos* docere, *Baptiſmum tollere peccatum originale & præcedentia?* cum illi doceant, *Baptiſmum* NIHIL *iuuare, ſed tantum* NOVACVLAE *inſtar operari, radicem autem peccati non à* BAPTISMO, *ſed ab* ORATIONE *euelli.* Verum *veniam* tibi do Prædicans: Theodoretus quid doceat, ſcire non poteras, quia nihil de illo in *Suthliuio, Iunio, Abbato*; quorum *quadra* viuis.

Quid Maßiliani de Baptiſmi effectu tradant.

6. TERTIO. Quicquid ſit de *Marcionitis*, & *Maßilianis*, itáne *Catholicorum* doctrina hæc? *Baptiſmum tantum tollere præcedentia peccata, & originale?* Annon cum *Concilio Tridentino* e. expreſsè profitemur, *per Baptiſmum præter peccati deſtructionem ex opere operato* GRATIAM *quoque*

Quid præter peccati originalis abolitionem Baptiſmo Catholici tribuant.

quoque infundi : Indelebilem inſuper CHARACTEREM *in animâ imprimi?* Sapientius profectò feciſſes Thummi, ſi vt cum *Tertulliano* f. loquar, *Marcionis ſpongiam* adhibuiſſes, adeoque hanc de *Marcionitarum* baptiſmo fabulam ſilentio obduxiſſes. Latuiſſet ſub hac *ſpongiâ* ſoli tibi cognita inſcitia tua.

a. *lib. 1. aduerſus Marcionem cap. 29.* b. *Tom. 4. homil. 40. in 1. Corinth. cap. 15.* c. *hæreſi 42.* d. *lib. 4. hæret: fabul. de Maßilianis.* e. *ſeſſ. 7. can. 6.7.8.9.* f. *lib. 5. adu. Marcionem cap. 4.*

CAPVT X.

AN CATHOLICI AD MANIchæorum morem cænemus?

1. AFfirmat Lutheriſequa. *Manichæi*, inquit, pag 34. *olim panem tantum in cænâ exhibebant, referente Auguſtino hæreſi 71. ita papicolæ.* Papæ? quam ſciolus eſt Thummius noſter? Ego vnum tantum, aut alterum *hiſtoricum mendacium* detegam. Iterum Thũmius non inſpexit Authorem.

2. PRIMVM S Auguſtinus loco à te allegato, nec verbulum de *Manichæis*,

nec verbulum de *pane ſolo*, nec verbulum de *cænâ*. tantummodo dicit, *Philaſtrum affirmare, eſſe alios hæreticos, qui cum hominibus non ſumunt eſcas, ſed vtrum cum alijs, qui eiuſdem ſectæ non ſunt, an etiam interſeipſos hoc faciant, non exprimere.* Sed quid hæc ad *Manichæos*, ad *ſolum panem*, ad *cænam?*

Hæretici quidam ſoli cibos ſumunt.

3. SECVNDVM. *Manichæos ais ſolum panem exhibuiſſe.* Itáne verò *ſolum* panem? audi oro te, S. Auguſtinum *a. ipſi*, inquit, *Electi* (Manichæorum præcipui) *nec in agris operantes, nec poma carpentes, nec ſaltem folia vlla vellentes, exſpectant* HAEC *afferri* VSIBVS SVIS *ab auditoribus ſuis*, VIVENTES *de tot, ac tantis ſecundum ſuam vanitatem* HOMICIDIIS. Vbi ingeniosè ad ſtultū illud Manichæorum dogma alludit, quod crederent tot *homicidia* committi, quot *herbæ* ex agris, quot *poma* ex arboribus diuellerentur, teſte eodem S. Auguſtino *b.* Ait ergo acutè S. Pater, *Manichæos* dum *de pomis, & alijs agri fructibus viuunt, de homicidijs viuere.* Viden' igitur & POMA eos in cænam appoſuiſſe.

Non ſolo pane Manichæi veſcuntur.

4. Audi eundem S. AVGVSTINVM *c.*

Mani-

Manichæos ita alloquentem : *Multa*, inquit, *carpta de arboribus, vel euulſa de terrâ, antequam* ad cibum veſtrum *veniant, interpoſitione aliquâ temporis meliora redduntur, vt* PORRI, ET INTIBA, LACTVCAE, VVAE, MALA, FICVS, ET QVAEDAM PIRA. Quot hic fercula?

5. Audi & THEODORETVM d. *Qui apud eos* (Manichæos) *perfecti vocantur, nec panem frangunt, nec* OLVS SCINDVNT, *ſed eos etiam , qui hæc agunt, tanquam homicidas apertè execrantur, ex ijs tamen, quæ franguntur, &* SCINDVNTVR, COMEDVNT. Habes ergò hic & olera.

6. Audi & S.EPIPHANIVM, & ſanctum Cyrillum Hieroſol. qui mendacium hoc tuum vno ictu iugulant. Epiphanius ita loquitur : *e.* καὶ διατοῦτο εἴτι κάλλιςον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς (Μανιχαίοις) προσφέρουσι, *propterea ſi quid optimum eſt in edulijs , idipſum Electis* (Manichæis) *præbent.*

7. S.Cyrillus verò, τοῖς ἀχύρων, inquit, *f.* ὕδασι τὸ συγνὸν τῆς νηςείας προσποιουμένοις, τὰ κάλλιςα δὲ τῶν βρωμάτων λαιμμαργοῦσι. *Qui palearum aquis ieiunij ſeueritatem ſimulant, & exquiſitiſſimis cibis*

ſe ingurgitant. Hoccine eſt Prædicans, *panem ſolum* apponere. *Quod optimum eſt in edulijs, vorare; exquiſitiſſimis cibis ſe ingurgitare?* Lutheranum hoc ieiunium eſt, non Catholicum.

8. Sed nempe nimis te premo aliud dicere volueras, de cœna Euchariſtica tu loqueris, ego te de communi cœna intelligo. Quid faciam? S. Auguſt. hæreſi 71. quem locum tu allegaras, de communibus eſcis locutus eſt: eum locum, quia tu de Manichæis attuliſti, & ſic ruditer cœnam appellas, quaſi non potuiſſes cœnam Dominicam, aut Euchariſticam vocare; idcirco de vulgari cœna loqui videbaris, & forte locutus es, adeóque tuum in eo ſenſu errorem conuincere volui.

An Catholici ſint Manichęi, quod ſub vna ſpecie communicent?

9. Verùm vt ne videar effugere velle difficultatem illam de cæna Euchariſtica, in qua ſolum panem adhibuiſſe Manichæos probare poteras ex ſancto Auguſtino hæreſi 46. vbi negat illos vinum bibere, *quòd ſit fel principum tenebrarum.* Et ex S. Leone, qui obſeruari iuſsit eos, qui ſangui-

nem

nem non haurirent, vt latentes ſub ſpecie Catholicorum Manichæos in apertum protraherentur. Qua veritate conceſſa, ſic ratiocinari videris, Manichæi in cœna Euchariſtica ſolum panem exhibent; Catholici in communione, ſeu vt loqueris, in cœna ſolum panem, ſeu ſpecies panis exhibēt, ergo Catholici ſunt Manichæi. Mi Thummi, ſyllogiſmus in ſecunda figura ex vtraque affirmatiua nihil concludit; quaſi dicerem: Caluiniſtæ docent, hominem ſola fide iuſtificari, Lutherani docent hominem ſola fide iuſtificari, ergo Lutherani ſunt Caluiniſtę. Deinde cauſam aſpice cur Manichæi de calice non bibant, & cur nos Catholici extra ſacrificium vnam tantum ſpeciem ſumamus, & toto cœlo à Manichæis dices differre Catholicos: illi, quia malam creaturam credebant, i. nos, quia ob iuſtiſsimas cauſas ab Eccleſia ſic præceptum eſt, de quibus nunc non eſt opus diſputare. Manichæi *nulli*, *nunquam* ſumebant. Catholici aliquando indiſcriminatim ſumebant, qui volebant,

nunc Sacerdotes adhuc cum ſacrificant, ſumunt; Laici non errore, non vanâ ſuperſtitione, ſed præcepto Eccleſiæ abſtinent. Magnum igitur inter Catholicos, Manichæoſq; diſcrimen eſt. Denique non omnes Manichæi ſunt, qui vnam ſpeciem exhibēt. Nam id olim in Eccleſia Catholica vſitatum fuiſſe, vt vnam tantum ſpeciem ſumerent, multis probant, qui communionem ſub vna ſpecie tuentur. de qua re nunc ſuperſedeo tractare, ne te imiter, qui quidlibet quolibet loco tractas, vt chartas impleas, & opera turgentia parias.

a. *Tom.6.hæreſi 46.* b. *loc.cit.& Tom.1. lib.de moribus Manichæorum cap.16.& ſeq.* c. *Tom. 1. lib. de moribus Manichæorum cap.16.* d. *lib. 1.hæret.fabul. in Manente.* e. *Hæreſi. 66.* f. *Catech.6.* g. *ſerm.4.de quadrag.*

CAPVT

CAPVT XI.

AN NOS CVM MANICHÆIS & Tatianis, ſacerdotibus Matrimonio interdicamus?

1. AFfirmat prædicans. *Manichæi,* inquit pag. 34. *& Tatiani Sacerdotibus Matrimonio interdixerunt, teſte S. Auguſt. Epiſt. 74. & hæreſ. 40. ac 46. ita papicolæ.* Duplex hic rurſus mendacium.

Mira fæcunditas Thummij.

2. PRIMVM. *S. Auguſtinum hoc de Manichæis ſacerdotibus docere.* Atqui *S. Auguſtinus* de matrimonio per Manichæos SACERDOTIBVS prohibito, nec *verbulum,* nec *Syllabam,* nec *apicem.* Vt nec *Epiphanius,* nec *Theodoretus,* nec alij. Sed nimirum miſellus prædicans maculã SACERDOTIO noſtro affricare voluit, aliud nil dictabat exhauſtum ingeniolum, quàm vt ipſis Manichæis impudentius mentiretur.

Manichæi nõ Sacerdotibus ſolis, ſed omnibus prohibent matrimonium.

3. Res verò ita habet. *Nuptias* inquit *S. Auguſtinus,* a. *ſine dubitatione cõdemnant* (Manichæi) *& quantum in ipſis eſt* prohibent. Cauſam cur prohi-

Tanquam rem malam à diabolo inſtitutam.

beant, *Theodoretus* b. & alij hanc dicunt, quia docebant *illas à diabolo fuiſſe inſtitutas.*

Idem Tatiani ſentiunt.

4. De Tatianis ita *S. Epiphanius* c. ἐγκράτειαν δὲ οὗτος (Τατιανὸς) κηρύττει, τὸν δὲ γάμον, πορνείαν, καὶ φθορὰν ἡγεῖται, φάσκων μηδὲν διαλλάττειν πορνείας τὸν γάμον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι. *Continentiam verò hic* (Tatianus) *prædicat. nuptias autem ſcortationem, & corruptionem putat. Aſſerens nihil differre matrimonium à ſcortatione, ſed idem eſſe.* Addit *S. Auguſtinus* d. *Tatianos non recipere in ſuorum numerum coniugio vtentem ſiue marem, ſiue fœminam.* Vnde apparet hoſce hæreticos Matrimonium abſolutè *ratione ſui*, & velut INTRINSECE, *& in ſe* malum condemnaſſe.

Catholici matrimoniũ non damnant

5. Vbi iam es prædicans? vbi illud os tuum, quod eructare auſum eſt, *papicolas* ITA *ſentire de Matrimonio, ſicut Manichæos & Tatianos?* Itáne apud nos Matrimonium (ratione ſui) SCORTATIO, FORNICATIO? viderint ergo illi, qui à nobis deſertis caſtris ad vos transfugiunt, vnde nati ſint. Itáne ex ſententiâ noſtrâ *nuptiæ à* DIABOLO *inſti-*

LO *inſtitutæ?* Quid ergo ſibivolunt hæc *Concilij Tridentini* e. verba. *Si quis dixerit Matrimonium non eſſe verè ac propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ Sacramentis* A CHRISTO DOMINO INSTITVTVM, *ſed ab hominibus in Eccleſiâ inuentum, neque gratiam conferre,* ANATHEMA *ſit.*

A Chriſto inſtitutum.

6. Quod verò Matrimonium *per accidens, & ratione annexi ſtatus in* SACERDOTIBVS damnamus, id quidem rectè, atque ordine à nobis fit. Apoſtolos imitamur qui ob certam conditionẽ prohibuerunt quibuſdam cõiugium inire, vt teſtatur S. Epiphanius f. παρέδωκαν τοίνυν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἀπόστολοι, ἁμάρτημα τὸ μετὰ τὸ ὁρίσαι παρθενίαν, εἰς γάμον τρέπεσθαι.

Sacerdotibus ratione ſtatus prohibent.

Tradiderunt itaque ſancti DEI *Apoſtoli, peccatum eſſe, poſt decretam Virginitatem, ad nuptias conuerti.*

Apoſtolorum inſtituto.

7. Sed quid? Annon & vos *vxorem* ducere laudabile dicitis? Si ergo, *coniugatus* quiſpiam aliam ſuperinducat *vxorem* viuente legitimâ coniuge, etiamne hoc apud vos laudabile? Minimè. Ipſi talem damnatis. Ergo etiam

iam vos *Manichæi*, & *Tatiani* eſtis, quia vxores prohibetis.

a. *Tom. 6. hæreſi 46.* b. *lib. 1. de hæret. fabul. in Manente.* c. *hæreſi 46.* d. *Tom. 6. hæreſi 25.* e. *ſeſſ. 24. can. 1.* f. *hæreſi 61. lege eundem hæreſi 59.*

CAPVT XII.

AN CATHOLICI IN IEIVnijs ſimiles ſimus Manichæis, & Montaniſtis.

Iterum ſyllogiſmus in ſecunda figura ex vtraq; affirmatiua. Vide c. x. n. 9.

1. AFfirmat Prædicans. *Manichæi*, inquit pag. 34. *olim in ieiunio abſtinebant à carne, teſte S. Auguſtino, lib. 2. de mor. Eccleſiæ. Montanus hæreticus leges de ieiunio ſtatuit, referente Euſebio, lib. 5. cap. 17. ita papicolæ.* Denuo actor noſter cum duplici mendacio in ſcenam prodit.

Eligat tamen Thummius indoctus, an mendax haberi velit.

2. PRIMVM. *Catholicos ita in ieiunio à carnibus abſtinere, ſicut Manichæos.* Quanta hic denuo hiſtoricæ cognitionis inſcitia? Nam *primò* Manichæi non *omnes* à carnibus abſtinebant, ſed ſoli, vt vocabantur, ELECTI; Reliqui quos AVDITORES appellabant, liberè ijs

ſè ijs veſcebantur. *Auditores*, inquit S. Auguſtinus, *a. & carnibus veſcuntur, & agros colunt, &c. quorum nihil faciunt, qui vocantur Electi.* At apud Catholicos certo tempore *omnibus* (niſi quos aut ætas, aut morbus excipit) à carne abſtinendum.

Qui Manichæi, & quando abſtinuerint à carnibus.

3. *Secundò.* Illi qui carnibus apud *Manichæos* abſtinebant, toto anno, nec vnico die excepto, ſic factitarunt, vt mox patebit. Nihil ſimile eſt vllâ *lege communi* apud Catholicos. Extra quadrageſimale tempus, *pauculos dies* carni menſa interdicitur. Qui *diutius* continuant, priuata eos *pietas*, non *lex aliqua communis* inducit.

4. *Tertiò.* Manichæi idcirco carnis eſum reijciebant, quod crederét eam *immundam eſſe, ob eaq́ fugiſſe diuinam ſubſtantiam. Imò conditorem diabolum habere,* vt teſtatur ſanctus Auguſtinus, *b.* ſanctus Leo, *c.* & alij. *Nos verò* Catholici *ita diſcernimus cibos,* (verba ſancti Leonis *d.* ſunt) *vt* VSVS *eorum remoueatur, non* NATVRA *damnetur.*

Cur abſtinuerint Electi Manichæorum.

Cur Catholici abſtineant quandoque à carnibus.

5. SECVNDVM. *Montanum hæreticum leges de ieiunio ſtatuiſſe.* Quid? Primúſne

Montanus nō fuit Ieiunij inſtitutor.

múſne de ieiunio legem *Montanus* ſtatuit? ſcio, hoc vis, nam & hoc ipſum *Caluinus*, & *Kemnitius*, quibus *Montanum* tuum ſuffuratus es, ſenſerunt. Sed denſum hoc mendacium pridem detexit Cardinalis *Bellarminus* e. ad quẽ te remitto. Quod ſi concedis *alium* quempiam ante Montanum, *Apoſtolos* nimirum, eam legem ſanxiſſe; planè ineptus es. Quorſum enim dein *Montanus* tuus? Siquidem *Catholici* non ieiunamus, quia id *Montanus* ſtatuit, ſed quia *Apoſtoli*, & *Eccleſia Catholica*. Alioqui eadem formâ ita argumentabor;

Thummianꝰ argumentandi modus.

Mahomet ſtatuit vnicum eſſe DEVM.

Ita, & Lutherani in confeſſione Auguſtanâ;

Ergo Lutherani ſunt Mahometani.

a. *Tom.2.epiſt. 74.* b. *Tom.1. lib. de moribus Manich. paſſim. & Tom.6. hæreſi 46.* c. *ſermone 4. quadrageſ.* d. *loc. cit.* e. *de ieiunio cap.9.*

CAPVT

CAPVT XIII.

AN CARTHVSIANI, ET Anachoretæ, quia cum alijs cibum non ſumunt, hæretici?

1. AFfirmat prædicans. *Refer, huc*, inquit pagin. 39. *illos hæreticos, qui olim (teſte Leone 4. Papa in ſerm. de quadrag.) cum alijs hominibus non cibum capiebant. At tales, Carthuſianos ſcilicet, & Eremitas, Papa creat.*

2. Priuſquam reſpondeam, eſt cur nonnihil cum Academico veſtro *Tubingenſi* Bibliothecario de grandi in omnes Doctos iniuriâ expoſtulem. Cur enim ille *Leonis* IV. *Pontificis ſermones quadrageſimales*, quos *Thummius* hîc citat, quique nuſpiam ante extabant, orbi inuidet? cur non eos in Theologorũ vtilitatem publicos facit? næ ille ingentem apud omnes eruditos gratiã iniret.

Quis iſte Leo IV. Papa, qui ſermones de quadrageſima edidit?

3. Sed ad rem bone vir. Vbi ille ſermo de quadrageſimâ Leonis IV. Papæ? Nempe Denuo aliquis tibi impoſuit. Denuo *incautum cleptam* egiſti. Ser-

Thummius reperit in auctoribꝰ, quos compilauit. Cæcus cæcũ ducit.

Sermo ille non *Leonis* IV. *Pontificis*, ſed LEONIS I. *ſermo quartus eſt*. In quo tamen nec *vmbra* pro te. Tantum enim dicit, *quoſdam* (Manichæos intelligit) *in honorem ſolis, ac Lunæ, die Dominico, & ſecundâ feriâ, deprehenſos fuiſſe ieiunare*. Sed quid, oro te, hoc ad rem? An Carthuſiani, & anachoretæ, *in honorem ſolis, ac Lunæ*, ſeparatim comedunt? Videris profectò, cum hæc ſcriberes, malignioribus quibuſdam *Lunæ* influentijs *ſideratus* fuiſſe.

Leo I. de quadrageſ: ſermones ſcripſit.

Nihil ex illis pro Thumio.

4. Si Thummi auctores, quos magno ſæpè numero producis, ipſe legeres, quàm in ſpeciem opportuna ſubinde pro te reperires! Sed quoniã ex aliorum chartis citationes in tua Schediaſmata tralatitias facis, idcirco fit, vt importunè dicas alibi, quod alio loco veritatis mantellum habere videri poterat. Exemplo ſit. Volebas Carthuſianos, & Anachoretas erroris arguere, quòd ſoli ſeorſim ab alijs cibum capiant. Adduxiſti Leonem IV. ridiculè: aut ſi condonare tibi volo errorem, Leonem I. ineptè, vt patet. Quantò aptius feciſſes, ſi S. Auguſt.

hæreſ.

hæreſ. 71. quem, vt capite x. vidimus, inſcitè pro cænâ Manichæorum citaſti, attuliſſes, qui hæreſ. 71. è Philaſtro memorat quoſdam hæreticos fuiſſe, qui cum alijs cibos non ſumebant, vt eodem cap. x. n. 2. retuli. Quàm opportunum telum reperiſſes, ſi ipſe S. Auguſtinum inſpexiſſes, expilator? ſed hoc nunc ago.

5. Vnum hoc à te quæro. Si Anachoretarum vita, *dum ab hominibus ſeiuncti comedunt*, *hæreſin* ſapit, quid de S. IOANNE BAPTISTA ſentias? de quo ipſæ ſacræ teſtantur literæ, ſingularem in *eremo* vixiſſe? Certè ipſe, &c. veſter Lucas Oſiander *a.* ingenuè fatetur. ELIAM PROPHETAM, ET IOANNEM BAPTISTAM, *non abſque diuinâ vocatione, ad tempus in locis deſertis vixiſſe.* Num ergo hæc S. IOANNIS BAPTISTAE in deſertis locis commoratio, *hæreſin* tibi ſapit? non ſapis Thumi, ſi hoc aſſeris. Quid ſi igitur Carthuſiani S. Ioannem Baptiſtam imitentur, quid habes quod reprehendas? Hæretici, è Philaſtro producti, incertum eſt, quid ſenſerint, quare ſoli cibos ſumpſerint? An id a-

liorum contemptu, an alia ſuperſtitione fecerint, nec S. Auguſt. nec Philaſter referunt. Solum cænare, malum non eſt; alioqui malè faceres, quoties in illuſtri ſtipendio non cænas. Opus id adiaphorum eſt, intentione bonū, vel malum fit. Ita Apoſtolici erant hæretici, *quia ſpem nullam putant eos habere, qui vtuntur his rebus* (coniugio & opibus) *quibus ipſi carent*, vt ait S. Aug. quamuis Monachi, & Clerici ijſdem non vtantur.

Lutherus Anachoretas non damnat.

6. Quid etiam dices ad illud, Beati (ſi Dijs placet) Lutheri tui de *Anachoretis* elogium? *Cum Euangelium*, inquit, *b. in mundum ſpargi cæptum eſt, in has quoque partes* (de Iſmaelitarum regione loquitur) *peruenit, & habuit ibi* DOMINVS ECCLESIAM *numeroſam.* ANACHORETAE *enim ferè in has* SOLITVDINES *ſeceſſerunt, de quibus multa Hieronymus.* En Lutherus tuus Anachoretas in DOMINI ECCLESIA collocat, tu in SYNAGOGA HAERETICORVM. Vter ergo mēdax? Túne an Lutherus tuus?

a. *Centur.3.epit.hiſtor.Eccl.lib. 3.c.20.in fin.*

b. *tom.6.in c.16. Gene.p.200. c. hæreſ.40.*

CAPVT

CAPVT XIV.

AN CATHOLICI DEIPARAM ad modum Collyridianorum inuocemus.

1. AFfirmat effrons prædicans. *Collyridiani*, inquit, pag. 34. *Seu Mariani, Virginem* MARIAM *inuocabant, quos ideo Epiphanius hæreſi 79. Idololatras vocat. Ita papicolæ.* Macte animo Thummi. Perge *mendaciorum* grandines depluere. Iàm callum obduximus.

2. Audiamus ipſum EPIPHANIVM *a.* Τεθαυμάκαμεν, inquit; πάλιν ἀκηκοότες, ἄλλους γὰρ πάλιν ἀφραίνοντας, εἰς τὴν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἀειπαρθένου ὑπόθεσιν, ἀντὶ Θεοῦ ταύτην παρεισάγειν ἐσπουδακότας. *Admirati ſumus, quum rurſus audiuiſſemus alios nimirum rurſus deſipere, vt in tractatione de ipſâ Sanctâ ſemper* VIRGINE *pro* DEO *hanc introducere ſtuduerint.* Hos autem eſſe *Collyridianos*, teſtatur ipſemet, Epiphanius, *b.* quos ait αὐτὴν προσκυνοῦντας τὴν Μαρίαν, αὐτῇ προσφέρουσι τὴν κολλυρίδα, *ipſam* MARIAM *adorantes ipſi offerre Collyridem* (ſiue placentam.)

Collyridiani B. Virginem pro Dea colunt.

 3. (Fi-

Non item Catholici.

3. Fidem tuam! Thummi? Nóſne DEIPARAM DEAM dicimus? Illine velut DEO offerimus, ſacrificamus? Audi ipſum *Epiphanium*, c. & per ipſius os ipſam *Catholicam Eccleſiam*. ναὶ μὴν, inquit, ἅγιον ἦν τὸ σῶμα τῆς μαρίας, οὐ μὴν Θεός. ναὶ δὴ παρθένος ἦν ἡ παρθένος καὶ τετιμημένη, ἀλλ᾽ οὐκ εἰς προσκύνισιν ἡμῖν δοθεῖσα.

Reuera ſanctum erat corpus MARIAE, *non tamen* DEVS. *Reuera Virgo erat, ipſa Virgo & honorata, ſed non ad* ADORATIONEM *nobis data.*

Auſim dicere Thummi, Homo non es, ſi hæc legere potes ſine tuo rubore.

Vide plura apud eos, qui cultum Sanctorum contra hæreticos defendunt: nominatim Caniſium.

a. *hæreſi 78. & 79.* b. *hæreſi 79.* c. *hæreſi 79.* d. *lib. 5. de beata Virgine, capit. 16.*

CAPVT

CAPVT XV.

AN CATHOLICI ANGELOS colamus, ſicut olim Angelici.

1. AFfirmat Angelomaſtyx Thummius: *Angelici*, inquit pag. 34. *olim Angelos colebant, vti Auguſtinus hæreſi 93. docet. Ita Papicolæ.* eruditè Luthericola. Crederem Typographi errorem cum hæreſis 93. pro 39. refertur; niſi iam toties te deprehendiſſem nō legere, quos citas, Patres, ſed bona fide deſcribere. Audiamus ipſum ſanctum Auguſtinum, *a. Angelici in Angelorum cultu inclinati, quos Epiphanius iam omnino defeciſſe teſtatur.*

2. Quis verò ille cultus fuerit, nec *ſanctus Auguſtin.* nec *S. Ephiphanius, b.* tradunt. Siue ergo ortum habuerit *Angelicorum* hæreſis à *Simone Mago*, vt quibuſdam placet, ſeu, vt alij cenſent, à *Cherintho*, probabile eſt, in eo ſitam fuiſſe, *Quod Angelos ſupra Chriſtum, & tanquam Chriſto ſublimiores colerent, & inuocarent.* Quam illi opinionem de Ange- Error Angelicorum.

 lorum

lorum excellentia, à Cherintho hauſerunt, teſtibus Irenæo, *c.* Epiphanio, *d.* Theodoreto, *e.* Sed quid hæc ad nos? Itáne ANGELOS colimus, inuocamus Catholici? Si affirmas Thũmi, profectò, vt cum *Tertulliano*, *f.* loquar, *nec cor habes, nec cerebrum.*

Catholici nõ poſſunt erroris Angelicorum damnari.

3. Illud Lepidum, quod dicas Catholicos *Angelicorum* more ANGELOS venerari, cum tamen, *vt vidimus*, iam Epiphanij ætate *euanuerit* penitus illa Angelicorum hæreſis. Dic ergo ſodes, quo ſæculo, quo anno, denuo hæc hæreſis caput erexerit? Aut ſi *Angelicorum* error in eo conſiſtit, *quod* ANGELI *Catholico more inuocantur, honorantur.* Quomodo, oro te, iam *Epiphanij ætate* hæreſis illa potuit perijſſe? Quandoquidem ex *Clemente Alexandrino, Clemente Romano, Origene, Gregorio Nazianzeno, Chryſoſtomo, Pantaleone, Ambroſio, Hieronymo, Bernardo, Hilario, Auguſtino, Drepanio Floro, Gregorio Magno, Remigio, Antonio, Ephrem, Euagrio, Theodoreto, Anaſtaſio Synaita, Climaco, Euſtatio, Sophronio, Maximo, Ioanne Damaſceno, Nicephoro Conſtantinopolitano, & Calliſto, Michaële Glyca, Ni-*

ca, Nicolao Cabaſila, Gennadio, Victore Vticenſi, Anſelmo Cantuarienſi, Ambroſio Anſberto, Honorio Auguſtodunenſi, Ruperto Tuitienſi, Laurentio Iuſtiniano, alijſque plurimis euidenter conſtet, ANGELORVM *inuocationem, cultum, interceſſionem*, & ante, & poſt Epiphanij ætatem, ſemper in Eccleſiâ Catholicâ viguiſſe. Quia verò moris tibi non eſt ipſos PATRES inſpicere, lege horum PATRVM, DOCTORVMq; ſentẽtias apud *Iodocum Coccium*. g. *Franciſcum Feuardentium*, h. *Cardinalem Baroniũ*. i. Conſule etiam, quos honoris cauſa tibi nomino, *Cornelium à Lapide*, k. *&* *Benedictum Iuſtinianum*. l. Quo pignore tecum certabo, annon ſi *ſano capite* legeris, & tu *ſano ſenſu* ſis ANGELICVS? Superi, quam ſæculum noſtrum combinationem hanc obſtupeſceret, PRAEDICANTEM ANGELICVM! Non minus profectò, quã olim antiquitas admirata fuit

Semiuirumq́ bouem, ſemibouemq́ virum.

a. *hæreſ.39.Tom.6.* b. *hæreſ.60.* c. *lib.3.* d. *Hæreſ.28.* e. *hæret.Tabular. l.2.c.4.* f. *lib.4. contra Marcionem, cap.10.* g. *In theſauro Catholico Tom.1. lib.4.*

art.4. h. *lib.1. aduerſ.hæreſ. hæreſi 4.* i. *Tom. 1. anno 60. à num. 15. & Tom. 2. anno 260. à num. 69.* k. *In commentar. ad c.2. ad Coloſſ. v.18. Itidem.*

CAPVT XVI.

AN CATHOLICI CRVCEM Domini veneremur, ſicut olim Armenij?

1. AFfirmat μισόσαυρ☉ Prædicans. *Armenij,* inquit pag.34. *olim crucem Domini venerabantur, ideo crucis adoratores dicti. Ita papicolæ.* Quantus hiſtoricorum helluo eſt Tubingenſis iſte Liuius? Quos authores in hanc rem allegat? Duos: NEMINEM, & NVLLVM.

2. Diſcat igitur Prædicans, ex *Euthymio Zigabeno,* cuius fortè nec nomen ante nouit, & *Nicephoro Calliſto,* quæ Armeniorum circa crucis Dominicæ venerationem, deliria fuerint.

Armeniorum error circa cultum crucis.

3. EVTHIMIVS ZIGABENVS, ita loquitur, *a. Crucem* (Armenij) *quauis è materiâ conſtet, non prius venerantur aut adorant, quam eam tanquam hominem ablue-*

abluerint, & in eius medio clauum fixerint, & ſacrificÿ (de boue, agno, aut oue) *ſanguine ipſam inunxerint.* Et rurſus. *Tres ligneas conſtituunt cruces, eáſque inter ſe coniunctas, Trinitatem ſanctam appellant. Atque hac ratione crucifixam fuiſſe Trinitatem confitentur.*

4. NICEPHORVS CALLISTVS. *b. Crucem*, inquit, *non prius honore debito proſequuntur, quàm perinde atque hominem baptizauerint. Atque in mediâ ipſa cruce clauum figunt eumq́; ſanguine victimæ vngunt.*

5. Prodi iam, Prædicans, &, ſi quid audes, affirma *Catholicos Armeniorum ritu Dominicam crucem venerari.* Nos cum eodem *Euthymio Zigabeno* hunc Armeniorum errorem, *ſtultum & impium* dicimus. Crucem verò Dominicam, *cultu debito*, cum tota orthodoxa antiquitate, religioſè deueneramur. Erit fortaſsè Lector quiſpiam, qui hanc Prædicantis impudentiam, GENEROSITATEM vocet. Et ego, mi Prædicans, fateor cum *Euripide.* d. — Falſo Catholicis tribuitur.

Γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.

Generoſitas tibi, & præterea ſtultitia quædam ineſt.

a. *Parte 2. Panopliæ titulo 20.* b. *lib. 18. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 23.* c. *loc. ſup. cit.* d. *in Hecub.*

CAPVT XVII.

AN CATHOLICI CVM MARcionitis Virginitatem rebus omnibus præferamus?

1. AFfirmat Virgineus Prædicans. *Marcionitæ*, inquit pagin. 34. *Virginitatem rebus omnibus præferebant, vt Epiphan. hæreſ. 22. teſtatur. Ita papicolæ.*

Marcion impurus hæreticus.

2. Quid tu mihi hîc de Marcionis continentiâ? Quem Tertullianus a. *continentiæ deſertorem* vocat, ipſeque veſter Lucas Oſiander b. *Virginem* teſtatur *vitiaſſe*. Sed diuidamus paululum conglobata mendacia tua.

Laudat continentiam.

3. PRIMO ais, *S. Epiphanium teſtari, Marcionitas virginitatem* REBVS OMNIBVS *præferre.* En verba S. EPIPHANII quem tu, vt ex ineptâ tuâ citatione apparet, ne inſpexiſti quidem. Παρ' αὐτῷ δὲ, inquit, τῷ μαρκίωνι καὶ παρθενία κηρύσσεται. *Ab ipſo porrò Marcione etiam*

Neq; tamen rebus omnibus antefert.

virgini-

virginitas prædicatur. Vbi verò hic verba illa REBVS OMNIBVS? An tibi ſynonyma ſunt, *aliquam rem prædicari*, & *omnibus rebus præferri.* Ergo cum tu *Mentzerum* ab *ingenio* prǽdicas, *omnibus* eum rebus præfers? etiam tuo ingenio, tuis ſentētijs, tuis dogmatibus? Quin ergo *faſces* tuos ſubmittis, & Mentzero herbam porrigis?

4. SECVNDO. Quicquid ſit de Marcionitis. Nóſne virginitatem REBVS OMNIBVS præferimus, etiam *Sacramentis*, etiam *Martyrio*, etiam *charitati*, etiam *præceptorum obſeruationi?* Nequaquam. vt etiam omittam S. AVGVSTINVM, *d.* alioſque PATRES plurimos, accipe ſententiam noſtram, verbis S. *Thomæ Aquinatis.* Is cùm quæſiuiſſet, *an virginitas eſſet maxima virtutum*; ita reſpondet. *e.* *Reſpondeo dicendum quod aliquid poßit dici excellentißimum dupliciter. Vno modo in* ALIQVO GENERE; *Et ſic virginitas eſt excellentißima, ſcilicet in genere caſtitatis. Alio modo poteſt dici aliquid excellentißimum* SIMPLICITER. *Et ſic* VIRGINITAS NON *eſt excellentißima virtutum, &c.* Rationes vtriuſque aſſertionis

Quid Catholici de virginitate ſentiant.

tionis apud eundem lege.

Odio Creatoris mundi Marcionitæ laudauerunt virginitatem.

5. TERTIO. Itáne nos VIRGINITATEM præferimus, ſicut Marcionitæ? Annon legeras (ſaltem apud illos, quos expilare ſoles) eos virginitatem ideo prædicaſſe, *quod crederet, & carnem, & mundum hunc viſibilem à malo principio creatum*, vnde in odium creatoris à nuptijs abſtinebant. οὐ τῇ προαιρέσει γίνονται ἐγκρατεῖς, inquit Clemens Alexandrinus, *f.* τῇ δὲ πρὸς τὸν πεποιηκότα ἔχθρᾳ. Non *ſunt* (Marcionitæ) *voluntariè, ſeu ex inſtituto continentes, ſed ex odio aduerſus creatorem.* Vide etiam *Theodoretum, Epiphanium, Irenæum*, alios. An & apud nos Religioſi *in creatoris odium* à nuptijs abſtinent?

Alia Catholicorum ratio.

6. Profectò Thumi, non video quo palliolo tam deſa *mendacia* tua tuimet *Tubingenſes* tecturi ſint. Niſi hoc vnicum velint dicere, Te in *Priſcillianiſtarum hæreſin* lapſum fuiſſe, *apud quos* teſte S. Auguſtino, *nec mendacium, nec periculum pro peccato habebatur.*

a. *Lib. 1. aduerſ. Marcionem, cap. 30.* b. *In Epiſt. hiſtor. Eccleſ. cent. 2. lib. 2. cap. 9.* c. *hæreſi 42.* d. *lib. de bono coniugali, & bo-*

& bono virginitatis paſsim Tom. *6*. c. *2*. *2. quæſt. 152. art. 5.* f. *lib. 3. ſtromat. pag. 315.* g. *Tom. 1. lib. 2. retract. c. 60.*

CAPVT XVIII.

AN CATHOLICI BONIS nos priuemus, ad modum Apoſtolicorum hæreticorum.

1. AFfirmat Apoſtolicus Prædicans pag. 34. *Apoſtolici olim*, inquit, *referente Auguſt. hæreſ. 68.* (volebat ſcribere hæreſ. 40. ſed auctor vnde deſcripſit, decepit fide bona deſcribentem) *nullos in ſocietatem admittebant, niſi qui bonis ſuis ſe ſpoliaſſent, matrimonio renunciaſſent, & regulis quibuſdam ſe aſtrinxiſſent. Ita papicolæ.* Mi Luthericola, fatere per Lutheri tui vitreum decalogum, an vel *apicem* in hoc S. Auguſtini loco legeris. En eius verba.

Crimen falſi nimis apertum.

2. *Apoſtolici*, inquit S. AVGVSTINVS, *a. qui ſe iſto nomine arrogantiſsimè vocauerunt, eo quod in ſuam communionem non reciperent vtentes coniugibus, & res proprias poſsidentes*, QVALES *habet Catholica Eccleſia,*

Verba ipſa S. Auguſtini.

Eccleſia, & MONACHOS ET CLERICOS *plurimos.* SED IDEO *iſti* HAERETICI *ſunt, quoniam ſe ab Eccleſia ſeparantes, nullam ſpem putant eos habere, qui vtuntur his rebus, quibus ipſi carent.* Eadem omnino de Apoſtolicis recenſet *Sanctus Epiphanius.*

Vide Lector fidem hominis.

3. Quam iam immanis flagitij ſtas reus Prædicans? *S. Auguſtinus* CONTRARIVM expreſsè docet, eos nimirum non ideo hæreticos eſſe, quia *non recipiunt in ſuam communionem vtētes coniugibus, &c.* Cum & plurimi *Monachi, & Clerici* (inter quos & ipſe ſanctus Auguſtinus erat) in *Eccleſiâ Catholicâ idem factitent.* SED IDEO Tum quia *ab Eccleſiâ ſe ſeparant*; Tum quia alios, qui coniugio, rebuſque proprijs vtuntur, ab æternâ ſalute excludunt. Si quis iſta *verba tua* corrumperet, annon furiarum myriades imprecareris impoſtori tanto?

4. Sed en alterum ſcelus tuum. Itáne Catholici (& nominatim Religioſi) COELO omnes excludimus, quotquot vel *coniugio*, vel alijs rebus vt *proprijs* vtuntur? Quomodo ergo

S. Henri-

S. HENRICVM Germaniæ: LVDOVICVM Galliæ, CANVTVM Daniæ, VVENCESLAVM Bohemiæ, STEPHANVM Hungariæ, EDMVNDVM Angliæ Reges ditiſsimos, potentiſsimos, & inſuper coniugio ligatos, inter BEATOS COELITES collocamus, veneramur? Quo, oro te, hîc vertes Prædicans? Veniam tibi dabimus, ſi vel tu ipſe *ignoſcere* hoc tibi poteris.

a. *Tom.6.hæreſ.40.* b. *hæreſ.61.*

CAPVT XIX.

AN DE FACTO EVANGElium in toto orbe annuntietur.

1. AFfirmat Prædicans pag. 53. Idque ad refringendum *Bellarmini* argumẽtum de prædicatione Euangelij *in toto orbe* ante aduentum Antichriſti. Sed audiamus Tubingenſem Doctorem. *Vocatio*, inquit, *in miniſterio verbi ex intentione & voluntate* DEI *ſemper* VNIVERSALIS, *& ſeria fuit, ac* MANET. *1. Ratione conſilij* Dei. *2. Ratione mandati.* 3. RATIONE PRAECONII, *quo tam electi, quam reprobi intra & ex-*

& extra Eccleſiam gaudere poſſunt, modo ipſi actuali, & contumaci malitia oculos non comprimant.

2. Non euades hîc Prædicans. Age, Reſponde: vel per MINISTERIVM VERBI intelligis VERBVM LVTHERANVM, vel ROMANO CATHOLICVM. Poſterius non intelligis, cum *noſtrum verbum* ſecundum vos aduerſetur *vero verbo*, ſeu Euangelio. Ergo *Lutheranum* intelligis. Bene eſt.

An Prędicantes Lutherani toto ſint orbe diffuſi.

3. Oſtende ſis ergo, bone vir; *ſi miniſterium verbi Lutherani* RATIONE PRAECONII *eſt, &* MANET VNIVERSALIS, *vt eo tam electi quam reprobi gaudere poſſint*: Quis LVTHERANORVM PRAEDICANTIVM in *Æthiopia*, quis in *Iaponiâ*, quis in *Sinis* miniſterium verbi Lutherani *de facto* exercet? Quis eò *Auguſtanam Confeſſionem* detulit? Quis Sinenſibus *articulos Schmalcaldicos* explicauit? Quis Braſilis *Librum Concordiæ* prædicauit? Vbi ſunt illi viri famoſi?

Quis eorum Martyrio apud Barbaros affectus eſt?

4. Neque dicas *hos populos actuali, & contumaci malitiâ oculos comprimere.* Quis enim LVTHERANORVM PRAEDICANTIVM *Cataio* eiectus eſt? Quem PRAEDI-

PRAEDICANTIVM cruci *Iaponenſes* ſuffixerunt? Dicite: Quis ex *Chinenſibus* PRAEDICANTEM vllum vel verbulo oſtendit? Imo Braſilienſes ἀνθρωπόφαγοι obuijs vlnis videntur Thummium excepturi, vtpote cui iam in ipsâ Europâ dentes pruriant *ad Catholicos excoriandos, carneſq́ eorum vorandas.* a.

4. Quid ergo ágis Theodore Thūmi? quin *Iaponico itineri* accingeris, vbi quotannis plurimi ob Chriſti fidem conſtanter defenſam lentis ignibus exuruntur? Miſerere Thumi tot millium animarum Chriſti ſanguine redēptarum? 1. Proficiſcere. Quomodo *credent Iaponenſes, & Chinenſes ei, quem non audierunt, Quomodo autem audient ſine* PRAEDICANTE, ad Rom. 10. Sed nimirum ſurdo cano. VXOREM *duxiſti, idcirco* VENIRE NON POTES. *b. Oſtium tuum iam clauſum eſt, & pueri tui tecum ſunt in cubili, non potes ſurgere.* c. Viden' iam ergo *mendacium tuum* per tot milliariorum centurias ſe extendere, per quot *Euangelium Lutheranum* ſe non extendit?

a. *In priore Antichriſto pag. 211.* b. *Luc. 14. v. 20. Luc. 11. v. 7.*

CAPVT XX.

AN LVTHERVS VLLIVS *ſanguinarij conſilij author fuerit?*

Negat Thummius.

1. RES hæc, quia & *Thummium meum* peſsimè habuit, & *Lectori* cognitu iucundiſsima futura eſt, paulò fuſius deducenda erit. *Primò* igitur tres meas rationes, quibus ſanguinaria Lutheri conſilia detexi, adducam, ſingulisque ſingulas Thumîij reſponſiones ſubijciam, mox Reſponſionum Thummianarum refutationem ſubnectam. *Secundò* nouis argumentis ſanguinarium Lutheri animũ demonſtrabo. *Tertiò* Thummianas calumnias, quibus Catholicis ſanguinarium animum obijcit, breuiſsimè diſijciam.

Aſſerunt Catholici.

Prima probatio.

2. Ad PRIMVM ergo quod attinet, ſeditioſum Lutheri ſpiritum *primò* probâram ex illis Lutheri verbis. *Deus auertat vt Euangelium ſine ſeditione prædicemus. Nam ſi non turbas concitaremus, omniaq; pacata, & tranquilla eſſent, actum iam*

eſſet

eſſet de noſtro Euangelio. Oportet enim Euangelium turbas excitare, quocunque venit. Hoc ſi non facit, non eſt verum Euangelium. Reſpondet Prædicans, pag. 61. *Euangelium non per ſe, ſed per accidens ob diaboli furorem turbas excitare.* Ipſum Chriſtum Dominum *non veniſſe vt mitteret pacem, ſed gladium, Matth. 10.*

3. RESPONDEO, obuijs manibus accipere me illam Chriſti ſententiam. Illa enim, vt rectè ipſe *Lutherus* a. explicat, nequaquam de GLADIO ACTIVO, *quaſi Chriſtus per illa verbà dederit nobis poteſtatem, & ius gladij ad alios* (etiam per accidens) *occidendos*, ſed de PASSIVO GLADIO intelligenda eſt, *nimirum vt ipſi* GLADIVM PATI *cogamur*, per GLADIVM *autem omne genus perſecutionis, quæ nobis ſuſtinenda eſt, intelligitur.* Atque hæc eſt ipſius *Lutheri* tui, & *vera* explicatio. Vnde euidenter, & directè contra te loquitur; *Lutheranum Euangelium non debere turbas, ſeditiones, rebelliones vllo modo excitare, ſed potius turbas contra ſe excitatas patienter ferre; adeóque gladium non* STRINGERE, *ſed*, vt Lutheri verbis loquar, PATI.

Reſponſum Thummij refellitur.

Lutheri ſcripta ſeditionum tuba.

4. An autem hoc præſtiterint Euangelica *Lutheri* ſcripta, audiamus teſtem oculatum omni exceptione maiorem, ipſum auguſtiſsimum caput Imperatorem CAROLVM V. Is ergo in decreto VVormatiæ 1521. die 8. Maij emiſſo *b.* ita de Lutheri ſcriptis. *Vniuerſaliter nihil aliud ſpirant eius (Lutheri) ſcripta, quod non ſeditionum, diſtractionum, bellorum, cædium, rapinarum, exuſtionum, & occaſus fidei Chriſtianæ materiam cauſámque præbeat.* Thummi, vis vt credamus Carolo Imperatori, an tibi?

5. Et certè niſi *iniuſta* in Imperatorem veſtrum Carolum V. tympana pulſaſſetis Lutherani, quid cauſæ fuit, cur *Vlricus Dux VVirtembergicus,* & *Landtgrauius Haßiæ,* vt de alijs Principibus, & ciuitatibus imperialibus taceam, ſupplices genibus Imperatoris aduoluti, delicti veniam demiſsè precarentur, vt ipſe veſter *Sleidanus c.* refert? Veniæ petitio *culpam* ſupponit, & nihil de precamur, vbi *peccatum* non eſt.

6. Quod verò ſimiles in Germaniâ ſeditiones per *Euangelium Lutheranum*

num excitatæ ſint, ipſe *Lutherus* ingenuè apud Sleidanum *d.* non ſemel fatetur, videlicet diabolum *turbas excitare per homines Euangelicæ profeſſionis.* Et rurſus. *Sathanam ſub* EVANGELII PRAETEXTV *multos hoc tempore* SEDITIOSOS, *& planè* SANGVINARIOS *excitaſſe Doctores.*

7. *Secunda mea Ratio* ad ſanguinarium Lutheri animum demonſtrandum petita erat ex illis Lutheri verbis; *Ego omnes ruſticos ſeditioſos interfeci, quia vt interficerentur, iuſſi, ſanguis eorum omnium ſuper caput meum.* Reſpōdit Prædicans pag. 61. *Lutherum aliud non feciſſe, quam quod Magiſtratum ſui officij admonuerit.* Quibus verò verbis, & an *ſolum Magiſtratum* in ruſticorum ſanguinem armarit, reticet aſtutus (præter morem) Prædicans. EGO igitur *cruentam* Lutheri adhortationem ipſius *Sleidani* verbis in ſcenam producam. Ita loquitur. *e. Ibi tum Lutherus alio euulgato ſcripto hortatur, & inſtigat* omnes, *vt velut ad commune incendium reſtinguendum, ſic ad iſtos conſceleratos, & nefarios Latrones, ac parricidas* TRVCIDANDOS *accurrant.*

Altera probatio.

Solutio Thummij.

Ex Sleidano refutatur.

Deinde Magiſtratui demonſtrat, quàm nihil dubitare debeant, aut vereri, quo minus hanc ſeditioſam colluuiem inuadãt, & opprimant: hoc enim ad ipſorum propriè officium pertinere: nec enim ipſis modo, ſed CVIVIS PRIVATO *licere, hominem ſeditioſum, quocunque tandem modo, interficere. Ideóque* CLASSICVM CANIT, *& monet, vt in eos non ſecus ac in efferatãs belluas,* IMPETVS PROMISCVE FIAT AB OMNIBVS.

8. Prô cruentum claſsicum! Hoccíne eſt, *Lutherum aliud non feciſſe, quam quod Magiſtratum ſui officij admonuerit?* OMNES ſimpliciter, & QVEMLIBET PRIVATVM *hortari, inſtigare, vt homines hóſce, velut nefarios latrones, parricidas, efferatas belluas, quocunque tandem modo,* INVADANT, OPPRIMANT, INTERFICIANT, TRVCIDENT. Cohorruit ad ſanguinariam hanc tubam expalleſcens Germania, vt ipſe *Sleidanus f.* affirmet, hoc eius claſsicum *vt nimis acre, &* CRVENTVM *à multis paßim vituperatum eſſe.* I iam Thummi, & rediuiuum in Luthero NERONEM, pro *Antonio Pio* nobis vendita.

Tertia probatio. 9. *Tertia Ratio mea,* quâ cruentum

Lutheri animum detexeram, deducta fuit ex illis Lutheri verbis. *Si fures laqueo, homicidas gladio, hæreticos igne punimus, quare non magis hos peſtilentes Doctores omni armorum genere adorimur, & in ipſorum ſanguine manus lauamus?* Reſpondet Prædicans pag. *62. Ipſum Lutherum Tom. 1. Ienenſi German. fol. 60. ſtatim ſolutionem ſubiungere his verbis.* Aber GOtt/ der da ſpricht/ Mein iſt die Raach/ wird diſe ſeine feind zu rechter zeit wol finden. Triumpha Thummi, viciſti. Sed heus bone vir, quis vobis Prædicantibus facultatem dedit *hanc limitationem* genuino Lutheri textui adglutinandi? Verba hæc reperiuntur quidem in editione Ienenſi, quæ annis 14. poſt Lutheri mortem prodijt, at in editione *VVittebergenſi Latina*, quam ipſe Lutherus adhuc viuens 1545. emiſit, nec *apex* de illa limitatione. Vtrumq; textum ad verbum recitabo, vt Prædicantium veriuerbia Lector tandem agnoſcat.

Effugium Thummij inutile.

Ex aſſutis Luthero verbis.

10. Ienenſis Germanica editio annis 14. Luthero defuncto poſterior, ita habet. *g.* So wir Diebe mit Strang/ Mörder mit Schwerdt / Ketzer mit

Fewr ſtraffen / warumb greiffen wir nit viel mehr an diſe ſchädliche Lehrer deß Verderbens / als Bäpſte / Cardinäl / Biſchoffe / vnd das gantze Geſchwürm der Römiſchen Sodoma (die Gottes Kirch ohn vnderlaß vergifften / vnd zu grundt verderben / mit allerley Waffen / vnnd waſchen vnſere Händt inn jhrem Blut? als die wir beyde vns / vnd vnſere Nachkommen / auß dem aller gröſten / gefährlichſten Fewr gern wolten erretten. Aber Gott / der da ſpricht / die Raach iſt mein / wirdt diſe ſeine Feinde zu rechter zeit wol finden / die zeitlicher Straff nicht werth ſeyndt / ſondern müſſen ewigklich in Abgrundt der Höllen jhr Straff haben. In deß aber / O ſelig ſeyndt die Chriſten / wo ſie nun hin vñ her in der Welt zerſtrewet ſeyndt / ſo vnder diſem Römiſchen AntiChriſt / wie wir vnſelige Leuthe / nicht wohnen.

Fortſitan poſt mortem Lutherus hæc ſcripſit.

11. Audiamus iam editionem Latinam VVittebergenſem ab ipſo emiſſam Luthero 1545. *b. Si fures furcâ, ſi latrones gladio, ſi hæreticos igne plectimus; cur non magis hos Magiſtros perditionis, hos Cardinales, hos Papas, & totam iſtam Romanæ Sodomæ colluuiem, quæ Eccleſiam* DEI *ſine fine corrumpit, omnibus armis impetimus, & manus noſtras in ſanguine iſtorum laua-*

lauamus? tanquam à communi & omnium periculoſiſſimo incendio nos, noſtróſque liberaturi. O felices Chriſtianos, vbi, vbi fuerint, modo ſub tali Romano Antichriſto, ſicut nos infeliciſſimi, non fuerint.

12. Vbi hic ſodes illa limitantia verba? Aber GOtt / der da ſpricht / die Raache iſt mein / wirdt diſe ſeine Feindt zu rechter zeit wol finden / ꝛc. Erubuiſtis nimirum ipſi *Domitianam* parentis veſtri *vocem*, & quia *viuentem Dominum, Deumque veſtrum* corrigere auſus nemo ex vobis eſt, *mortuum* correxiſtis. Meliùs profectò *ſanguinario* eius calamo parentare non poteratis. Fraus Prædicantica.

13. Venio tandem ad SECVNDVM membrum, & nouis demonſtrationibus ex ipſis Lutheri voluminibus cruentum eius animum propono. Quarta probatio.

Primum ſpecimen. *Eia,* inquit, *i. ſi penes me eſſent res imperij, non ignorarem quid faciendum foret. Iuberem omnes iſtos nefandos nebulones, Papam, Cardinales, & familiam eorum vno faſce complexos cingi, & non amplius tribus milliaribus à Româ Oſtiam duci. Ibi eſt lacuncula, quam Latini* MARE TYRRHENVM *vocant,* BALNEVM *miræ*

quidem virtutis contra omnes morbos, & lãguores Papalis ſanctitatis, omnium Cardinalium, & totius familiæ Romanæ Sedis. Ibi eos BALNEO *quàm molliter* IMPONEREM, *& fidum* BALNEATOREM *agerem.* Viden hîc Thumi in *Luciano* Neronem? ſi penes *Lutherum* ſtetiſſet, iam pridem *Pontifex, Cardinales,* totaque eorum familia in *mari Tyrrheno* natarent, nullam *euadendi* ſpem habituri, iuxta tam *fidum balneatorem.*

An etiam hęc in alteram vitam differentur?

Quinta probatio.

14. En SECVNDVM ſpecimen. Cum dixiſſet Lutherus k. *Incumbere Iuriſperitis, admonere Imperatores, & proceres, ſi Chriſtiani & ſalui fieri cupiunt, Papam ad reſtitutionem adigere.* Hæc tyrannico calamo ſubdit. *Et ſi ære alieno* (Papa) *ſoluendo non eſſet, ageretur cum eo, Cardinalibus, & totâ Romanâ familiâ iure (vt vulgus ait) vulpino;* CVTE *videlicet* CORPORI DETRACTA, *pœnas luendo ſatisfacerent; &* EXCORIATA VISCERA *in ſalutare balneum iuxta Oſtiam, vel in flammas abijcerentur.* Hæc Diocletianus *Lutheri* calamus. Vt autem toti orbi patefaceret, quàm ipſi *ſanguis*, dum hæc ſcriberet, in Catholicorum necem ebullierit, ita

rit, ita exclamat. *Ecce impotentem* SANGVINIS, ET CARNIS MEAE FERVOREM? *tantâ cupiditate tenetur, videre immanitatem papatus digno ſupplicio vltam.* Annon Thummi, tibi ipſi

Frigidus horror
Membra quatit, gelidúſque coit formidine ſanguis?

Vt feruet Lutherus in Catholicos amore?

15. Sed accipe *tertium* ſpecimen. *Heus, heus,* exclamat Lutherus, *l.* homóne an furia? *Iam nunc Imperator, Rex, Princeps, Proceres, &* QVISQVIS HIC VALET, PAPAM INVADAT (DEVS *ignauis, & deſidibus nihil fortunet) & imprimis auferantur à Papa, Roma, Romandiola, Vrbinum, Bononia, & quicquid Papæ nomen habet. (His ſic ablatis, Papa, Cardinales, & quicquid huius Idololatriæ, & Papiſticæ ſanctitatis familiæ eſt,* SVPPLICIO *afficiantur,* TRACTIS *eorum* LINGVIS (*quæ pœna blaſphemantium impiorum eſt*) PER CERVICEM, *ſiue poſteriorem colli partem, quæ dein* CLAVIS TRANSFIXAE, A PATIBVLO, *quemadmodum eorum ſigilla à Bullis, per ordinem dependeant.* An non rediuiuus aliquis *Mezentius* tali tyrannide animum *exſatiaret* ſuum? *exſatiaret*

Sexta probatio.

Immenſa Lutheri Tyrannis.

ret. Profectò. An & *Lutherus* noſter nequaquam. Audite, obſecro, quid ſubijciat. *Veruntamen*, inquit, *ſi hæc pœna cum eorum blaſphemiâ & Idololatriâ confe-ratur*, LVDVS *eſſe videri poterit.* Ludus nempe huic *ſanguiſugæ* eſt, quicquid ſanguinis Catholici profunditur. Sed ſiſto hic Thummi, ſatis ex trino hoc ſpecimine *Europa* videt, quantum orbi TYRANNVM educârit infauſta parens.

Quæ ludit in tormentis.

16. Sed ad TERTIVM, quod propoſueram, membrum progrediar. Cum miſeræ *cauſæ* ſuæ miſerior *Patronus* Prædicans nil opis videret ſupereſſe, *muliercularum* inſtar in *calumnias, & ſcommata* præceps fertur, & quicquid vſpiam in *ſocietatem noſtram*, à 50. retro annis in *Galliâ*, *Angliâ*, *Germaniâ*, tum à Caluiniſtis, tum à Luthericolis fictũ, quidq̃d cõtra alios Catholicos procuſum, id omne ſedulus collector, partim è *Sacramentario Hoſpiniano*, partim ex Archipoëta *Haſenmillero*, ſimiliſque farinæ Authoribus corradit, perque 14. paginas Lectori *in compendio* proponit. Miſerum te, mi Prædicans: Facis

Thummius centonem fabularum de ſocietate conſarcit.

cis profectò, quod in re deſperatâ Lentulus Catilinæ *m.* ſuaſit: *Auxilium petis ab omnibus, etiam* AB INFIMIS. Breuiter ſic habe.

17. Ad *Societatem noſtram* quod attinet; Quamprimum ad omnes apologias, quas pro *ſocietatis innocentâ* tum *noſtri*, tum *alij* ediderunt, RESPONDERIS, tum ego tuis calumniarum tomis ad verbum reſpondebo, nec apice præterito. *d.*

Iam pridem ab alijs penitus diſruptum.

18. Interim quia *Ieſuitarum* in vos crudelitatem obijcis; proponam veſtræ in *Ieſuitas* manſuetudinis vnicum ſpecimen. Prodeat ergo *Andreas Lonnerus Gueſtfalus*; *n.* is in conſeſſu totius *Gieſſenſis* Academiæ, cum ad rauim vſque de *factionibus, ſeditionibus, Regicidijs Ieſuitarum* detonuiſſet, in has tandem voces armatus orator erupit. *Scitis, quali ſupplicij genere digni ſint* (Ieſuitæ) SVSPENDANTVR TALES REGICIDAE, *antequam ſiluæ pereant; Aut ſi minus,* EXTRVDANTVR. Superi, quantum *periculum* in mora putabat hic Prædicãs! Metuebat ſcilicet, ne, ſi non *illo ſtatim die* omnes Ieſuitæ patibulis affigerentur,

Votum Prædicantium pro Ieſuitis.

tur, arbores defuturæ eſſent, quæ tot Ieſuitarum *millionibus* ſuſpendendis ſufficerent.

20. Pro reliquorum Catholicorum, quos *crudelitatis* accuſas, innocentiâ, vel ipſe *Sleidanus* patrocinium ſuſcipit, qui, inuitus licet, fateri cogitur, *ipſos proteſtantes tam Principes, quàm vrbes imperiales,* (quotquot ferè inimica in Carolum V. arma mouerunt capiti ſuo rebelles) *errorem ſuum agnouiſſe,* ſeque totius Germanici tumultus authores faſſos eſſe tunc, cum clementiſsimi Cæſaris ſui genibus aduoluti, *veniam erroris* precati fuerunt. Sed ſiſte tandem hîc calame. Satis *ſanguinario Luthero* datum. Ad lepidiora *Thummij* mendacia progredere.

Catholici à conſilijs ſanguinarijs immunes.

a. *Tom.5.Lat.in cap.10.Matth.pag.23.* b. *extat in Tom.2. Luth.Edit. Lat. p.446.* c. *lib.18.pag.570. & lib.19. pag.584.* d. *lib.5. commentar. pag. 125. & pag. 129.* e. *lib. 5. pag. 137. & ſeq.* f. *lib. 5. pag. 138.* g. *Tom. 1. Ienenſ. Germ. pag. 60.* h. *Tom. 1. Lat. pag. 195.* i. *Tom. 7. Lat. aduerſus Papatum, pag. 474.* k. *Ibid. pag. 477.* l. *Ibid. pag. 460.* m. *In*

coniurat.

coniurat. catil. n. *In relegatione Ieſuitarum,pag.82.* o. *à lib.17.& ſeq.*

CAPVT XXI.

AN LVTHERVS SE SVPRA Apoſtolos extulerit?

1. NEgat modeſtus Prædicans, Vocatque hoc pag.13. *mendacium Ieſuiticum*, tametſi Lutherum APOSTOLVM ſemet vocaſſe (quod ego pagin. 8. obieceram) non neget.

2. Ego omiſsis, quæ alij iam ante me in hanc rem attulerunt, vnico hoc ſyllogiſmo rem omnem concludo.

Qui affirmat Euangelium clarius à ſe prædicatum eſſe, quàm ipſo Apoſtolorum tempore prædicatum ſit, ille ſe ſupra Apoſtolos extollit. Atqui Lutherus hoc de ſe affirmauit. Lutherus quantus Apoſtolus,

Ergo, &c.

3. Maior eſt per ſe nota.

Minorem probo ex ipſiſmet *Lutheri* verbis. DEVS, inquit ille, de Euangelij ſui prædicatione diſſerens, *a. hanc malitiam noſtram inultam nequaquam permittet, nec ad eam longius conniuere poterit,*

terit, quum Euangelion tam opulenter prædicatum ſit, VT APOSTOLORVM TEMPORE EA ALACRITATE NON FVERIT.

De ſe an de alio?

4. Quod autem inter illos prædicatores, etiam SE, & quidem potiſsimùm intellexerit, euidens eſt; cum ſe toties *Doctorem Doctorum*, & *Euangeliſtam*, & *Apoſtolum* (quod nec Thummius negat) appellauerit. VNICVM quidem video obijci poſſe, nimirum *Lutherum* non *ſibi ſoli*, ſed etiam alijs ſuis prædicatoribus hanc *ſupra Apoſtolos* excellentiam his verbis aſſerere. VERVM friuolum hoc effugium eſt. Nam *primò* vnde probabitur Lutherum hæc verba (*quum Euangelium tam opulenter prædicatum ſit*) non *ſibi ſoli* applicaſſe? cum conſtet illum toties de Euangelio ſuo ita locutum, vt eius initium, & primis ſaltem annis, propagationem *ſibi ſoli* adſcripſerit. Exempla vel in colloquijs eius menſalibus obuia ſunt. *Secundò*, ſit ita: Intellexerit plures. Tantò maior impudentia eſt quoſuis *de triuio* rabulas *ipſis Apoſtolis* prætuliſſe, qui ne Iudæ conferri potuerint.

Quo iure Lutherus in A-

5. Vnum tamen eſt, quod vehementer ex

ter ex *Thummio meo* ſcire deſidero. Quo iure, quo priuilegio ſe *Lutherus* in *Apoſtolorum* Collegium intruſerit? Scio equidem S. BONIFACIVM Germaniæ, S. DIONYSIVM Galliæ, S. AVGVSTINVM Angliæ, S OTTONEM Pommeraniæ, S. RVPERTVM Bauariæ, S. XAVERIVM Iaponiæ APOSTOLOS vocari. Illud tamen neſcio, ꝙ prædicti *ſeipſos* APOSTOLOS vnquã vocârint. Ego igitur iiſdem te nunc verbis compello, quibus olim S. AVGVSTINVS FELICEM Manichæum compellârat, cum hæc verba ex Manichæi codice legi audiſſet. MANICHAEVS APOSTOLVS IESV CHRISTI, &c. *Proba nobis ergo, quomodo iſte Manichæus* (Lutherus) *ſit* APOSTOLVS IESV *Chriſti. Non enim eum in Euangelio aliquando inter* APOSTOLOS *legimus. Et quis fuerit ordinatus in locum Iudæ traditoris, nouimus, id eſt,* S. MATTHIAS. *Et quis poſtea Domini voce de cœlo vocatus ſit, hic eſt* PAVLVS APOSTOLVS, *omnes recognoſcunt. Is tum ergo Manichæum* (Lutherum) *proba nobis* APOSTOLVM *eſſe*; Sed quomodo hæc probabis Thumini? Dicam. Eo modo, quo *Fælix* probauit. Vin' ſcire, quo-

poſtolorum collegium irrepſerit.

modo probârit? Audi S. AVGVSTINVM; Ita alloquitur Felicem c. *probare* NON POTVISTI, *quomodo ſit Manichæus* (Lutherus) APOSTOLVS.

a. *Tom. 7. ſerm. de excidio Hieroſolymæ pag. 271.* b. *Tom. 6. lib. de actis cum Felice Manichæo c. 1.* c. *ibid c. 2.*

CAPVT XXII.

AN ANTICHRISTVS ROmanus iam ab Apoſtolorum tempore Eccleſiam DEI *perſecutus ſit?*

1. AFfirmat Dominus Doctor. *A tempore*, inquit pag. 79. *Apoſtolorum, etiam in medio Papatus ſemper fuit aliqua Eccleſia, quam ſcilicet* ANTICHRISTVS ROMANVS *perſequi potuit, & actu etiam, vt Catalogus teſtium veritatis, & in eo Martyrum ſanguis loquitur, perſecutus eſt.*

Thummius fatetur antiquitatem Papatus.

2. Antequam mendacia tua detegere ordiar; Ago tibi gratias, quòd tam rotundè fatearis, *à tempore Apoſtolorum fuiſſe* PAPATVM. Conſequenter nos *noſtram Eccleſiam* AB APOSTOLORVM

vſque

vſque AETATE demonſtrare poſſe. Veſtra Eccleſia vel primo ante Lutherum ſęculo, ſtatim INVISIBILIS eſſe occipit, nec ipſis SVPERIS cognita.

3. Sed en PRIMVM MENDACIVM tuum. *Antichriſtum Romanum à tempore Apoſtolorum fuiſſe* aſſeris. Dic ergo ſodes, quis APOSTOLORVM TEMPORE, & per ſubſequentia ſub Imperatoribus Ethnicis ſæcula, ANTICHRISTVS fuerit ROMANVS? *Henricus Pantaleon a.* Chronologus, tibi perbene notus, omnes à ſancto Petro Pontifices Romanos cum ſuis Elogijs recenſet; Omnéſne illi Antichriſti Romani? Etiam *ſanctus Petrus, Linus, Cletus, Clemens, Fabianus, Sixtus?* Audes hos eructare? Annon ipſe *Melanchton* tuus *b.* S. CLEMENTEM Romanum Epiſcopum *Doctorem* vocat, *teſtem, aſſertorem veræ, & incorruptæ doctrinæ. Illum & ſimiles multos fuiſſe* VERAM DEI ECCLESIAM? Quid ais? Antichriſtúſne, & qui illi ſimiles, *vera* DEI *Eccleſia* ſunt? *Doctores, teſtes, veræ doctrinæ aſſertores* ſunt? Sed pergo. Annon tu ipſe *c.* S. SIXTVM Pontificem Romanum inter MARTYRES collocas?

Si Apoſtolorum tempore magnus ille fuit Antichriſtus, Papam quempiam fuiſſe opus eſt.

Negant Lutherani.

Ergóne tibi Antichriſtus MARTYR? Sed quid *vnum*, aut *alterum* recenſeo? Annon *Matthæus Dreſnerus d.* veſter, OMNES ſimpliciter Pontifices Romanos vſque ad Sylueſtrum I. hoc eſt, Pontifices XXXI. *ſanctos, pios, doctos, Catholicos, Apoſtolicos, Martyres* vocat? Si ergo tibi hi OMNES Antichriſti, ſequitur euidenter, primis trecentis annis, OMNES ANTICHRISTOS ROMANOS, *ſanctos, pios, doctos, Catholicos, Apoſtolicos, Martyres fuiſſe.* Quomodo ergo ſi ipſi *Martyres*, Martyrum ſanguinem fuderunt? Quomodo ſi ipſi *veræ Eccleſiæ aſſertores*, veram Eccleſiã perſecuti ſunt? Hic Rhodus bone vir, Hîc ſalta.

Si nullus fuit ducentis primis & amplius annis, vbi ergo ſucceſſio Antichriſtiana?

Thummius viderit.

Qui aſſerit, quæ nequit tueri.

4. Quod ſi negas, *omnes* illos Romanos Pontifices ANTICHRISTOS fuiſſe, Edic ergo nobis, quos eximes? qua authoritate? quomodo SVCCESSIO interrumpi potuit, ſi, vt tu toties crepas, Antichriſtus Romanus vna SVCCESSIONE perſona eſt? Hîc tibi denuo vox faucibus hæret.

5. SECVNDVM MENDACIVM. *Ais Catalogum teſtium veritatis*, ſeu, quod idem eſt, Matthæum Flaccum catalogi illius primi

primi conſarcinatorem, *hoc dicere.* Mi vir, legi *Flaccum*, legi illos mendaciorum centones, ſæpius & accuratiùs, quam tu vllum ex PATRIBVS. Multa quidem ille Catalogus *de ſancto Petro, Clemente, Aniceto, Pio, Iulio, Siricio, Cornelio, Victore,* falſa, ficta; nihil tamen de vllo Martyrum ſanguine ab his effuſo. Scilicet efferatæ animæ aliter *Flaccioniſtas* vlciſci non poteras? quam vt *authorem* eorum, alijs mendacijs hac illac perfluentem, nouo mendaciorum cumulo ſuffarcinares? Et quod ille ad *Poſteriora* Pontificum ſæcula, falsò licet, tu ad *ipſa Apoſtolorum tempora* detorqueres?

Illyricus calumnia afficitur à Thummio.

6. TERTIVM MENDACIVM. *Antichriſtum Romanum à tempore Apoſtolorum, fudiſſe Martyrum ſanguinem.* Hic ego totam prædicantium colluuiem prouoco. Si *cerebri* micam, ſi *ſanguinis humani* guttam in tam vaſto corpore circumferunt, nominent à tempore Apoſtolorum per SINGVLA ſęcula vel VNICVM, qui OMNIA Lutheranæ fidei dogmata defenderit, quemque Romanus Antichriſtus IDCIRCO necari iuſſerit. V-

Quis γνήσιος Lutheranus ab vllo Pontificum ante Lutherum Martyrio affectus eſt?

NICVM talem in SINGVLIS ſæculis MARTYREM peto. Si dederint; TRIVMPHARVNT te, *omnes Theologos orthodoxos, Totam Eccleſiam.* Si dare non poſſunt, ſicut in omnem æuiternitatem non poterunt: Fateantur & TE, & OMNES PRAEDICANTES, & TOTAM LVTHERANAM SYNAGOGAM in TRIVMPHO à nobis duci.

a. *In Chronographiâ Eccleſiæ.* b. *In Chronico, lib. 3. In Domitiano.* c. *In tractatu de bonis Eccleſiæ quæſt. 6. pag. 86.* d. *In Iſagoge Hiſtoricâ, Millenario 5. pag. 169. & pag. 179.*

CAPVT XXIII.

AN S. HIPPOLYTVS AFfirmet, ab Antichriſto ſacrificium Eucbariſtiæ ſublatum iri.

Negat Thummius.

1. NEgat audacter Prædicans, pag. 80. *S. Hippolytum vel verbulo ſacrificij noſtri meminiſſe:* An ergo *manus* dabis Prædicans, ſi ego S. Hippolyti *verba* dedero? Auſculta ſis. *Lugebunt*, inquit S. HIPPOLYTVS, *a.* de Antichriſti perſecutione differens,

Eccle-

Eccleſiæ luctum magnum, quia nec OBLATIO, *nec ſubditus fiet, nec cultus* DEO *gratus, ſed Eccleſiarum ædes ſacræ, tugurij inſtar erunt*, PRECIOSVMQVE CORPVS, ET SANGVIS CHRISTI NON EXTABIT *in diebus illis*, LITVRGIA EXTINGVETVR. Quomodo hæc placent, mi Decane? Abnutas. Credo, quia ſanctus Hippolytus verum dicit.

Affirmat S. Hippolytus.

Vter teſtis melior?

a. *In orat. de Antichriſto. pag. 13.*

CAPVT XXIV.

AN DOMINICVS SOTVS affirmet Antichriſti tempore omnes defecturos à fide?

1. AFfirmat egregius Thomiſta Prædicans. *Tuus Soto*, inquit pag. 96. *in 4. ſentent. diſt. 46. art. 1. quæſt. 2, ſcribit, fore vt propter ſæuitiam illius nouiſſimæ (Antichriſtianæ) perſecutionis*, omnes *deficiant ab authoritate Apoſtolicæ Sedis Romanæ, atque adeò* penitus extinguatur fides Romana.

2. Conglobat rurſus mendacia poëta noſter. Ego paululũ ſecernam.

PRIMVM MENDACIVM. *Sotum*

 hæc

hæc affirmare in 4.diſt.46. art.1. q.2. At ille nec verbulum eo loco de hac re. Clepſit denuò incautus Prædicans *ex Greg. de Valentiâ*, quem non intellexit.

Aitne Sotus omnes defecturos?

Affirmat Thummius.

3. SECVNDVM MENDACIVM. *Sotum aſſerere omnes defecturos à fide.* Somnium hoc Thummij eſt, non mens *Soti*, quem rectè *Franciſcus Suarez* loco, & paginâ ab ipſo *Thummio* allegatâ, interpretatur. Ego vnicum tantum aut alterum ex ipſo *Soto* locum adducam, vt prædicans Catholicorum Theologorum terminos diſcat intelligere.

4. Cum dixiſſet SOTVS *a. Mundum non eſſe amplius* (diutius) *duraturum, quam fidem*, hæc ſubdit; *Quapropter ceu deſerta domus tunc protinus corruet. Et hæc fuit pollicitatio Chriſti, dum dixit Petro. Orabo pro te, vt* NON DEFICIAT FIDES TVA, *ſcilicet neque ad mundi terminum.* Hæc Sotus. Quid clarius contra te? Tu ais, *fidem ex mente* SOTI *penitus extinctum iri*; SOTVS ait, *non defecturam fidem vſque ad mundi terminum.* Quàm bellus *Thomiſta* Thummius!

5. Sed audi eundem SOTVM, quid de totâ hâc re ſentiat. *Quapropter*, inquit,

quit, *vt lib.20. cap.8. ait S. Auguſtinus, non ſolum* QVAMPLVRIMI TVNC PERSISTENT IN VIVA FIDE, *verum & multi conſtantiam* MARTYRVM *aſpicientes eandem* ſuſcipient *fidem.* Quid, obſecro, cogitas, cum hoc legis Thummi? SOTVS, vt tu quidem vis, affirmat *omnes defecturos à verâ fide*: Cum tamen SOTVS verbis certis doceat, *non ſolum* PLVRIMOS TVNC IN FIDE PERSTITVROS, *ſed etiam* multos, *perſpectâ eorum conſtantiâ, eandem* FIDEM SVSCEPTVROS. Negat clarè Sotus.

6. Sed vin' adhuc vnum ex Soto telum! accipe: *Etſi*, inquit, *c. propter mundi ſenium, homines tunc fore credantur ſpiritu debiles, tamen ex altera parte clementiſſimus* DEVS, *tum præuiâ* ELIAE *prædicatione, tum & ſingulari ſubſidio, & auxilio* CORROBORABIT SVOS, *vt* POSSINT *contra hoſtilia tela* PERSISTERE. Annon ipſe iam tibi *iraſceris* Thummi? & *inpoſitis* ſuper Lutherana Biblia *digitis* iuras, te *nullum* amplius *Theologum* vnquā citaturum, niſi quem ipſe inſpexeris, & intellexeris?

a. *in 4. diſt. 46. q. 1. a. 1. pag 566.* b. *Ibid. pag. 567.* c. *Ibid. pag. 568.*

CAPVT XXV.

VTRVM S. AVGVSTINVS lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 8. de Antichriſto agat?

1. NEgat, & pernegat Prædicans, pag. 105. Audiat ergo ipſum S. PATREM, qui, etſi in illo capite *Antichriſtum* ipſum non nominet, ita tamen περιφραστικῶς illum depingit, vt per nullam violentiam ad alium poſsit detorqueri. Oſtẽdo breuiter ex ipſo S. Auguſtino.

2. Is igitur eodem libro, cap. 19. & 23. præcipuè hæc de *Antichriſto* aſſerit. *Primò* eum venturum ante Chriſti iudicium vltimum. *Secundò* ſatanam, & per illum Antichriſtum, ſoluẽdum modico tempore. *Tertiò* Antichriſti regnum ſæuiſsimum futurum. *Quartò* Antichriſti regnum annis tribus, & ſemiſſe duraturum.

3. Videamus iam, annon eadem prope *ad verbum* hoc capite 8. aſſerat, niſi quòd, cum in alijs capitibus, *& ſatanam*, *& Antichriſtum* nominet, hîc con-

contentus ſit *ſolum ſatanam*, velut cauſam principalem, deſcripſiſſe. *Primò* igitur hîc affirmat, *ſatanam* ante ſecundum Chriſti aduentum, ante finem nimirum, & terminum ſæculi, ſoluendum. *Idem* ſuprà de Antichriſto dixerat. *Secundò* ait hoc loco, *ſatanam* ſoluendum per breue tempus. Idem ſupra de *Antichriſto* docuerat. *Tertiò* aſſerit *ſathanam* tribus annis, & ſex menſibus ſæuiturum. Idem in terminis *de Antichriſto* ſuperius aſſeruerat. *Quartò* docet, *ſatanam* tunc totis ſuis, ſuorumque viribus ſæuiturum. Idem omnino *de Antichriſto* prius affirmârat. Denique quid multa? Nihil reperiet *Thummius* ſingulare, quod *dæmoni in Antichriſto ſoluendo* adſcribit alibi S. Pater, quod nō etiam hoc loco, ijſdem prope verbis *ſatanæ ſoluendo* adſcripſit; vt totam hanc quæſtionem non tantum *Theologus*, ſed vel vnius menſis Rhetor elucidare potuiſſet Thummio; ſi prædicanti figuram περίφρασιν explicuiſſet.

4. Vnum hîc moneo prædicantem meum, ne tam pueriliter paratragœdietur, ſi vel in Bellarmini, vel meâ editione

Litem de lana caprina mouet Thummius.

editione *Typographus* apicem, aut voculam inuertat. Sicut factum tum pagin. 77. vbi tamen, vel grammaticus quiſpiam ex ipſo contextu videret, pro *Antiochi* voce, *Antichriſtum* legendum. Tum hîc pag. 106. circa locum *S. Gregorij*, cuius tamen ego verba ipſa ad longum adduxeram, quæ habentur l. 32. moral. cap. 12. errore Typographi poſitus erat lib. 33. moral. Quid hic triumphas? quid cum pueris in faba reperiſti? Si abſque verbis adductis dixiſſem S. Gregorium de Antichriſto agere, l. 33. moral. cap. 12. poteras me falſitatis arguere; iam cum adduxerim verba, quæ l. 32. moral. capit. 12. habentur, vt negare non potes, oſtendis te calumniandi anſam apprehendere, vbi, vbi potes, quia iuſtæ reprehenſionis cauſam non habes. Tu affers ex Patribus, quæ nuſquam ſunt: aut ſi alieno loco dicta cites, merito te noto, vt quem toties exſcriptorem deprehenderim alienorum. Exempla ſupra allata; nolo plura afferre, ne afflicto dolorem addam. Finis nō ſit, ſi per omnia hæc ſphalmata tua

ta tua ire animus eſſet. Faceſſe ergo in poſterum Typographicis inſultare erroribus. Errores ego TVOS Thummi, non VVERLINI refuto. Tu ſi vir es, BELLARMMINVM, non SARTORIVM, me, non HENLINVM laceſſe.

CAPVT XXVI.

AN BELLARMINVS RECtè ex S. Auguſtino probârit, Hebræos vſos fuiſſe menſibus, qui conſtarent diebus triginta?

1. NEgat Prædicans à pag. 99. & per omnes Deos, ſuperos, medioximos, inferos iurat, *Auguſtinum hoc nunquam cogitaſſe. In Auguſtino ne gry quidē de triginta diebus occurrere. Auguſtinum prorſus contradicere Bellarmino*, Laudo candorē tuum Thummi. Alij impudentes ſunt, videri nolunt. Tu & eſſe, & videri vis.

Forte inſcitus mauelis dici.

2. Accipe ergo S. AVGVSTINVM; *a. Tantus*, inquit, *menſis* (apud Hebræos) *quantus & NVNC eſt, quem Luna cœpta, & finita concludit. Tantus annus, quantus & NVNC eſt, quem duodecim menſes Lunares,*

additis

additis propter curſum ſolarem quinque diebus,& quadrante,conſummant.

3. Ex quibus S. AVGVSTINI verbis euidenter deduco, ſenſiſſe S. Patrem, *Hebræos vſurpaſſe menſes ex triginta diebus compoſitós.* Ita vero argumentor.

Manifeſta cõſecutione doctrinæ S. Auguſtini oſtenditur.

4. *S. Auguſtinus affirmat tantum apud Hebræos menſem, & annum eſſe, quantus apud nos eſt. Sed niſi menſis Hebræus ſumatur pro triginta diebus, non eſſet tantus annus apud Hebræos, quantus apud nos eſt.*

Ergo S. Auguſtinus neceſſariò vult menſem Hebræum ſumi hoc modo; nimirum pro diebus triginta.

5. *Maior* eſt in terminis ſancti AVGVSTINI.

Minorem probo euidenter.

Vt duodecim menſes Lunares Hebræi adæquent curſum, ſeu annum ſolarem (hoc eſt, vt affirmat dies trecentos ſexaginta quinque) addi illis debent, dies quinque.

Atqui hoc tantum fit, ſi menſes ſumantur pro 30. diebus.

Ergo, &c.

6. *Maior* rurſus, vt vidiſti, eſt S. AVGVSTINI.

Minorem, quilibet œnopolæ Tubingen-

bingenſis puer te docebit. Sumamus enim duodecim menſes inæquales, quorum ſemper vnus triginta, alter viginti nouem dies contineat, efficient dies 354. *Addamus* iam ex mente ſancti Auguſtini dies quinq;, & quadrantem; prouenient non 365. ſed trecenti quinquaginta nouem dies; *conſequenter* non adæquabunt *menſem ſolarem*, quo vtimur. CONTRA verò accipiamus duodecim menſes, ita vt ſinguli contineant triginta dies, dabunt dies trecentos ſexaginta; quibus ſi ex mente *S. Auguſtini* addantur quinque, prouenient 365. adeoque *annus ſolaris* noſter. Hîc garri Prædicans.

7. AD REM ipſam quod attinet, nodum in ſcirpo quæris. SIVE enim cum *S. Auguſtino* 12. menſibus *plenis*, addantur quotannis 5. dies, qui ſexto quoque anno integram lunationem facient, aut tertio quoque anno quindecim dies, aut paulò plus. SIVE cum Venerabili *Beda*, b. 12. menſibus *inæqualiter acceptis*, adijciamus tertio, aut ſi res exigit, ſecundo quoque anno v-

nam

nam Lunationem ; ſemper verum erit, 42. *menſes, annos tres cum dimidio, dies* 1260. IDEM TEMPVS efficere, *adeóque* ſtare immotum *Bellarmini* argumentum, ex *S. Auguſtino* inuictè deſumptum.

8. QVOD ſi lis ad horulas aliquot, aut minuta deueniret, meminerit Thummius, ſe in hac ipſa ſupputatione circa tempus, tempora, & dimidium temporis pag. 88 non *dies* tantum aliquot, ſed *integrum medium annum* tranſilire. *Et rurſus* cum ſuis Apocalypticis 1000. annis, neceſſariò *aliquot annos* vel addere, vel minuere. Si ergo ipſe non vult litem ſibi moueri

Nec de vi, neque cæde, nec veneno.
Cur nobis diem dicet.
De tribus capellis ?

a. *Lib. 15. de ciuit. Dei, c. 14.* b. *Tom. 2. lib. de Temporum ratione, cap. 43.*

CAPVT

CAPVT XXVII.

RECENSENTVR ALIQVOT minorum gentium Thummiana mendacia.

1. ANtequam ad alteram de Antichriſto partem, *characterem nimirum Apocalypticum* progrediar, lubet hîc in vnū velut cumulū Thum̃iana quædā mendaciola, quæ *nec fidem, nec maioris momenti rem cōcernunt, conijcere.* Omnia ſi non enumerem, veniam dabit Thummius. Ruboti ipſius, labori meo, lectoris nauſeæ peperci. Totus enim Thummius tranſcribendus mihi foret. Vocabo errores, ſi tantus Doctor errare poteſt.

2. PRIMVM MENDACIVM. pag. 30. ait, *me nullum ex quatuor eius argumentis, quibus probare nitebatur, Danielem c. 7. non agere de Antichriſto, refutaſſe.* Os prædicanticum! Quatuor illius ratiunculæ hoc nitebantur fundamento. *Daniel cap. 7. de cornu ſuo paruulo non aſſerit omnia, quæ in alijs ſcripturæ locis Antichriſto aſſignantur. Ergo nō agit ibi de Antichriſto.* Ridiculum hoc fundamentum cum ego pag. 14. euertiſſem, annon hoc ipſo Hic tamen ſciens aliud loquitur.

Ædificium Thumianum.

omnes illas ratiunculas ſtramineæ huic *baſi* innixas diſploſi? niſi fortè apud te euerſo *fundamento*, parietes in *aëre* ſtent?

3. SECVNDVM MENDACIVM. pag. 30. aſſerit, me nil reſpondiſſe ad argumenta ſua, pag. 35. & 36. allata, quibus nitebatur oſtendere *Tempus, & Tempora, & dimidium temporis, non conuenire poſſe Antichriſto, aliàs enim extremum diem ſciri poſſe.* Quid ais Prædicans? Itáne verò nil reſpondi? Quid ergo egi capite 6. (apud te 8.) ad quod te remiſeram? Annon toto illo cap. per 9. paginas *ratiunculas tuas* fuſiſsimè diſsipaui? Lege tantum paginam meam 16. 35. 36. 37. Nitebantur præterea omnes hæ ratiunculæ tuæ falſo hoc fundamento, *quod vnus locus ſcripturæ vnum tantum ſenſum literalem capiat.* Annon falſum hoc fundamētum detexi pag. 35?

Iterum aliter ſentit, aliter loquitur.

TERTIVM MENDACIVM. An potius deceptio eſt? pag. 30. conqueritur, *me nihil ad* antiquiſsimi Patris *Balduini* (*prædicantis Lutherani*) *inuictas veritates reſpondiſſe, quibus demonſtrabat Papam Romanum eſſe meretricem Babylonicam.* Riſum

ſum tenete! Quid enim ego ad hos mẽdaciorum centones? quos iam pridem omnes, tum *Bellarminus*, tum *Gretſerus*, dum de Pontifice agunt, tum *Adamus Tannerus* a. protriuerunt? Vbi tu ſingulas horum reſponſiones in ſpecie refutâris, tum verò rurſus nouis calumniarum centonibus ſuffarcinatus in ſcenam prodi. Acclamabo confeſtim admirabundus. Hic quidem decipitur.

Quem non lacernis Thummius meus vincit?

QVARTVM MENDACIVM. Malè habet Prædicantem pag. 29. Quòd, vt ipſe quidem ait, *nil reſponderim ad ea, quæ pag. 28. & ſeq. ex* venerabili Patre *Franciſco Iunio*, Caluinicola, *adduxerat, pro loco Danielis 7.* vbi contendit *Danielem ad literam de Antiocho agere.* Lepidum caput es prædicans, cum Caluiniſtæ ſcripturam contra vos interpretãtur, ipſiſsimi vobis *diaboli ſunt.* Cum contra nos eam ſtringunt; *Patres* ſunt; *Doctores* ſunt. Quãquam ad rem quod attinet, per *Montzeri* amorem te compello, nilne reſpondi? quoties vltrò concedo, Danielem ad literam de An- Thummius Caluiniſtis exercitum ſuum inſtruit.

tiocho agere, video tantum caput meum 2. & 6. !. *Adæquatè* autem omnia *Antiocho* conuenire, negaui, vide vel ſolam paginam 35.

QVINTVM MENDACIVM. pag. 88. ait, *Me non probare, quod tempus Danielis cap. 12. v. 6. 7. non conueniat Antiocho.* Audacter. Probaueram in terminis per totam paginam 35.

An legit? Sextum mendacium. pag. 88. affirmat, P. Gretſerum aſſerere, Prophetiam Danielis Antiocho literaliter conuenire. Oppoſitum clariſsimè docet Gretſerus pag. 885. vt taceam allegari à Prædicante P. Gretſerum pro ſenſu abſoluto, quæ ille in ſenſu hypothetico expreſsè dixerat. Finem non reperiam Prædicans, ſi eiuſmodi errorum tuorum *farraginem* lectori animus eſſet proponere. Interim Lectorē rogo, ne *miſello Prædicāti* nimiū iraſcatur. Vadē enim me interpono. Prædicantem hunc non ex *malitia*, ſed præcisè ex *habitu* mentiri: nam ex inſcitia errare vix audeo dicere primipilum Theologorum Tubingenſium.

a. part. 2. anatom. demonſtrat. 5. à n. 244.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

AN ROMÆ, IN HISPANIA, Siciliâ, capitale ſit, habere ſcripturam ſermone vulgari.

I. AFfirmat fabulator Thummius pag. 111. ſed Mendacium hoc refutant 1. ipſe Iacobus Heilbrunnerus, ſeu Saxonici Theologi, *a.* dum ex noſtrorum ſcriptis fatentur, nos Magiſtratui politico, & principibus permittere lectionem ſacræ ſcripturæ, nec vllam, vel Romanæ, vel Hiſpaniæ, vel ſiculæ terræ exceptionem faciunt. II. Ipſi Catholici. Do vnum aut alterum. *Iacobus Kellerus, a.* Thummio non ignotus, ex communi Catholicorum ſententia docet, *Scripturam ſacram vulgari ſermone, & imprimi poſſe, & nulli negari illius lectionē qui illam cum animæ vtilitate lecturus videatur. Ipſe Bellarminus, c.* expreſsè docet, *Kemnitium impudenter mentiri* (quæ Bellarmini verba Hailbruñerus *d.* aſtutè omiſit) *quaſi Catholica Chriſti Eccleſia prohiberet omnino vulgares translationes.* Omitto

Refutatur 1.

Secundò.

mitto Nicolaum Sanderum, *e.* Iacobum Gretſerum, *f.* alios innumeros. III. Ipſa praxis. Oſtendat enim mihi Thummius quot *Regibus* (nam Regibus aiebat ita prohibitam ſcripturæ lectionẽ,) vt in *Hiſpaniâ, Romæ & Sicilia* capitalis fuerit ea lectio? Illud citati vltro dant, prohiberi laicos à ſcripturæ lectione, ſi non niſi cum ſuo periculo illam lecturi videantur. Vtinam verò, & tibi, mi Thummi, interdictum fuiſſet lectione Bibliorum, profectò cauſa non fuiſſet, cur Theologi Gieſſenſes *g.* tam ignominiosè de te ſparſerint, *Recedere te à ſcripturâ ſacrâ; Verbo* DEI. *Chriſto in faciem contradicere. Diabolũ per te falſas opiniones ſpargere. Obloqui te diuinæ veritati, à te inaudita gloſſemata fingi.* Annon te hîc aliquem ex Papiſtis ſutoribus optas? cum talia audire cogeris.

Quem Thummius fructum è Biblijs hauſerit.

a. *In Papatu Acathol. art. 20. c. 3.* b. *In Papatu Cathol. a. 17. ſummar.* c. *lib. 2. de verbo Dei. cap. 15.* d. *In Pap. Acathol. loc. cit.* e. *lib. 7. de viſib. monarch. part. 623. Edit. Louan.* f. *Tom. 1. defenſ. Bellarm. lib. 2. de verbo Dei. cap. 15.* g. *apud* Thum-

Thummium in ταπεινωσιγραφίᾳ ſacra, pag.140. & ſeq.

CAPVT XXIX.

AN IN CONCILIO CHALcedonenſi, Romano Pontifici fuerit datus Titulus vniuerſalis Epiſcopi.

I. ADduxeram ego, pag.5. locum ex actione 3. Concil. Chalcedon. vbi Pontifex Romanus Vniuerſalis Epiſcopus vocatur. Quid hîc Prædicans meus? *Quâ fronte*, inquit, *Chalcedonenſe adducas Concilium, non video, cùm illud Act. 16. ſtatuat æqualia eſſe in negotÿs Eccleſiaſticis Romanæ, & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ priuilegia.* Habe patientiam pauliſper, mi Prædicans, dum in his verbis tuis, tria adipata mendacia tua detego, & mox *cadent* ab oculis tuis, tanquam *ſquamæ*, & *viſum* recipies.

Primum Mendacium. Ais hoc ſtatutum eſſe à Concilio, falſum. Siquidem actio. 15. *a*. in quâ hoc ſtatutum erat (nam in actione 16. canon iſte 28. recitatus

Conc. Chalcedon. nõ ſtatuit æqualitatem inter Romanam, & Conſtantinopol. Eccleſiã.

citatus tantum erat, pridiè verò ſtatutus) neutiquam ſynodica fuit, conſequenter non à *Concilio*, ſed potius *conciliabulo*, inſtigante Anatolio habita. Aberant enim præter alios Epi-
1\. ſcopos, *Legati Romani Pontificis*, qui loco S. *Leonis* Pontificis toti Concilio præſidebant: vnde & poſtero die actioni illi publicè reclamatum eſt.

1\. Quia Legati ſedis Apoſtolicæ in illa Actione abfuerunt.

Venio ad *ſecundum mendacium*. Ais ſtatutum eſſe *de paritate priuilegiorum in negotijs Eccleſiaſticis*. Si *Analogicā* quandam paritatem intelligis, nihil ad rem eſt; Si *vniuocam*, *& omnimodam* conſtitutam ais paritatem, falſum dicis.
2\. Nam cum ſtatuiſſent illi Epiſcopi, Conſtantinopolim debere τῶν ἴσων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ πρεσβύων ἀπολαύειν, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην μεγαλήνεσθαι πράγμασι, *æquis Senioris regiæ Romæ priuilegijs frui, & in Eccleſiaſticis, ſicut illa, maieſtatem habere negotijs*. Subijciunt immediatè hæc verba, Ετ δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν SECVNDAM POST ILLAM EXISTERE. c. Quod idem actione 15. can. 28. fecerant. Viden' ergo te *græcâ* fide *græcos* Patres allegaſſe?

2\. Quia Romanam Eccleſiā præfert Conſtantinopolitanæ.

Sed

4. Sed en tertium mendacium, illudq́; non iam decem, *ſed centum iugera piſſum*, vt tuorum quidam ait. Negas videre te, *quá fronte* adduxerim Concilium Chalcedonenſe, pro Titulo VNIVERSALIS Pontificis Romani. Ego igitur aliquot tantum faces accendam tibi. Aduerte oculos.

5. Actione III. ὁ Θεόδωρος, *d.* καὶ Ἰσχυρίων *e.* Διάκονοι, Ἀθανάσιος πρεσβύτερος, *f.* Σωφρόνιος χριστιανὸς *g.* Theodorus, & Iſchyrion Diaconi, Athanaſius Presbyter, Sophronius Chriſtianus in libellis ſupplicibus ad Leonem Papam, & ad Chalcedonenſe Concilium datis nominant Leonem οἰκουμενικὸν, Ἀρχιεπίσκοπον, καὶ πατριάρχην. VNIVERSALEM *Archiepiſcopum, & Patriarcham.* Quod nec Hailbrunnerus *h.* tuus ipſe veritate conuictus negare auſus fuit. Et tamen è tot Epiſcopis nemo fuit, qui contradixit, nemo hunc Titulum impugnauit; cum tamen, ſi quid aliud contra æquum dici, aut fieri audirent, mox reclamârint. Habe tibi ex eadem Actione III. ſubſcriptionem Paſchaſini, qui pro ſancto Leone

Quoties in Conc. Chalcedonenſi ſummus Pontifex vocetur vniuerſalis.

Concilio toti præfuit, quæ ita ſe habet: *i.* *Paſchaſinus Epiſcopus Eccleſiæ Lilybetanæ Prouinciæ Siciliæ, vice Beatiſsimi atque Apoſtolici* VNIVERSALIS ECCLESIAE *Papæ vrbis Romæ, ſanctæ Synodo præſidens, in Dioſcori damnatione conſenſu vniuerſalis Concilij ſubſcripſi.* Quæris, cur Græcam ſubſcriptionē non repræſentem? Primò, quia Paſchaſinus Latinè dicebat, & ſcribebat, vt ex omnibus Concilij Actionibus conſtat. Deinde non diffiteor, græcam ſubſcriptionem hoc loco non habere, niſi titulum τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης. *Sanctiſsimi Archiepiſcopi magnæ Romæ,* quod tamen in præſenti (quo caſu neſcio) omiſſum eſt, id frequenter alibi compenſatur.

6\. Actione IV. *k.* τοῦ μακαριωτάτου ἀνδρὸς, πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν Ἀρχιεπισκόπου Λέοντος: *Beatiſsimi viri,* OMNIVM *Eccleſiarum Archiepiſcopi Leonis.*

Actione VI. Paſchaſinus definitioni fidei, coram Imperatore Lectæ, ſic ſubſcribit. *l.* Πασχασῖνος ἐπίσκοπος, ἐπέχων τὸν τόπον τοῦ δεσπότου μου, μακαριωτάτου, καὶ Ἀποστολικοῦ τῆς Οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας

κλησίας ἐπισκόπου, πόλεως Ῥώμης Λέοντος: *Paſchaſinus Epiſcopus Vicarius Domini mei Beatiſsimi, atque Apoſtolici* VNIVERSALIS ECCLESIAE *vrbis Romæ Leonis.* In eandem formam ſubſcripſerunt Lucentius, & Bonifacius eiuſdem Sedis Legati.

Actione XVI. Lucentius: *m.* ἀλλὰ γινώσκειν ἡμᾶς σαφῶς, τί τῷ Ἀποστολικῷ, καὶ πάσης ἐκκλησίας προέχοντι Ἐπισκόπῳ ἐνεγκεῖν, vt nouerimus quid Apoſtolico viro VNIVERSALIS Eccleſiæ Papæ referre debeamus.

Actione quoque I. *n.* audientibus omnibus τὴν Ῥωμαίων πόλιν κεφαλὴν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν *Romam omnium Eccleſiarum caput* vocauit. Dic iam tu mihi, magne Thummi, cur nullus ex tanto Epiſcoporum numero reclamarit, cum videt Legatum Pontificis, & PRIMO LOCO, & vt Synodo PRAESIDENTEM ſubſcribere; Leonem VNIVERSALIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPVM, ET PATRIARCHAM, Romam OMNIVM ECCLESIARVM CAPVT vocari? Quid reſpondes miſelle, ingemiſcis, credo, cum Attico, *o.* & *frontem* feris.

7. Totum Concilium in Epiſtola ad

la ad Romanum Pontificem affirmat, eum Concilio, *ſicut membris caput* præfuiſſe; ὧν σὺ μὲν, inquit, ὡς κεφαλὴ μελῶν ἡγεμόνευες, *quibus tu quidẽ ſicut caput membris, præeras.* p.

8. Ibidem ait Leoni τῆς ἀμπέλου τὴν φυλακὴν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιτετραμμένον, VINEAE CVSTODIAM *q. à Saluatore commiſſam fuiſſe.*

9. In eadem Epiſtola ait Concilium, ſtatuiſſe ſe, vt *Conſtantinopolitana Sedes*, τὰ πρεσβεῖα ἔχειν μετὰ τὸν ὑμέτερον (τὸν ῥωμαϊκὸν) ἁγιώτατον, καὶ ἀποστολικὸν (θρόνον) *habeat honorem* POST *t. veſtram* (Romanam) *ſanctiſſimam, & Apoſtolicam* (ſedem) *&c.*

10. Tandem Concilium Vniuerſum βεβαίωσιν CONFIMATIONEM petit à Pontifice eorum, quæ in Concilio decreta eſſent. CONFIRMATIO autem actus eſt, vtique non inferioris aut æqualis, ſed ſuperioris. I iam Thummi, & ſi potes, adhuc nega Concilium Chalcedonenſe *pro primatu Romanæ Sedis* quidquam facere. Verum ego mẽdacijs his minimè iraſcor; octauum enim Decalogi præceptum, quod mẽdacium

dacium prohibet à te, ſicut & totus Decalogus *ſeruari* non poteſt. Qua verò fronte Chalcedonenſe Concilium citârim, iam vides; quâ tu negaueris, non video.

a. *Tom. 2. Concil. Edit. Colon. 1606. pag. 133. Actione 15.* b. *134. & 137. Actione 16. Et Tom 2. Concil. Edit. Roman. pag. 419. & 431. Act. 16.* c. *Act. cit. pag. 420.* d. *ibid. Act. 3. pag. 229.* e. *ibid. pag. 231.* f. *ibid. pag. 235.* g. *Ibid. pag. 237.* h. *In Apolog. pro Papatu Acatholico cap. 1. pag. 60. Edit. Francof.* i. *Tom. 2 Concil. Edit. Rom. Act. 3. pag. 259.* k. *pag. 271.* l. *pag. 323.* m. *pag. 431.* n. *pag. 53.* o. *Cic. ad Attic. l. 1. Epi. 1.* p. *Tom. eod. cit. Action. 16. pag. 439.* q. *ibid. pag. 440.* r. *ibid. pag. 441.* ſ. *ibid. pag. 441.*

CAPVT XXX.

AN TARASIVS AB ADRIANO Pontifice Generalis Patriarcha ſit appellatus?

1. AFfirmat Prædicans; vnde infert titulum GENERALIS, ſeu VNIVERSALIS *non ſoli E-*

piſcopo

piſcopo Romano, ſed & alijs Epiſcopis ſuiſſe datum: ne verò mendacium hoc ab obuijs deprehenderetur, citat more ſuo authorem neminem.

2. Aduerte igitur *hiſtoricorum ocellule* Thummi, & nolens volens à *Ieſuita* patiaris te inſtrui. Res ita habet. In II. Synodo Nicænâ Act. 2. habetur Epiſt. *Hadriani 1. Pontificis ad Taraſium Patriarcham Conſtantinopolitanum*, cui hic titulus præfixus eſt. *Dilecto Fratri Taraſio generali Patriarchæ Adrianus Seruus Seruorum Dei ſalutem.* a. Plaude Thummi. Triumpha. Debellaſti. Sed ſiſte paulisper mi vir. Quid ſi ego ad oculum tibi demonſtrauero, titulum hunc ſpurium, & adulterinum eſſe? an non totus perijſti?

3. Demonſtro ergo. Ipſe Hadrianus Conſtantinum, & Irenem Imperatores ſeuerè redarguit *b.* quod in GRAVE ROMANAE ECCLESIAE PRAEIVDICIVM hunc ipſum GENERALIS ſeu VNIVERSALIS Patriarchæ titulo affecerint. An ergo Adrianus in ſuummet Præiudicium hoc fecerit, quod in alijs tantopere eſt deteſtatus?

4. Idem

4. Idem Hadrianus in illâ ipsâ ad Taraſium Epiſtolâ *c.* ait, *Romanam Sedem per totum terrarum orbem* PRIMATVM *obtinere, omniúmque Eccleſiarum* DEI *caput eſſe.* An ergo putas ſimplex Prædicans, Adrianum in Epiſtolæ titulo *Sedem Conſtantinopolitanam,* in ipſa verò Epiſtolâ *Sedem Romanam* pro Eccleſiæ capite agnouiſſe?

5. Idem Adrianus in Epiſtolâ *d.* ad prædictos Imperatores, grauiter denunciat, eum qui titulum VNIVERſalis, præterquam *Sedi Romanæ* attribueret, agere *contra ſanctorum Canonum inſtituta, ſeu ſanctorum Patrum traditionē,* eſſe *ſanctarum Synodorum rebellem, atque hæreticum:* eſſe *orthodoxæ fidei alienum, & ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ rebellem,* additque in eam rem ſolidiſſimam hanc rationem; *Quia,* inquit, *ſi* (Eccleſia Conſtantinopolitana) *vniuerſalis eſt, etiam Eccleſiæ noſtræ* (Romanæ) *Sedis primatum habere dignoſcitur, quod ridiculum omnibus fidelibus Chriſtianis apparet, quia* IN TOTO ORBE TERRARVM *ab ipſo Redemptore mundi, B. Apoſtolo Petro Apoſtolo* PRINCIPATVS, AC POTESTAS *data*

eſt,

eſt, & per eundem Apoſtolum, cuius immeriti vicem gerimus, ſancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia Romana vſque hactenus, & in æuum tenet PRINCIPATVM, AC POTESTATIS AVTORITATEM. Aude iam Thummi, quidquid audes, & affirma ab Adriano Pontifice VNIVERSALIS titulum Taraſio datum eſſe. Affirma ſi potes, ſi quid audes, affirma.

6. Deniq́ue ex Anaſtaſij Bibliothecarij, hominis Græcè, & Latinè per benè docti, verſione nec ſyllaba, nec apex habetur, de hac voce *Generalis*, ſeu *Vniuerſalis*; Sed titulus ita ſimpliciter legitur; τῷ ἠγαπημένῳ ἀδελφῷ Ταρασίῳ πατριάρχῃ Ἀδριανὸς δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, *Dilecto fratri Taraſio Patriarchæ Adrianus Seruus Seruorum* DEI. c. Qui iam tibi ſenſus obſecro Thummi? non dubito te clàm *omnes diras* imprecari ijs, qui tibi tam turpiter impoſuerunt, mihi verò occultè *gratias agere*, quod ex *Poëta* fecerim te *hiſtoricum*.

a. *Tom. 3. Concil. Edit. Colon. pagin. 312.* b. *Tom. cit. in Epiſt. ad Conſtant. & Iren. pag. 258. & Tom. 3. Concil. editio. Rom. act. 2. pag. 416.* c. *Tom. cit. Edit. Rom.*

Rom. pag. 420. edit. colon. pag. 258. d. *Tom. cit. edit. Rom. pag. 416. edit. colon. pag. 258.* e. *Rom. cit. editio. Rom. pag. 418. & edit. colon. inter Epiſtolas Adriani pag. 259.*

CAPVT XXXI.

AN ANTE MILLE, ET AMplius annos vniuerſa Eccleſia cenſuerit Enochum, & Eliam, circa Antichriſti tempora venturos?

1. DIxeram ego p. 24. *Vniuerſam Eccleſiam ante mille, & amplius annos ſenſiſſe, Enochum, & Eliã circa Antichriſti tempora venturos.* Teſtes in eam rem dedi S. Auguſtinum, & Aretham. Quid hîc meus prædicans? *Ad vniuerſam* inquit p. XLIV. *Eccleſiam prouocas, præter Aretham autem, & Auguſtinum (qui duo vniuerſa Eccleſia non ſunt) neminem producis.*

2. Ignoſce prædicans. Iniuriam tibi facio, quòd hæc tua verba mendacijs adnumerem. MENDACIVM non eſt; CRIMEN FALSI eſt. Ita enim me in-

Thummius mihi imponit falſum argumentum.

ducis argumentantem. *Ante mille annos Arethas, & Auguſtinus docuerunt, Eliam & Enochum circa Antichriſti tempora venturos.*

Ergo ante mille annos vniuerſa Eccleſia hoc docuit.

Nihil in iſto partu meum: Omnia Thummij. Ego ita argumentabar. *Arethas & S. Auguſtinus, quorum vterque* ANTE MILLE, *& vltra annos floruit, teſtantur, ſuo tempore* VNIVERSAM ECCLESIAM *cenſuiſſe, Enochum, & Eliam ante Chriſti tempora venturos.*

Ergo iam ANTE MILLE, *& amplius annos* VNIVERSA ECCLESIA *hoc cenſuit.*

Antecedens probaui, prolatis ipſius Arethæ, & S. Auguſtini verbis. Atque hæc mea argumentatio erat; Thummio nimium GRAVIS, vnde vt LEVIOREM ſibi faceret, aliquot & materiæ, & formæ meæ PONDO detraxit.

CAPVT

CAPVT XXXII.

AN ARETHAS ET S. AVGVſtinus cauſam noſtram de Enochi, & Eliæ aduentu iuuent.

I. NEgat prædicans pag. XLIV. Auguſtinum enim nec *apicem habere ait: Aretham autem diſertè aſſerere, de aduentu Enoch in ſcripturâ nil legi, ſed ſe opinionis huius nullum aliud habere fundamentum, quam famam, & quidem non certam.* Humilis eſt Thummius noſter. Pudefieri cupit. Faciam libens: prodeat ergo S. Auguſtinus. *a. Per Eliam*, inquit, *magnum, mirabilemq́; Prophetam, expoſitâ ſibi lege, vltimo tempore ante iudicium Iudæos in Chriſtum verum, id eſt, in Chriſtum noſtrum eſſe credituros*, CELEBERRIMVM EST IN SERMONIBVS, CORDIBVSQVE FIDELIVM. Habes hìc *apicem* ex S. Auguſtino, *maiorem*, credo, quam cupias. Neque eſt, quod huic *vlceri* tuo *emplaſtrum* illud inducas, quaſi in citato à nobis capite hæc verba non fuerint. *Librum* citaui; *Verba ipſa* dedi; ſi vel paucula folia vertiſſes, ipſe capi-

Mira frons Thummij.

Negat ſolem lucere.

tis titulus, qui *de aduentu Eliæ ante iudicium* adſcribitur, rudes oculos tuos erudijſſet: Sed nimirum patres à prædicantibus legi non ſolent, niſi quantum à noſtratibus citati legi debent. Tum demum *credunt*, vixiſſe aliquando virum aliquem, qui *Auguſtinus*, qui *Hieronymus*, qui *Ambroſius &c.* dictus ſit.

2. Ad Aretham quod attinet, dabo illum ex editione, *b.* quã Thummius petit: Ita loquitur. *Porrò de Enoch, quantum ſpectat ad aduentum, de ſcripturâ teſtimonium non habemus* PRAETER ID, *quod per tranſpoſitionem mortem non guſtauerit. Fama verò eſt, veluti ex traditione huc illucq; diſcurrentium præconum* CONCORDITER AB ECCLESIA (non de Eccleſiâ, vt Thummius malitiosè poſuit) RECEPTA, *& hunc cum Thesbite Eliâ venturum: (venient enim ambo ijs, qui tunc erunt, proteſtaturi, ne fallacibus* Antichriſti *ſignis ſeducantur) inque hoc ſuo teſtimonio, tempus trium annorum, ac dimidium acturos, ſi quidem mille ducenti ſexaginta dies iſtud temporis perficiunt ſpatium.* Ex quibus verbis triplex Thummij mendacium detego.

PRI-

3. PRIMVM. *Aretham cauſam noſtram de Enoch, & Eliâ non iuuare.* cum tamen *in terminis* doceat id, quod nos. Et præterea affirmet eandem ſententiã, iam ſuò tempore CONCORDITER ab Eccleſiâ receptam fuiſſe. An ſi *magno pretio* Aretham pro *noſtrâ causâ* emiſſemus, clarius *pro nobis* ſtare poſſit?

Thummi an iuuat nos Arethas?

4. SECVNDVM. *Aretham ingenuè fateri, in ſcriptura de aduentu Enochi nil legi.* Atqui ingenuè fatetur Arethas, ſcripturam de aduentu ipſius teſtari hoc ipſo, *quod per tranſpoſitionem, mortẽ* dicit *non guſtaſſe*, quam ſequelam ſolidam eſſe ſolidê demonſtrat Bellarminus *c.* quicquid non nemo nouiter contra comminiſcatur. Vnde non dixit Arethas *abſolutè*, *in ſcripturâ teſtimonium non haberi*, ſed *exceptiuè*; PRAETER id, *quod per tranſpoſitionem mortem non guſtauerit.* Vnde Thummij argumentum ſimile eſt huic.

An in ſcriptura aliquid de Enoch aduentu?

Inter Profeſſores Tubingenſes non eſt, qui ſex linguas calleat, Germanicam, Latinam, Græcam, Hæbraicam, Chaldaicam, Gallicam, PRAETER *Thummium.*

Ergo abſolutè inter Profeſſores Tubingenſes non eſt, qui ſex haſce linguas nôrit.

Tale erat omnino Thummij enthymema, *totum teres, atq; rotundum.* Sed venio ad

Duplex de Aretha mendacium.

5. TERTIVM MENDACIVM; ait *Aretham affirmare, ſe nullum de aduentu Enoch, & Eliæ fundamentum aliud habere, quàm famam, & quidem* NON CERTAM. Duplex hic rurſus mendacium: *Primũ,* quaſi *præter famã* nullum aliud fundamentum attulerit, cum *ſcripturam* ipſam, vt oſtenſum, & *concordem Eccleſiæ conſenſum* attulerit. *Secundum* quaſi dicat Arethas *famam illam ex traditione, & concorditer ab Eccleſiâ receptam* NON *eſſe* CERTAM. Nuſpiam hæ voces in toto Arethâ. Spuriæ ſunt, adulterinæ, Thummianæ. Sed videtur id deducere Thummius hoc modo.

Arethas dicit famam hanc, ortum habere ex traditione:

Ergo dicit eſſe incertum.

Bellè. Repono ſimile enthymema.

Epiſtolam S. Pauli, S. Petri, S. Ioannis, eſſe S. Pauli, S. Petri, S. Ioannis, ex traditione conſtat.

Ergo non conſtat certò Epiſtolas S. Pauli &c. eſſe S. Pauli.

Ante-

Antecedens veſtrum eſt in colloquio Ratiſponenſi *d.* quomodocunque TRADITIONEM ſumatis, ſiue pro *hiſtorica traditione*, ſiue pro *teſtificatione hiſtoricâ.* Et tamen conſequens falſiſſimum, etiam te iudice. Viden' ergo te in *vno* mendacio, mendacium *quintuplex* commiſiſſe. Profectò MAGISTER es Thummi. Sed talis, qualem ex Origenis paradoxis deſcribit S. Hieronymus *e.* QVI BENE MENTITVR, MAGISTRVM SE OPTIMVM PROBAT.

a. *lib.20.de Ciuit. Dei.cap.29.* b. *Edit. Baſileenſi.p.145.* c. *lib.3. de pontif. cap.6.* d. *ſeſſ. 11.p.229.258.& ſeq. Edit. Monac.2.anno.1602.* e. *lib.3.adu. Ruff.cap.4.*

CAPVT XXXIII.

AN RVPERTVS, BEDA, ARE-thas Haymo, S. Auguſt: quos Bellarm: a. adduxerat, per ciuitatem magnam in cap. 17. Apoc: ſeu per meretricem Babylonicam; nam pro eadem re ſumit S. Ioan: intellexerit vniuerſam diaboli ciuitatem, ſeu omnem impiorum cœtum?

1. NEgat Prædicans fronte ſeu ferreâ, ſeu plumbeâ pag. LV. Ego ſpiſſum hoc mendacium non aliter diſplodo, quàm ſingulorum patrum verba afferendo. Igitur.

Vt placent teſtes contra te, Thummi?

2. S. Auguſtinus *b. Eſt*, inquit, *ciuitas quædam, quæ Babylonica dicitur. Ciuitas iſta* SOCIETAS EST OMNIVM IMPIORVM, *ab oriente vſque ad occidentem.* Idem repetit in pſalmium 61. *c.*

3. Arethas Epiſcop. Cæſar: *d. per meretricem autem non adeò antiquam illam Romam acutè debemus intelligere*, VT MVNDVM HVNC, *qui & ſanguinibus innumerabilibus, & regibus pluribus, quam ipſa Roma abundat, vtpote, qui ab initio fornicarius iudicatus fuerit.*

4. Beda

4. Beda *e.* ciuitatem illam, iam PERDITORVM MVLTITVDINEM, iam mũdum: Iam CORPVS IMPIORVM vocat.

5. Haymo *f.* Babylonicam illam meretricem, ſeu ciuitatem, nunc OMNEM MVLTITVDINEM REPROBORVM, nunc CIVITATEM DIABOLI, nunc OMNEM MALORVM MVLTITVDINEM, nunc IPSVM SAECVLI REGNVM in cunctis ſuperbiæ potentibus regnans appellat.

6. Rupertus Tuitienſis *g.* eandem vocat, nunc CIVITATEM DIABOLI, nunc MVNDI CVPIDITATEM, nunc CORPVS, ET VNIVERSITATEM IMPIORVM, &c.

Habet hîc Thummius *quinque* illos Patres, velut *quinque* Dauidicos lapides, quorum quilibet Goliathæum hunc Prædicantem vnico fundæ iactu

totâ porrexit arenâ.

Sapiet puto iam Thummius, & in poſterum, vt cum S. Hieronymo *h.* loquar, paulūlum ſaltem *humani*, ſi nō *Chriſtianus* PVDORIS aſſumet.

a. *lib.3.de pontif.c.13.* b. *T.8.Edit.Baſil. In pſal.26.p.140.* c. *Tom. cit.p.620.* d. *cap. 53. in apocal. Edit Baſil.p. 108.* e. *T. 5. Edit. Col. in cap. 17. apocal.* f. *lib.6.*

lib. 6. in apocal. Edit. Colon. in cap. 17. apocal. g. *lib. 10. in apocal. in cap. 17. apocal.* h. *lib. 3. adu. Ruff. cap. 2.*

CAPVT XXXIV.

AN ANTICHRISTVS PAlàm negaturus ſit Chriſtum.

1. PRobauerat hoc Bellarminus ex epiſt. 1. Ioa: c. 2. v. 22. contra quod prædicans hoc telum torſerat pag. 167.

Argumentatio Thummij inepta

Antiquus ſerpens, cuius ſpiritu Antichriſtus ducitur, Deum, aut verbum eius nunquā ſimpliciter, & apertè negauit.

Ergo nec Antichriſtus publicè negabit.

Quicquid reluctetur

Huius enthymematis ridiculam abſurditatem cum ego p. 32 & 33. per duplicem inſtantiam detexiſſem; erubuit ſcilicet iam prædicās, & p. LVII. per quicquid ſacrum eſt, iurat ſe nunquam ita argumentatum, *finxiſſe me hoc per crimen falſi.* Mirus es Thummi, crimen falſi dum obijcis, committis. Ego æquo Lectori verba tua recito. Aliud argumentum, aliam formam ſi efformârit, DIEM mihi dicito. *Bellarminus,*

minus, inquis p. 167. & LVII. *ex epiſt.1. Ioan. c. 2. v. 22. nunquam apertam Chriſti abnegationem deducturus eſt.* Ratio datur. CVM NE IPSE *antiquus ſerpens, cuius ſpiritu Antichriſtus ducitur, Deum, aut verbum eius* SIMPLICITER, ET APERTE *negauerit, ſed arroſit ſaltem, & adulterauit, vt virus ſuum commodius primis noſtris parentibus inhalaret.* Repeto: DIEM mihi dicito ſi vel *tu ipſe* aliud argumentum, quam quod ego poſui, exſculpſeris. *Medium* enim, quo Bellarminum oppugnas, eſt *antiquus ſerpens, Antichriſti ſeductor, Deum nunquam apertè negans.* Quod ſi dicas τὸ *nunquam* à te neutiquam ſubintelligi, tum pueriliter *à particulari ad particulare* argumentaris, hóc modo:

Ex verbis illius deducitur.

Antiquus ſerpens aliquando Deum non apertè negauit.

Ergo nec Antichriſtus apertè negabit.

Retorqueo.

Antiquus ſerpens aliquando Deum apertè negauit.

Ergo & Antichriſtus Deum apertè negabit.

Viden' ergo *antiqui ſerpentis* negationem neceſſariò *vniuerſaliter* à te accipi

cipi debere. Sed tunc pulchellum hoc enthymema tuum progignetur; cuius iam te ita puduit, vt malueris CVM MENDACIO parentem te eius negare, quàm tale monſtrum *pro tuo partu* agnoſcere.

CAPVT XXXV.

AN ANTICHRISTVS SE, Ipſo verbo, ſit Deum dicturus?

Affirmat Bellarminus. Conſentiunt patres, quos Thummius falsò in oppoſitum citat.

1. ASſerit Bellarminus *a.* negat Thummius; putat enim Antichriſtum non VERBO, ſed *fictis miraculis*, DEVM ſeſe oſtenſurum, in eamque rem allegat Oecumenium, Chryſoſtomū, Theophylactū. Ego ſingulorum Patrum mentem, proprijs ſingulorum verbis demonſtrabo, vt videat Lector *Thummium* nō aliter *Patres* tractare, quam *Iudæos monetam.* Ergo.

Oecumenius.

Oecumenius *b.* loquens de Iudæorum incredulitate, *Chriſto,* inquit, *non crediderunt quod ſit Deus: Antichriſto verò tanquam Deo & credent, & eum adorabunt, eadem etiam* MANIFESTE DICENTEM, NEMPE EGO SVM DEVS. S. Chry-

S.Chryſoſtomus c. ἐκεῖνος γὰρ (Αντίχειστος) οὐδὲν τοιοῦτον ἐρεῖ, οὔτε ἀπεστάλθαι παρὰ τοῦ πατρὸς, οὔτε κατὰ τὴν γνώμην ἥκειν τὴν ἐκείνου. ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, τυραννικῶς τὰ μηδὲν αὐτῷ προσήκοντα ἁρπάζων, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἑαυτὸν εἶναι λέγων. *Ille* (Antichriſtus) *neque ſe miſſum à Patre, neque eius voluntate venire dicet, ſed omnem ſibi poteſtatem tyrannicè vendicabit*, SE OMNIVM DEVM PROFITEBITVR. Et paulò infra μὴ εἰδότα ἐκεῖνον (Θεὸν) κομπάζοντα δὲ, καὶ λέγοντα ἑαυτὸν εἶναι ἐπὶ πάντων Θεὸν μέλλωσι προσκυνεῖν. *Qui* (Antichriſtus) *ſe* Deum *neſcire. & ſe* MAXIMVM DEORVM ESSE GLORIABITVR *& dicet illis, qui eum adoraturi ſunt.* Et alibi. *d.* κελεύσει προσκυνεῖν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ Θεοῦ. IVBEBIT *ſeipſum* (*ſe*) *pro Deo coli, ac venerari.* S. Chryſoſtomus.

Theophylactus *c. omnes Deos demolietur, & culturas eorum ſiue Idola,* SE QVE IPSVM SOLVM PRAEDICABIT DEVM. Theophylactus.

2. Quid, oro te, prædicās his verbis clarius? Quando verò prædicti Patres aliò loco indicant, Antichriſtum *non dicturũ, ſed per ſigna oſtenſurũ ſe* DEVM *eſſe,* hoc volunt. *Antichriſtum videlicet nõ* NVDA ASSEVERATIONE *contentum fore* (quis enim Vide, mi Lector, os Thũmij.

enim nudè aſſeueranti crederet?) *ſed miraculis inſuper conaturum diuinitatem ſuam confirmare.* Sed vt videat Prædicās dogma hoc, *quod Antichriſtus* DEVM *ſe* AFFIRMATVRVS *ſit*, non trium tantum Patrum, ſed plurimorum fuiſſe, ego pręter illos, quos Bellarminus adduxit, *f.* pauculos adferam, ſi quo modo *Chamæleon* noſter (quod Plinius *g.* tamen non admittit) *rubeſcere* poſſit.

Idem docuerunt

Tertullianus.

Tertullianus *h.* loquens de Antichriſto, *ſuperextollitur*, inquit Tertullianus, *in omne quod Deus dicitur, vel Religio, vti ſedeat in templo Dei*, AFFIRMANS *D*EVM SE.

Lactantius.

Lactantius, *i.* *ſcipſum* (Antichriſtus) *conſtituet, &* VOCABIT DEVM.

S. Hieron.

S. Hieronymus, *k.* *Tam ſceleratus eſt Paſtor,* (Antichriſtus) *vt non Idolorum cultor, ſed ipſe Idolum nominetur, dum ſe* APPELLAT *D*EVM, *& vult ab omnibus adorari.*

Theodoret.

Theodoretus, *l.* *Iſte*(Antichriſtus) DEVM *fortem, & potentem, hoc enim ſignificat Maozim*, SEIPSVM APPELLAT.

S. Anſelmus.

S. Anſelmus Cantuar. *m.* *Similabit ſe*

bit ſe Religioſum, vt ſub ſpecie decipiat pietatis, imo SE DEVM ESSE DICET, *& ſe adorari faciet, &c.*

Omitto, auſim dicere, innumeros alios. Neque verò eſt, vt aliquis *obliquè* illos de *obliquâ, non apertâ appellatione* interpretetur, ſicut Prædicans, pag. 60. inſinuat. Nimis aperta ſunt verba Patrum: Obliquitatem non habent, niſi quam à te patiuntur. Docent illi expreſsè Antichriſtum ſeſe DEVM *manifeſtè dicturum*, vt Oecumenius; *Profeſſurum*, vt Chryſoſtomus; *prædicaturum*, vt Theophylactus; *Affirmaturum*, vt Tertullianus; *Vocaturum* vt Lactantius; *appellaturum*, vt *Hieronymus, Theodoretus*. Hæccine *obliqua*? Quid obſecro in vllo authore, quid in ipsâ ſcripturâ deinceps erit, quod non *obliquè* quis interpretetur? ſed veniã do Prædicanti. Nihil poteſt *obliqua mens* interpretari, niſi OBLIQVE.

a. *Lib. 3. de Pont. cap. 14.* b. *In 2. ad Theſſal. cap 2. p. 350. Edit. Baſil.* c. *Tom. 2. ὁμιλ. μα. εἰς τὸ κατὰ Ιωαν. pag. 726.* d. *In 2. ad Theſſal. Tom. 4. λογ. γ.* e. *In 2. Theſſal. cap. 2. Edit. Baſil. pag. 159.*

f. *Lib.*

f. *Lib.3. de Pont. cap. 14.* g. *Lib. 8. hiſt. natur. cap. 33.* h. *Lib. de Reſurrect. carnis. cap. 24.* i. *Lib. 7. diuin. Inſtit. c. 17.* k. *In cap. 11. Zachar. in fin.* l. *In c. 11. Daniel. Edit. Colon. p. 725.* m. *In 2. ad Theſſ. cap. 2. To. 2. p. 342. Edit. Colon.*

CAPVT XXXVI.

AN PONTIFEX ROMANVS ſeſe pro Deo venditet?

1. ACHillem argumentorũ collocat Prædicans in capite vnam ſanctam, vt id euincat, Ex quo Bonifacij VIII. verba ita refert pag. 60. *Subeſſe Romano Pontifici*, OMNI CREATVRAE *declaramus, definimus, & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis.* Vnde in hunc modum demonſtratiuè argumentatur Philoſophus noſter.

Cuicunque omnis creatura ſubeſt, ille vel eſſentialiter, vel perſonaliter eſt Deus. Papæ omnis creatura ſubeſt, vt patet ex dicto c. Ergo papa vel eſſētialiter, vel perſonaliter eſt DEVS.

2. Hîc verò Thummius, vt cum Pindaro apud Philonem a. loquar, *Genium quendam ſe exiſtimat, tranſcendens natura*

naturæ humanæ terminos. Vno enim hoc telo omnibus Catholicis *animam* putat ſe excuſiſſe, ſed VIVIMVS Thummi, nunquam magis extra teli iactum poſiti, quam cum Tu iacularis. Ego verò, vt res ordine tranſigatur

AIO I. Te ingens, enorme, immane CRIMEN FALSI commiſiſſe, ita vt ſi Archilochus quiſpiam rediret, qui hoc ſcelus tuum pro grauitate depingeret, laqueum cum Lycambe quæreres. Quid enim? Auſu' tu *temerariâ manu* Pontificis verba adulterare? Pontifexne *omnem creaturam* ſibi ſubiectam declarauerit? definiuerit? pronuntiauerit? Recitabo ego Pontificis verba. Orbis vniuerſus arbiter eſto. *Porrò ſubeſſe*, inquit Pontifex, *b.* Romano Pontifici OMNI HVMANAE CREATVRAE *declaramus, definimus, & pronuntiamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis.* Vbi iam es Prædicans? Neruus totius ſententiæ à voce HVMANA dependet. Hanc tu penitus eiecisti, eliminaſti mereceris vt proiecti pudoris te hominem dicerem, an quid aliud? ſed parco. Quid merueris, alij decernant.

Notabile crimen falſi.

Z

nant. Ego pœnam aliam non expeto; quam vt omnes mortales ſciant. THEODORVM THVMMIVM facinus hoc auſum fuiſſe.

Quibus imperare poſſit Pontifex.

AIO II. Nullam tibi facinoris huius excuſationem ſupereſſe poſſe. Nam *primò*. Tu ipſe in Iubilæo tuo Antichriſto c. citata Pontificis verba *integrè* allegas, credo tanti ſceleris *pœnitentiâ* ductus. *Secundò*, vt daremus vocem HVMANAE in exemplari aliquo non reperiri, an non ſequentia verba (DE NECESSITATE SALVTIS) euidenter oſtendunt, loqui Pontificem LIMITATE de illis tantum creaturis, quæ SVB NECESSITATE SALVTIS ad aliquid faciendum adigi poſſunt? Quis autem niſi inſanus, *terræ, mari, aëri, beſtÿs, plantis, ſaxis* SVB NECESSITATE SALVTIS, ſeu vitæ æternæ amittēdæ aliquid imperet? Et tamen Tu vix auditâ impudentiâ tam in *Maiore*, quam *Minore* OMNEM CREATVRAM ILLIMITATE pro *terrâ, aëre, homine, beſtÿs, ſaxis, &c.* adhibes; Scilicet ex Pontifice DEVM alioqui non facturus, niſi prius OMNEM CREATVRAM corrupiſſes.

AIO

AIO III. Quando Pontifex affirmat, *omnem humanam creaturam ſub neceßitate ſalutis Romano Præſuli ſubeſſe debere*; rectè omninò, & verè illum hoc affirmare. Cum enim extra verum, & vnicum Chriſti ouile ſalus non ſit, Pōtifex autem IN PETRO Chriſti oues PASCERE iuſſus fuerit, neceſſariò ſequitur, qui ſaluus eſſe velit, ei & intra HOC OVILE, & SVB HOC PASTORE viuendum eſſe, quod fuſius demonſtrare loci huius non eſt.

Quare homines Pontifici obtemperēt.

Ioan. 21.

AIO IV. Ex hoc ipſo euidenter ſequi, cum pontifex ipſe fateatur, I. *eſſe ſe tantum Chriſti Vicarium*, II. *Supremum, & abſolutũ, & independens dominium in humanam creataturam ſoli Deo conuenire.* III. *ſe à Deo iudicari poſſe*, IV. *omnem quam habet, poteſtatem à Deo ſe accepiſſe.* V. *In reliquas creaturas non maiorem ſibi, quam cuiuis alij poteſtatem eſſe, vtpote qui pro auertendâ peſte, fame, morbis, tempeſtate, ſterilitate, &c. inundatione &c. æquè vt alij ſupplex Deo accidat.* Cùm inquam hæc, & innumera talia, ipſi pontifices in Bullis, epiſtolis, decretis vltrò, & toties fateantur, malignisſimus profectò

ex. Pontificis verbis rectè deducitur eũ Antichriſtrũ dici non poſſe.

fectò *cæcus* ſit, qui non *videat*, eos DIVINITATEM ſibi nullo modo vendicare. Thummius non *videt*, ne *videat*.

AIO V. Sepoſitâ immani prædicantis calumniâ,; totum nihilominus Prædicantis ſyllogiſmum *ſtramineum* eſſe, quod demonſtro ſimilem ſtatuendo.

Ex Thummij dictis ſequitur Adamum fuiſſe Deum.

Cui omnis creatura animalis ſubeſt, & ſimul terra, aqua, aër, creaturæq; quæ in terrâ, aquâ, aëre degunt; ille vel eſſentialiter, vel perſonaliter eſt Deus.

Adamo omnis creatura animalis, ſimulque terra, aqua, aër, creaturæq;, quæ in terrâ, aquâ, aëre degunt, ſuberant.

Ergo vel eſſentialiter, vel perſonaliter fuit Deus.

Maior hæc tam vera eſt, quam tua.

Minor ſcripturæ eſt, ſecundum explicationem Lutheri, *d.* vbi in terminis docet, *Adamum habuiſſe dominium in omnes creaturas animales; fuiſſe rectorem terræ, aquæ, aëris, dominatum fuiſſe creaturis, quæ in terrâ, aquâ, aëre degunt.*

Conſequentia tua.

3. Viden ergo huic tam craſſo mendacio tuo nec *ingenui*, nec *ingenij* quicquam

quam ſubeſſe, *vt planè appareat*, liceat verbis S. Hieronymi *e.* vti, VOLVNTATEM *te habere mentiendi,* ARTEM *nõ habere.*

a. *lib. de Charitate circa finem.* b. *Extrauag. de Maiorit. & ibid. Edit. Lugdun. 1584. p. 212.* c. *Edit. Tubing. 1625. p. 9.* d. *T. 6. Lat. Edit. VVitt. 1556. in cap. 1. Gen. p. 15. & 16.* e. *lib. 3. adu. Ruff. c. 2.*

CAPVT XXXVII.

AN ECCLESIA ACCIPIAtur pro loco, in quo fideles conueniunt?

I. NEgat Prædicans fidenter, & pro ſe citat S. Cyrillum Alexandrinum, Gerſonem, Iſidorum peluſiotam. CYRILLI *a.* verba ita refert. *Cum Eccleſiam dicimus, nõ circuitui murorum vim huius dictionis accomodamus, ſed piorum potius in eâ multitudinem ſanctiſſimam ſignificamus.* GERSONEM *b.* ita loquentem facit. *Non ſumitur Eccleſia pro templo materiali, quod ædificare melius poteſt Latomus, quam Theologus, ſed conſideratur Eccleſia, vt eſt inſtituta à Chriſto ſuper petram fidei.* PELVSIOTAE *c.*

 lon-

longiſsimam epiſtolā adducit. Summa eſt. *Aliud eſſe templum, aliud Eccleſiam. Templum* (ἐκκλησιαςήριον) *ex lapidibus, & lignis conſtare. Eccleſiam* (ἐκκλησίαν) *ex immaculatis animis: ſicut aliud eſt* θυμιατήριον, *aliud* θυμίαμα *&c.* Atque hoc eſt triſulcum illud fulmen, quod contra Eccleſiam Tubingenſis torſit Iupiter.

2. Ego duo breuiter Thummium docebo. *Primò*, quem ſenſum habeant hæc Doctorum verba. *Secundò* hos ipſos Doctores vocem *Eccleſia*, pro *tēplis materialibus* vſurpare.

3. Ad PRIMVM quod attinet, fundamenti loco præmitto, vocem ECCLESIAM apud orthodoxos, vt apud Bellarminum *d.* videre eſt, tum *pro cœtu fidelium*, tum *pro loco in quo cœtus ille conuenit*, vſurpari, ſicut vocem *ciuitas* & *concio* Rhetores accipiunt: potiorem tamen, & nobiliorem ſignificationem eſſe, cum ipſum populi cœtum intelligimus. Hoc ſuppoſito AD S. CYRILLVM *Reſpondeo*, eum expreſsè de *potiori* ſignificatione loqui, vt ipſa vocula POTIVS demonſtrat, quaſi diceret, *cum Eccleſiam dicimus, non ſiſtimus in conce-*

Defenditur S. Cyrillus à Thummij calumnijs.

ptu Ec-

ptu Eccleſiæ materialis, & murorum, ſed potius, tanquam nobilius ſignificatum, ipſam piorum ſanctiſſimam multitudinem, quæ in illis materialibus Eccleſiis conuenit, ſignificamus. Atque hunc genuinum S. Cyrilli ſenſum eſſe totus diſcurſus, quem illo loco habet, euidenter demonſtrat. Thummius verborum ſenſum, vel nõ *perſpexit*, vel quod credibilius, nec quidem *inſpexit.*

4. Venio ad GERSONEM. cuius verba PER CRIMEN FALSI ita prædicans deſtruxit, vt nobis non *Theologũ*, ſed *Latomum* repræſentaret. Res ita habet. Diſputat illo loco *e.* Gerſon DE ECCLESIAE POLITIA, vt autem ſciret lector de vtrâ *Eccleſiâ*, ageretur, *materialíne*, an *ſpirituali*; hæc verba ſubijcit. *Non ſumitur* HIC *Eccleſia pro templo materiali, quod ædificare melius poteſt Latomus, quam Theologus &c.* quaſi diceret, *Non diſputo hoc loco de conſeruatione Eccleſiæ materialis, de hoc enim rectius loqui poterit Latomus, quàm Theologus: ſed de illâ ſpirituali Eccleſiâ loquar, quæ ſupra fidei Petram à Chriſto inſtituta eſt, de illius politia, poteſtate, &c. mihi ſermo.* Videamus iam Item Gerſon.

facinus Thummianum. Neruus omnis pendebat è particula Hîc. Hunc neruum audax *Thummij* dextera præſcidit. quaſi Gerſon *illimitatè* affirmaret, *non ſumi Eccleſiam pro templo materiali*, cùm tamen in terminis *limitatè* dicat, *non ſumi* HÎC, *hoc nimirum loco:* poteſt profectò Thummi *Ioannes Gerſon* ijſdem verbis te affari, quibus cum ſimile facinus feciſſes, Mentzerus te allocutus eſt. *Dicam*, ſcribit Mentzerus f. *quod res eſt, nunquam fore credidi, vt in hominem Theologum caderet tanta licentia* PERVERTENDI ALIORVMM VERBA, ET SENTENTIAM; *quâ id apud me* THVMMIVS *effecit, vt quam de ipſo conceperam virtutis, & eruditionis opinionem, omnem deponere iuſtum, & æquum cenſeam.* Sed progredior ad

Item Pelu-ſiota. 5. PELVSIOTAM. Reprehendit is eleganti vocum luſu Euſebium, quem ait ἐκκλησιαϛήριον μὲν οἰκοδομεῖν, καὶ πολιτελέσι μαρμάροις κοσμεῖν, τὴν δ' ἐκκλησίαν καθαιρεῖν σκανδαλίζοντα πολλούς. Subiecit dein' ἄλλο εἶναι ἐκκλισίαν, καὶ ἄλλο ἐκκλησιαϛήριον, quaſi dicat: *Tu quidem Euſebi Eccleſiam* MATERIALEM *magnificè exſtruis,*

ſtruis, interim Eccleſiam SPIRITVALEM *malo vitæ exemplo deſtruis; atqui ſcire debes, aliud eſſe Eccleſiam ſpiritualem, aliud materialem, &c.* Sed quid, oro te, inde deducis Thummi? AN quia Peluſiota hoc loco ECCLESIAM pro *ſpirituali Eccleſiâ* ſumit, negat abſolutè pro *materiali* accipi poſſe? Bellè. Ergo quando Peluſiota ſumit ciuitatem pro *communitate*, negat abſolutè pro *ipſis mænibus, & ædificijs* accipi poſſe? AN quia opponit Peluſiota ἐκκλησιαστήριον Eccleſiæ? Eruditè. Ergo ſi de flagitioſo aliquo milite dicam, eum πολιστήριον quidem egregiè *defendere*; πόλιν interim ſceleribus ſuis *deſtruere*; negem propterea πόλιν aliâ vice *pro manibus ipſis, & domibus* accipi poſſe? AN quia ἐκκλησιαστήριον non poteſt in aliâ oratione *Eccleſiã* ſignificare? Ego hîc litem non moueo. Vnum hoc te ſcire volo, ipſum *Rittershuſium g.* tuum hæc *Peluſiotæ verba* ἀκρήστοις λίθοις ἐκκλησιαστήριον κτίζεις ita vertiſſe. *Inutilibus Saxis* ECCLESIAM *extruis*, ſed ſiſto hîc. VIDISTI quam nihil omnino contra nos faciant Cyrillus, Gerſon, Peluſiota. Sumunt

Eccleſia iam pro cætu, iam pro loco accipitur.

munt ipſi aliquando ECCLESIAM pro *ſpirituali* Eccleſia, & quandoque ita ſumimus. Nunc.

Ex ijſdem Patribus oſtenditur.

6. AD SECVNDVM, progredior, & demonſtro eoſdem Doctores *pro nobis* ſtare, & vocem ECCLESIAM, pro MATERIALI Eccleſiâ, non rarò in terminis vſurpaſſe.

S. Cyrillus Alexandr. *h.* cum illa S. Pauli verba recitaſſet, ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, *an Eccleſiam Dei contemnitis?* hæc ſubijcit. ἀλυσιτελὲς δὴ οὖν ὁρᾶται πανταλοῦ, τὸ τοῖς θείοις οἴκοις καταχρῆσθαι τολμᾶν, ὡσανεὶ καὶ τοῖς κοινοῖς καὶ τοῖς ἑκάστῳ προσήκουσιν ἰδικῶς. Vbi euidenter apparet, quod S. Paulus ἐκκλησίαν, hoc S. Cyrillum θεῖον οἶκον DIVINAM DOMVM nominare: quid hic ais *Græcule?* SED audi eundem, *i.* cum dixiſſet *omni nequitiâ maius eſſe, ebrios* ἐν αὐτῇ ἐκκλησίᾳ ὁρᾶσθαι, cauſam ſubijcit; quia οἱ τοῦτο δρῶντες, ἀκούσονται Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς, μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκός μου; vbi rurſus ad oculum patet, quam ante ECCLESIAM dixerat, poſtea DOMVM DEI appellare, ex quâ ebrij faciunt *ſpeluncam latronum.* Quomodo hæc placent?

7. AD

7. Ad Gersonem venio. Quem Ecclesiam pro *materiali Eccleſiâ* accepiſſe tam certum eſt, quàm te particulam Hîc expunxiſſe. Sufficiet huic vnum, aut alterum à Gerſonis telo vulnus. Loquẽs Gerſon de *k.* Deiparâ. *Cõtemplabatur*, inquit, *non eſſe indignum, ſed digniſſimum videri Angelicũ ſpiritibus, viſitare præſentialiter* Ecclesias, *in quibus celebratur, vel ſeruatur* Evcharistiae *Sacramentum*. Nonne collabaſcis ab hoc ictu? Sed antequam & oculos, & auditum perdas, en alterum locum *l. Quid aliud*, inquit, *videntur prædicare imagines omnes* in Ecclesia *ante, quaquauerſum, ſupra, ſubtus, & in lateribus, &c. niſi leuemus ſurſum corda, &c.* Parco iam, ne animam penitus exſpires. Nam & Peluſiotæ audientia danda eſt.

8. Quid ergo Pelvsiota? Κτίζεις, inquit, *m.* *ὡς φάσιν, ἐκκλησίαν ἐν πηλουσίῳ λαμπρὰν μὲν τοῖς μηχανήμασι*, &c. quæ verba ſic & Billius, & ipſe Rittershuſius tuus latinè reddidit. *Condis*, vt aiunt, Ecclesiam *in Peluſio machinis quidem, vt molitionibus luculentam, &c.* An non iam omnes diras Peluſiotæ Monacho

nacho imprecaris? Sed audi eundem *n.* ECCLESIAM pro TEMPLO vſurpantem. Χάρτην ὑμῖν οἱ πολῖται πεπόμφασι, προσπαγέντα τῆς ἐκκλησίας ὡς ἔφησαν, πρὶν ἐπιβῆς τῆς πόλεως, ὃς καὶ ἀπολογίας πάντας γυμνοῖ, καὶ τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ φυγῆς. Interpretes citati ita vertunt. *Chartam nobis ciues miſerunt pro* ECCLESIAE *foribus fixam, vt inquiebant, antequam vrbem ingredereris, quæ & omnibus purgandi ſui poteſtatem adimit, & perfugium* IN ECCLESIAM *claudit.* En verſibus in quatuor vocem bis allatam. Placétne Thummi & tertium locum audire? ἡ ἐκκλησία, inquit, *o.* οὐκ οἵα βοηθεῖν. Citati ita Latinè reddunt, *nec* Eccleſia *opem huic malo ferre poteſt*, in quæ verba ita Rittershuſius tuus *p. videlicet denegato* AD EAM *perfugio, ſiue Aſyli iure violato.* Deſcribit enim Peluſiota Cyrenij ducis iniquitatem, qui, vt ante meminerat, *fixâ pro* ECCLESIAE *foribus chartâ, omne* IN ECCLESIAM, *tanquam ad aſylum, perfugium ademit.* Quid iam, obſecro, dum hoc lectitas Thummi, *agis?* annon *animam?* Sed reuoca fugientem pauliſper animam. Adſunt enim *Centuriatores*, qui moribundo

bundo tibi vltima hæc *conſolationis* verba inſuſurrant. Auſculta. *In Aſia,* inquiunt, *q. certos fuiſſe cœtuum locos, quos* ECCLESIAS dixerint, *ex Euſebio, Tertulliano, Origene, Cypriano,&c.* conſtat. Núc ergo Thummio exequias ite, qui poſſunt. Ad plures abijt vbi non tantum *fictos,* vt Menzerus de ipſo loquitur, ſed *veros*

Imo proflabit pectore ronchos.

a. *lib.4.in Eſa.orat.4.p.332.* b. *de poteſt. Eccl. conſiderat.13.* c. *lib.2.epiſt.245. pag.210.edit. Rittersh.* d. *lib.de Eccleſiâ milit. c.1.* e. *part.1.tit.de poteſtate Eccleſ. Conſider. 13. lit.11. Edit. argent. 1494.* f. *parte 1.hiſtor. controu.Tybing. p.63.edit. Gieſſ.1624.* g. *lib.1.epiſt.Peluſiotæ, epiſt.113.* h. *in cap.2.amos.p. 541. edit. Græcolat. Ingolſtad.1607.* i. *ibid.pag.543.* k. *part.3. tract.9 ſuper Magnificat.lit.h.* l. *part.2 ſerm. de vitâ Clericorum lit.k.* m. *lib.1.epiſt.37.p.10, edit Rittersh.* n. *lib.1.epiſt.174.p.43.* o. *lib.cit.epiſt.178.p.44.* p. *in notis ad lib.1.epiſt.178.* q. *centur.3.cap.6.p.120. Edit Baſil.1559.*

Capvt XXXVIII.

TVBINGÆNE AN ROMÆ homines ſceleratiores?

1. TVbingenſium innocentiã valde defendit prædicans; negat enim pag. XLVIII. Tubingæ ſic à ſuis peccari, ſicut Romæ à noſtris. Mendacium hoc *ego* non refuto. Facit id luculenter *meo loco* Lutherus ipſe, ex cuius verbis ita argumentor.

Ignoſcant Tubingenſes.

Vbicunque verbum Dei *purè docetur, & prædicatur, ibi homines ſunt ſceleſtiſsimi.*

Atqui non Romæ, ſed Tubingæ verbum Dei *purè docetur, & prædicatur.*

Ergo non Romæ, ſed Tubingæ homines ſunt ſceleſtiſsimi.

Lutheri verba affero non mea.

Minor Thummio tam certa eſt, quam eum Tubingæ Decanum eſſe.

Maiorem, in quâ neruus ſyllogiſmi, ad verbum ex Luthero demonſtro. Ita loquitur. *a. Omnibus ætatibus à mundi exordio,* vbi *D*ei *verbum purè docetur, & prædicatur,* ibi *homines* scelestissimi *ſunt, & maxima, ſumméque abominanda regnant ſcelera, &c.* Subijcit dein,

dein, *ſic & noſtro tempore homines admodum proiectè impuri, longeq́ auariores,* QVAM VNQVAM ANTE FVERVNT. *Mendico nec obolum erogant, &c.* En ſanctulos *Tubingenſes* ! Quid iam mirum, ſi ex tot *clauſtris* eò confluant? Nimirum, quia *inter Catholicos* verbum DEI *purè* non prædicabatur, non poterant eſſe *proiectè impuri,* TVBINGAE poterunt. Hæc de Tubingenſibus è Lutheri ſententia: quales ſint, DEVS olim oſtendet. Tubinga cur apoſtatis aſylum?

2. *Aurifaber in Colloq. menſal. Luth. Edit. Germ. Francofort. 1571. tituto de verbo* DEI, *pag. 5.*

CAPVT XXXIX.

AN GERSON CATHOLICORUM miracula Fabulas eſſe doceat?

1. VT oſtēdat Thumius Catholicorum miracula fabulas eſſe, adducit in eam rem Gerſonis authoritatem, cuius verba ita recitat. *In hiſce legendis plus ad deuotionem, quàm ad infallibilem veritatem reſpici, & potius id perſcriptum eſſe, quod pia recogi-*

tatione

tatione fieri potuit, quam quod factum eſt. Ne verò quis fraudem Thummij deprehenderet, datâ operâ locum addidit nullum. Sperabat enim, me quatuor Tomorum *mole* perterritum, non indagaturum vlterius. Sed perijt miſerè Prædicans. Notior *nobis* Gerſon eſt, quam *ipſi*. Deprehenſa fraus eſt. Producamus.

2. Diſputat in primâ parte *a.* Gerſon *de gradibus veritatum credendarũ*, vbi de ſexto gradu eruditè in hunc modum diſſerit. *Reſpicit iſte gradus legendas, & miracula ſanctorum, vitas patrum, viſiones deuotarum perſonarum, recitationes, & opiniones ſacrorum Doctorum, quæ omnia ſuſcipit Eccleſia, & legi permittit, non quod determinet talia de neceſſitate ſalutis eſſe credenda, ſed quia proficiunt ad commouendos affectus fidelium, & in ædificationem ipſorum,* DVM IN TALIBVS NIHIL DE CERTITVDINE SCITVR ESSE FALSVM; *quamuis etiam neſciatur illud certitudinaliter eſſe verum, quod oportet, nec vt tale credendum proponitur. Ita quod magis hîc attenditur, id, quod* PIA RECOGITATIONE *fieri potuit, quàm quod factum eſt.* ET *hoc apud Oratores*

Aliud ſunt miranda, aliud orationes in geſtis ſanctorum recitatæ.

ratores creberrimum reperitur, qui ex aliorum perſonis dicunt ea, non quæ perſonæ dixerunt, ſed quæ dicere potuerunt, ſicut in legenda B. Agnetis, & B. Sebaſtiani, & ſimilium continetur. Hæc doctè, & vere Gerſon.

3. Ego vnam, aut alteram Thummij impoſturam detego. *Primò* maculam inurere vult Prædicans Eccleſiæ, quaſi *abſolutè* legendas reciperet, cùm tamen Gerſon notanter addat, eas tantum recipi, *in quibus nihil de certitudine ſciatur eſſe falſum. Secundò* totam vim ponit Prædicans in ijs verbis, *potius id perſcriptum eſſe, quod piâ recogitatione fieri potuit, quàm quod factum eſt.* Quaſi iſta verba ad omnia ſe extendant, etiam ad miracula. *Atqui* ex toto Gerſonis diſcurſu euidens eſt, eum neutiquam *ad miracula* illam ſentētiam trahere. TVM quia ſtatim ſeipsū clarè explicat, allato de oratoribus, & Beata Agnete exemplo, quaſi dicat, *in ſimilibus orationibus, quas legendæ Sanctis adſcribunt, potius authores ſpectaſſe, quid piâ recogitatione fieri, & dici à Martyribus potuit, quam quod factum, aut dictum eſt.* TVM quia expreſsè addit hæc verba PIA RE-

Vindicatur Gerſon ab iniuria.

COGITATIONE, &, vt paulò ſuperius dixerat, *probabiliter*. Quis autem pius *ſine graui fundamento, & morali certitudine* perſuadeat ſibi, *tot v. g. mortuos ab vno Sancto excitatos, tot ab altero cæcos illuminatos; montes ſolo verbo translatos, &c?* At ſanctum aliquem in tali, vel tali caſu, *ita Deum oraſſe, ita ſecum deliberaſſe, ita Tyrannos allocutum eſſe, &c.* facilè quiſq; ſibi perſuadere poteſt. Eſto omnium circumſtantiarum *demonſtrationes* non habeat. Loquitur ergo Gerſon de illis tantùm rebus, ad quarum veritatem, *ſine alio fundamento*, ſufficere poteſt *pia recogitatio*, ſeu pium prudentis hominis iudicium. Ad miracula autem *piam eiuſmodi recogitationem* ſufficere, nullus Catholicorũ vnquam docuit. Iuratis teſtibus, aut *æquiualenti fundamento* opus eſt, vt miraculum pro *authentico* ab Eccleſiâ recipiatur. Vides ergo te talia Gerſoni *affinxiſſe*, qualia nec *ſcripſit* ipſe, nec *pia recogitatione* ſcribere potuit.

4. Sed audi ipſummet Gerſonem, quid de te *legendas, hiſtorias, & miracula Sanctorum* nihili pendente

ſentiat.

ſentiat. *Quo pacto*, inquit, *b.* ABSQVE TVMIDA ELATIONE SPIRITVS, *poßit aliquis geſta, legendas, & miracula Sanctorum nihili pendere*, EGO NON INTELLIGO. Intelligis hæc Thummi?

a. *Titulo. quæ veritates ſint credendæ de neceßitate ſalutis. lit. g. Edit. argent. 1494.* b. *part. 2. ſermone in cœna Domini pro humilitate. lit. x. Edit. cit.*

CAPVT XL.

AN SANCTVS BERNARdus dicat Nullum à ſe miraculum editum?

1. DE ſancti Bernardi miraculis graues authores admiranda referunt. Thummius meus vt hæc omnia *fabulis* adnumeret, ipſum S. Bernardum teſtem producit, quem bis de ſe ait affirmaſſe, *nullum à ſe miraculum editum*. Affirmaſſe autem hoc *in ſerm. de S. Benedicto, & ſerm. 1. de aſcens.* Verba ipſa Thummius non recitat, quia procul dubio nec ille *author*, cui hæc Thummius *furatus* eſt, *recitauit*.

2. Ego vt ruborem excutiam homini

mihi tria breuiſsimè afferam. PRIMO prædicante ingens CRIMEN FALSI admiſiſſe; dum ſancto viro has voces affingit, quas nec in *allegatis locis*, nec *in omnibus eius operibus* reperire eſt. Nec ab hoc *falſi crimine* ſe expediet prius prædicans, donec hæc verba (quæ ipſe peculiari charactere imprimenda curauit) NVLLVM A SE MIRACVLVM EDITVM, in terminis in S. Bernardo oſtendat: oſtendet autem ad Græcas Kalendas.

Crimen falſi.

Affinguntur S.Bernardo, quæ non dixit.

SECVNDO. Non ſolum verba, in citatis à Thummio locis, non extare, ſed nec *vmbram* quidem de tali ſenſu. nam in ſerm. de S.Benedicto, *a.* cum dixiſſet, appoſiturum ſe fratribus ſuis *tres panes* à S.Benedicto acceptos, *ſanctitatem nimirum eius, iuſtitiam, & pietatē*, ſub ſanctitate autem *miracula* quoque cõprehendiſſet; ita eos affatur. *Sed quomodo tibi appono eius miracula? nunquid vt miracula facere velis? nequaquam; ſed vt miraculis eius innitaris: videlicet vt confidas, & gaudeas, quod ſub tali poſitus es paſtore, quod tantùm meruiſti habere patronum: omnino enim valde potens eſt in cœlis* (ſanctorum in cœ-

Sanctorum in cœlo efficacia.

in cœlo patrocinium) *qui tam magnus, & potens extitit in terris*, &c. Subijcit dein. *Sic ergo licet non habeamus noſtra, conſolatio magna nobis eſſe debent patroni noſtri miracula.* Quaſi dicat S. Bernardus. *Non eſt opus ô Religioſè* (hunc enim alloquebatur, non ſeipſum) *vt & tu miracula facias, ſatis tibi ſit, ſub eius potenti è cœlo patrocinio viuere, quem tam potentem in terris patronum miracula oſtenderunt.* Atque hic eſt genuinus horum verborum ſenſus. Sed quid ad Thummium genuinus S. Patris ſenſus? S. PATER EST, NON LEGITVR.

3. Alter S. Bernardi locus tam longè diſtat à Thummij ſenſu, quam Cataium Tubingâ: obijcit enim ſibi ipſi S. Pater miracula in hunc modum, *b. Quis inquam dæmonia eijcit, linguis loquitur nouis, ſerpentes tollit? Quid ergo?* SI NEMO HAEC HABET, AVT PERPAVCI NOSTRIS VIDENTVR HABERE TEMPORIBVS; *aut nemo ſaluabitur, aut hi ſoli, qui his muneribus gloriantur?* &c. Quæro iam ex meo prædicante, ex quibus verbis colligat, S. Bernardum miraculorum donum ſibi negare? an ex illis, SI NEMO HAEC

prilis, & Nicolaus Serarius lib. 2. Litaneutici, quæſt. 20: vbi pro ſolo S. Georgio ad triginta orthodoxorum teſtimonia proferuntur. Ego vixiſſe S. GEORGIVM, & MARTYRIO coronatum, teſtes producam ipſoſmet proteſtantes, quos Thummius reij cere, vt maximè volet, nec poterit tamen, nec audebit. Ergo.

S. Georgium fuiſſe Chriſti Martyrem teſtantur ipſi ſectarij.

I. 2. De S. GEORGIO MARTYRE teſtes ſunt PRIMO Magdeburgenſes a. Celebris, inquiunt, inter Martyres eius temporis GEORGIVS fuit, natione Cappadox. Is adoleſcens in dæmones gentilium acriter inuectus erat, Imperatorumq́ impietatem deriſerat; captus igitur in carcerem, & vincula conijcitur, mox vngulis acutis laniatus, calce ardenti aduſtus, fidiculis diſtractus, mucronibus mēbratim diſſectus, in quibus omnibus tormentū conſtantiam generoſo Martyre dignam declarauit, ac gladio tandem percuſſus eſt. Niceph. l. 7. c. 15.

II. SECVNDVS David Chytræus b. GEORGIVS Cappadox, inquit, tribunus militum, & Martyr, carcere, cæde, fame, vinclis, ſiti, frigore, flammis confeſſus Chriſtum, duxit ad aſtra caput, ſub Diocletiano Imp. 23. aprilis.

III. TERTIVS Matthæus Dreſderus c. GEOR-

GEORGIVS, inquit, *græcè γεωργὸς, primū fuit tribunus militum, ex Cappadocia oriundus: poſtea Martyr factus eſt ſub Diocletiano Cæſare, cum gentium Deos acriter impugnaſſet, &c.*

QVARTVS. *Henricus Pantaleon* d. *Sebaſtianus,* inquit, *ductor cohortis,* GEORGIVS, *Eraſmus, vitus, &c. pro fide Catholicâ Martyrio coronantur.* IV.

QVINTVS Theophilus Lebeus e. GEORGIVS, inquit, *Cappadox Tribunus militum, &* MARTYR *ſub Diocletiano.* V.

SEXTVS *Gaſpar* Goldtwurm/ f. GEORGIVS, ait, *ſub Diocletiano militem egit, & ſub eodem* OCCISVS EST. VI.

SEPTIMVS. *Sebaſtianus Franckh,* g. inter *ſanctos* (ſic enim vocat) qui ſub Diocletiano paſsi ſunt, recēſet, Georgium den Ritter. VII.

3. Hæc, Thummi, pro S. Georgio ſeptemuiri tui; quos *mendacij* arguere non poteris, niſi *nouum* committas. Quod verò *Chytræus, Dreſderus, Lebeus* narrationem de *dracone* interfecto nō *hiſtoricè,* ſed *allegoricè* accipiendum putant, litem illis non mouebo. Cenſuerunt idem ante illos non pauci ex

noſtris, quos inter & Cardinalis *Baronius* h. eodemque modo *Gelaſius* Pontifex intelligendus i. Ineptè tamen ex hoc quis concluderet, non vixiſſe S. GEORGIVM, *quia* quædam illi adſcribuntur, quæ non patrauit, ſicut ridiculè quis argumentaretur, & Thūmiano more.

Menzero multa affinxit Thummius, quæ non patrauit.

Ergo non vixit Menzerus.

a. *Centur.4.cap.12. pag.1405.* b. *in onomaſtico Theologico pag. 849.* c. *de feſtis diebus pag. 68.* d. *in Chronograph. Eccleſiæ pag. 25.* e. *in onomaſtico Theologico litera g.* f. *in Calendario Eccleſiaſtico pag. 104.* g. *in Chronico ad Melchiadem. 33. Pontificem pag. 25.* h. *in notis ad Martyrologium ad 23. April.* i. *Can. ſancta Romana Eccleſia diſt. 15.*

CAPVT

CAPVT XLII.

AN S. CHRISTOPHORVS & in rerum natura, & Martyr fuerit?

I. S. Chriſtophorum & in rerum naturâ, & Martyrem fuiſſe negat p. LXX. Thummius à ſuiſmet Doctoribus refutatus.

Cur CHRISTOPHORO parcat *Chriſtomaſtix* Thummius. At vt orthodoxorum luculenta de hoc Martyre teſtimonia non adducam, & *lucem*, & *Martyrium* CHRISTOPHORO concedunt PRIMO ipſi *Magdeburgenſes a.* Qui cum dixiſſent, non videri ſibi *hiſtoriam*, quæ de tranſportatione peregrinorum, & pueruli Chriſti vulgo narrantur, hæc ſubijciunt. *Cæterum Chronicon quoddam Harmanni narrat*, CHRISTOPHORVM *incomparabilis magnitudinis, & virtutis virum hoc tempore in Samo ciuitate Lyciæ pro Chriſto mortem pertuliſſe, ac primum virgis ferreis attritum, deinde flammis exuſtum, ac ſagittis confoſſum, & tandem capite cæſum eſſe. Idem Bergomenſis habet.* Hæc *Magdeburgenſes.* qui

De S. Chriſtophori vita & Martyrio Hæreticorũ teſtimonia.

qui etiam vel hunc, vel alium CHRISTOPHORVM ſub Decio *b.* ponunt.

II. SECVNDO *Dauid Chytræus.* c. CHRISTOPHORVS, inquit, *in Lycia Euangelium de Chriſto propagaſſe, & capite truncatus eſſe ſub Diocletiano Imperatore ſcribitur.*

III. TERTIO. *Theophilus Lebeus,* d. CHRISTOPHORVS, inquit, *in Lycia Euangelium de Chriſto propagauit, & propterea capite truncatus eſt ſub Diocletiano Imp.*

IV. QVARTO. *Henricus Pantaleon.* e. *Theodorus miles*, inquit, *Coſmas, Damianus*, CHRISTOPHORVS *ob fidei confeſſionem vltimo afficiuntur ſupplicio.*

V. QVINTO. *Sebaſtianus Franckh,* f. MARTYRIBVS ſub Diocletiano paſsis adnumerat quoque CHRISTOPHORVM.

2. En quinqueuiros *tuos* contra *te.* Quod verò citati plerique imaginem CHRISTOPHORI geſtantis CHRISTVM puerum, non *hiſtoriam*, ſed hominis Chriſtiani *picturam* dicunt, negotium illis non faceſſo. Dicunt idem plurimi ex noſtris cum Cardinale Baronio, *g.* & bene meo iudicio: apud quem, vt & apud *Ioannem Molanum*, *h.* & Ni-

& *Nicolaum Serarium*. i. luculenta Catholicorum pro S. CHRISTOPHORO teſtimonia reperies, cum tuâ, ſi quid in te reliqui, erubeſçentiâ.

a. *Centur.4.cap.12.pag 1420.* b. *Centur. 3. cap. 12. pag. 202.* c. *In onomaſtico Theologico, pag. 808.* d. *in onomaſtico Theologico litera c.* e. *In Chronograph. Eccleſ.pag.25.* f. *In Chronico pag.175.b.* g. *In notis ad Martyrolog. ad 25. Iulij.* h. *lib.3. de imag. cap.27.* i. *lib.2.Litaneu. quæſt.20.*

CAPVT XLIII.

AN SYLVESTER II. fuerit Magus?

SYLVESTRVM II. Pontificem Romanum *Magis* adnumerat Thummius, pag. 85. idque ob authoritatem *Ioannis VVieri* Medici id affirmantis. Ad hanc mendacem calumniam Calumnia in Syluestrum. II.

1. RESPONDEO 1. Thummium perinde facere, dum ex *VViero medico* Syluestrum magiæ conuincit, atque ſi ego demonſtrare niterer, *Lutherum diſputa-*

ſputationes ſuas extra metam, & tramitem inſtituiſſe. Lutherum Pontificiorum plumis ſeſe texiſſe. Lutherum non habere ſolida ſuæ ſententiæ firmamenta. Lutherum de veritate incertum fuiſſe, &c. Idque probarem authoritate *Caſpari Peuceri medici*, id affirmantis *a.* atqui eam authoritatem reijciunt Theologi VVittebergenſ. *b.* Cauſam inter alias afferunt, *Tum quia Peucerus non eſt teſtis ἀντόπτης. Tum quia falcem hypocraticam immiſcet in meſſem Theologicam.* Vtramque hanc cauſam *VViero* applica, & causâ cecidiſti. VT taceam *VVieri* authoritatem, etiam hoc titulo, nec apud te quidem magnam eſſe poſſe; ipſe enim *VVierus* fatetur, *c.* fuiſſe ſe *diſcipulum venerandi præceptoris ſui Cornelij Agrippæ* (quem magis adnumeras *pag. 86. Apocalypt.*) imò, vt *Ioannes Bodinus d.* ex ipſo *VViero* oſtendit, nigrum illum Agrippæ canem (quem tu diabolum fuiſſe dicis) *VVierus* loro poſt Agrippam duxit, ipſeque tartareus moloſſus inter Agrippam, & VVierum *medius* cubuit. Viden' mi Prædicans, quàm egregium nobis teſtem adduxeris?

2. RE-

2. RESPONDEO II. *VVierum* tibi belliſsimè contradicere. Nam de eodem hoc *Syluestro* ita narrat VVierus *e. eum circa mortem pœnitentiâ ductum errorem ſuum deploraſſe, omnes ad benè, ſanctéque viuendum adhortatum reſipuiſſe, à Deóque locum veniæ ipſi relictum eſſe*, vnde & *Syluestrum* RESIPISCENTIBVS velut EXEMPLVM proponit. Ob quam reſipiſcentiam, etiam ipſe *Franciſcus Iunius f.* affirmat, *Syluestrum* meritò *laudari, tanquam optimum Pontificem, nempe & pium, & religioſum ipſius exitū.* Quid iam, oro te Prædicans, vel cogitari *lepidiùs* poteſt, quàm ipſum ANTICHRISTVM *circa mortem pœnitentiâ ductum reſipuiſſe, errorem deploraſſe, piè & religiosè deceſsiſſe?* Breui, vt video, ipſum *Luciferum* Martyrologio inſcribes. Vides quale tibi *pharmacum* VVierus *medicus* propinârit? Quod ſi ei *fidem* circa Sylueſtri *pœnitentiam* derogas, pari ego iure *fidem* ei circa eiuſdem *magiam* derogo.

Teſtis à Thūmio laudatus contra ipſum dicit.

Superi? quæ hæc portenta? Antichriſtus pœnitēs.

3. RESPONDEO III. Magiam *Syluestri* (viri verè docti, & pij) puram putam FABVLAM eſſe, quam orbi primus pro-

Sylueſter II. non fuit Magus.

HABET? at cur non potius contrarium deducit ex mox ſequentibus, AVT PERPAVCI NOSTRIS VIDENTVR HABERE TEMPORIBVS? vtraque propoſitio hypothetica: neutra abſoluta: neutra vel affirmans, vel negans.

Ego verò iam

4. TERTIO euidenter ex ipſis S. Bernardi verbis demonſtro, S. Patrem ingenuè miraculorum donum à Deo ſibi datum confeſſum eſſe. Audi ergo ipſummet de ſuis miraculis diſſerentem. *Plurimum miror quidnam ſibi hæc* MIRACVLA *velint, aut quid viſum ſit Deo talia actitare* PER TALEM. *Nil mihi videor in ſacris paginis ſuper hoc genere ſignorum legiſſe. Siquidem facta ſunt aliquando ſigna per ſanctos homines, & perfectos facta ſunt, & per fictos.* EGO MIHI *nec perfectionis conſcius ſum, nec fictionis. Scio enim ſanctorum mihi non ſuppetere merita, quæ miraculis illuſtrentur:* CONFIDO *autem nec ad eorum ſortem* ME *pertinere, qui virtutes multas in nomine Domini operantur, & à Domino ignorantur, &c.* Et poſt pauca. *Nihil ergo* MIHI ET SIGNIS ISTIS, *quandoquidem* MEAE *illa famæ potius, quàm vitæ nouerim exhiberi,* nec

S.Bernardus clarè indicat miracula à ſe patrari.

nec ad MEAM *fieri commendationem, ſed ad commonitionem potius aliorum.* An oro te prædicans, vel vox tibi iam reliqua? O ſi iam liceret mihi vultum tuum, dum hæc legis, contemplari? Profecto viderem te κύψαι ὥσπερ Τήλεφος σιωπῇ, καὶ δικαίως τοῦτό γε. Telephi inſtar caput tacitè dimittere & merito quidem, vt Amphis apud Athænæum loquitur.

a. *Edit. paris. 1602. pag. 21.* b. *pag. 202.* c. *apud Goſridum lib. 3. cap. 6. eius vitæ pag. 2050.* d. *lib. 6. Dipnoſoph. p. 224.*

CAPVT XLI.

AN S. GEORGIVS EXtiterit?

1. EGregius fabulator Prædicãs eum inter fabulas, refert, & p. LXX. ait *nunquam fuiſſe, nunquam talem aſpexiſſe.* Nolo ego hîc inuerecundũ prædicantis os authoritate Latinorum, Græcorumque Patrum, & Martyrologiorum obturare. Fecerunt id luculenter pridem *Cardinalis Baronius in notis Martyrologij, ad 23. A-*

prilis, *& Nicolaus Serarius lib.2. Litaneutici, quæſt.20.* vbi pro ſolo S. Georgio ad *triginta* orthodoxorum teſtimonia proferuntur. Ego vixiſſe S. GEORGIVM, & MARTYRIO coronatum, teſtes producam ipſoſmet *proteſtantes*, quos Thummius reijcere, vt maximè volet, nec *poterit* tamen, nec *audebit*. Ergo.

S. Georgium fuiſſe Chriſti Martyrem teſtantur ipſi ſectarij.

2. De S. GEORGIO MARTYRE teſtes ſunt PRIMO *Magdeburgenſes* a. *Celebris*, inquiunt, *inter Martyres eius temporis* GEORGIVS *fuit, natione Cappadox. Is adoleſcens in dæmones gentilium acriter inuectus erat, Imperatorumq́; impietatem deriſerat; captus igitur in carcerem, & vincula conijcitur, mox vngulis acutis laniatus, calce ardenti aduſtus, fidiculis diſtractus, mucronibus mēbratim diſſectus, in quibus omnibus tormentis conſtantiam generoſo Martyre dignam declarauit, ac gladio tandem percuſſus eſt.* Niceph. *l.7.c.15.*

I.

II. SECVNDVS *Dauid Chytræus* b. GEORGIVS *Cappadox*, inquit, *tribunus militum, & Martyr, carcere, cæde, fame, vinclis, ſiti, frigore, flammis confeſſus Chriſtum, duxit ad aſtra caput, ſub Diocletiano Imp. 23. aprilis.*

III. TERTIVS *Matthæus Dreſderus* c.

GEOR-

GEORGIVS, inquit, *græcè* γεωργὸς, *primũ fuit tribunus militum, ex Cappadocia oriundus: poſtea Martyr factus eſt ſub Diocletiano Cæſare, cum gentium Deos acriter impugnaſſet, &c.*

QVARTVS. *Henricus Pantaleon* d. *Sebaſtianus*, inquit, *ductor cohortis*, GEORGIVS, *Eraſmus, vitus, &c. pro ſide Catholicâ Martyrio coronantur.* IV.

QVINTVS Theophilus Lebeus e. GEORGIVS, inquit, *Cappadox Tribunus militum, &* MARTYR *ſub Diocletiano.* V.

SEXTVS *Gaſpar* Goldtwurm/ f. GEORGIVS, ait, *ſub Diocletiano militem egit, & ſub eodem* OCCISVS EST. VI.

SEPTIMVS. *Sebaſtianus Franckh*, g. inter *ſanctos* (ſic enim vocat) qui ſub Diocletiano paſsi ſunt, recẽſet, Georgium den Ritter. VII.

3. Hæc, Thummi, pro S. Georgio ſeptemuiri tui; quos *mendacij* arguere non poteris, niſi *nouum* committas. Quod verò *Chytræus*, *Dreſderus*, *Lebeus* narrationem de *dracone* interfecto nõ *hiſtoricè*, ſed *allegoricè* accipiendum putant, litem illis non mouebo. Cenſuerunt idem ante illos non pauci ex

 noſtris,

noſtris, quos inter & Cardinalis *Baronius* h. eodemque modo *Gelaſius* Pontifex intelligendus i. Ineptè tamen ex hoc quis concluderet, non vixiſſe S. GEORGIVM, *quia* quædam illi adſcribuntur, quæ non patrauit, ſicut ridiculè quis argumentaretur, & Thũmiano more.

Menzero multa affinxit Thummius, quæ non patrauit.

Ergo non vixit Menzerus.

a. *Centur.4.cap.12. pag.1405.* b. *in onomaſtico Theologico pag. 849.* c. *de feſtis diebus pag. 68.* d. *in Chronograph. Eccleſiæ pag. 25.* e. *in onomaſtico Theologico literag.* f. *in Calendario Eccleſiaſtico pag. 104.* g. *in Chronico ad Melchiadem. 33. Pontificem pag. 25.* h. *in notis ad Martyrologium ad 23. April.* i. *Can. ſancta Romana Eccleſia diſt. 15.*

CAPVT

Capvt XLII.

An S. Christophorvs & in rerum natura, & Martyr fuerit?

1. S. Chriſtophorum & in rerum naturâ, & Martyrem fuiſſe negat p. LXX. Thummius à ſuiſmet Doctoribus refutatus.

Cur Christophoro parcat *Chriſtomaſtix* Thummius. At vt orthodoxorum luculenta de hoc Martyre teſtimonia non adducam, & *lucem*, & *Martyrium* Christophoro concedunt primo ipſi *Magdeburgenſes a.* Qui cum dixiſſent, non videri ſibi *hiſtoriam*, quæ de tranſportatione peregrinorum, & pueruli Chriſti vulgo narrantur, hæc ſubijciunt. *Cæterum Chronicon quoddam Harmanni narrat*, Christophorvm *incomparabilis magnitudinis, & virtutis virum hoc tempore in Samo ciuitate Lyciæ pro Chriſto mortem pertuliſſe, ac primum virgis ferreis attritum, deinde flammis exuſtum, ac ſagittis confoſſum, & tandem capite cæſum eſſe. Idem Bergomenſis habet.* Hæc *Magdeburgenſes.* qui

De S. Chriſtophori vita & Martyrio Hæreticorũ teſtimonia.

qui etiam vel hunc, vel alium CHRISTOPHORVM ſub Decio *b.* ponunt.

II. SECVNDO *Dauid Chytræus.* c. CHRISTOPHORVS, inquit, *in Lycia Euangelium de Chriſto propagaſſe, & capite truncatus eſſe ſub Diocletiano Imperatore ſcribitur.*

III. TERTIO. *Theophilus Lebeus,* d. CHRISTOPHORVS, inquit, *in Lycia Euangelium de Chriſto propagauit, & propterea capite truncatus eſt ſub Diocletiano Imp.*

IV. QVARTO. *Henricus Pantaleon.* e. *Theodorus miles*, inquit, *Coſmas, Damianus*, CHRISTOPHORVS *ob fidei confeſſionem vltimo afficiuntur ſupplicio.*

V. QVINTO. *Sebaſtianus Franckh,* f. MARTYRIBVS ſub Diocletiano paſsis adnumerat quoque CHRISTOPHORVM.

2. En quinqueuiros *tuos* contra *te.* Quod verò citati plerique imaginem CHRISTOPHORI geſtantis CHRISTVM puerum, non *hiſtoriam*, ſed hominis Chriſtiani *picturam* dicunt, negotium illis non faceſſo. Dicunt idem plurimi ex noſtris cum Cardinale Baronio, *g.* & bene meo iudicio: apud quem, vt & apud *Ioannem Molanum*, *h.* & Ni-

& *Nicolaum Serarium*. *i.* luculenta Catholicorum pro S. CHRISTOPHORO teſtimonia reperies, cum tuâ, ſi quid in te reliqui, erubeſcentiâ.

a. *Centur.4.cap.12.pag 1420.* b. *Centur. 3. cap. 12. pag. 202.* c. *In onomaſtico Theologico, pag. 808.* d. *in onomaſtico Theologico litera c.* e. *In Chronograph. Ecclcſ.pag.25.* f. *In Chronico pag.175.b.* g. *In notis ad Martyrolog. ad 25. Iulij.* h. *lib.3. de imag. cap.27.* i. *lib.2.Litaneu. quæſt.20.*

CAPVT XLIII.

AN SYLVESTER II. fuerit Magus?

SYLVESTRVM II. Pontificem Romanum *Magis* adnumerat Thummius, pag. 85. idque ob authoritatem *Ioannis VVieri* Medici id affirmantis. Ad hanc mendacem calumniam — Calumnia in Syluestrum. II.

1. RESPONDEO I. Thummium perinde facere, dum ex *VViero medico* Syluestrum magiæ conuincit, atque ſi ego demonſtrare niterer, *Lutherum diſputa-*

ſputationes ſuas extra metam, & tramitem inſtituiſſe. Lutherum Pontificiorum plumis ſeſe texiſſe. Lutherum non habere ſolida ſuæ ſententiæ firmamenta. Lutherum de veritate incertum fuiſſe, &c. Idque probarem authoritate *Caſpari Peuceri medici*, id affirmantis *a.* atqui eam authoritatem reijciunt Theologi VVittebergenſ. *b.* Cauſam inter alias afferunt, *Tum quia Peucerus non eſt teſtis ἀντόπτης. Tum quia falcem hypocraticam immiſcet in meſſem Theologicam.* Vtramque hanc cauſam *VViero* applica, & causâ cecidiſti. Vt taceam *VVieri* authoritatem, etiam hoc titulo, nec apud te quidem magnam eſſe poſſe; ipſe enim *VVierus* fatetur, *c.* fuiſſe ſe *diſcipulum venerandi præceptoris ſui Cornelij Agrippæ* (quem magis adnumeras *pag. 86. Apocalypt.*) imò, vt *Ioannes Bodinus d.* ex ipſo *VViero* oſtendit, nigrum illum Agrippæ canem (quem tu diabolum fuiſſe dicis) *VVierus* loro poſt Agrippam duxit, ipſeque tartareus moloſſus inter Agrippam, & VVierum *medius* cubuit. Viden' mi Prædicans, quàm egregium nobis teſtem adduxeris?

2. Re-

2. RESPONDEO II. *VVierum* tibi belliſsimè contradicere. Nam de eodem hoc *Syluestro* ita narrat VVierus *e. eum circa mortem pœnitentiâ ductum errorem ſuum deploraſſe, omnes ad benè, ſanctéque viuendum adhortatum reſipuiſſe, à Deóque locum veniæ ipſi relictum eſſe*, vnde & *Syluestrum* RESIPISCENTIBVS velut EXEMPLVM proponit. Ob quam reſipiſcentiam, etiam ipſe *Franciſcus Iunius f.* affirmat, *Syluestrum* meritò *laudari, tanquam optimum Pontificem, nempe & pium, & religioſum ipſius exitũ.* Quid iam, oro te Prædicans, vel cogitari *lepidiùs* poteſt, quàm ipſum ANTICHRISTVM *circa mortem pœnitentiâ ductum reſipuiſſe, errorem deploraſſe, piè & religiosè deceſsiſſe?* Breui, vt video, ipſum *Luciferum* Martyrologio inſcribes. Vides quale tibi *pharmacum* VVierus *medicus* propinârit? Quod ſi ei *fidem* circa Syluestri *pœnitentiam* derogas, pari ego iure *fidem* ei circa eiuſdem *magiam* derogo.

Teſtis à Thũmio laudatus contra ipſum dicit.

Superi? quæ hæc portenta? Antichriſtus pœnités.

3. RESPONDEO III. Magiam *Syluestri* (viri verè docti, & pij) puram putam FABVLAM eſſe, quam orbi primus

Syluester II. non fuit Magus.

pro-

procudit *Benno* Schiſmaticus, & cuius nemo hiſtoricorum ante *Bennonē*, aut qui Syluestri tempore vixiſſet, vel apice meminit. Occaſionem fabulæ dedit inſignis in *Syluestro* rerum Mathemathicarum, Aſtrologiæ potiſſimum, peritia; rara ætatis illius auis. Vide de hac re fusè, & eruditê *Cardinalem Baronium* g. & *Onuphrium panuinum*. h. Ego duo tantum ſubiungo.

Origo fabulę.

Primum. præcipuos authores, qui Bennonem incautè ſecuti ſunt, rem hanc, non vt *certam*, ſed velut ſub *dubio* recitaſſe. Sigebertus *i.* ingenuè fatetur *ſe rem hanc in medio relinquere*. Platina *k.* expreſsè hanc parentheſin addit (*vt aiunt.*) Compilator Chronologiæ *l. Dicitur*. Alij alijs *limitantibus* modis vtuntur. Imò ipſemet veſter *Sebaſtianus Franckh* candidè fatetur *m.* narrationem de Syluestri huius magiâ FABVLAE ſimiliorem eſſe, quàm HISTORIAE.

Secundum, cum conſtet ex *Platina* n. *Nauclero*, o. *Georgio Fabricio*, p. & *Magdeburgenſibus*, q. Ottonem III. Imperatorem Syluestri huius diſcipulum fuiſſe,

Otto III. Imperator Syluestri II. Diſcipulus.

fuiſſe, imò, vt diſertè *Carolus Sigonius* r. affirmat, *his ipſis diſciplinis, quibus ipſe excelluit, imbutum eſſe*: neceſſariò ſequitur, aut *Sylueſtrum* MAGICAM diſciplinam non coluiſſe, aut *Ottonem* III. Imperatorem, cum *iiſdem* omnino diſciplinis imbutus ſit, eiuſdem MAGICAE artis debere inſimulari. Poteris quidem poſterius hoc *Tubingæ* dicere, *Dreſdæ* non ſuadeo.

a. *In refutatione hiſtoriæ Peucerianæ à pagin. 5.* b. *Ibidem pagin. 8.* c. *lib. 2. de præſtig. dæmonum, cap. 5. Edit. Lat. Baſil. 1564.* d. *In confutat. opinionum VVieri, pag. 694. Edit. Latin. Francof. 1590.* e. *lib. 5. de præſtig. cap. 4.* f. *In animadu. ad lib. 4. de Pontif. Bellarm. not. 19. pag. 562.* g. *ad annum Chriſti 999. Tom. 10. §. 2. & ſeq. & Tom. 11. à pag. 1068. & Tom. 11. ad annum 1003. à §. 1. à pag. 1002.* h. *in annotat. Platinæ ad Sylueſtrum II. pag. 144.* i. *in Chronico ad annum 998. ſed in edit. Antuerp. ad annum 995.* k. *In Sylueſtro II. pag. 143. Tom. 1. ſcript. German. pag. 732.* m. *in Chronico. pag. 294.* n. *loc. ſup. cit.* o. *In Chronico generat. 34. pag. 742.* p.

lib. 2. orig. Saxon. in Othone III. pag. 234. q. *Centur 10. cap. 10. pag. 547.* r. *lib. 7. de regno Italiæ ad annum 998. pag. 303.*

CAPVT XLIV.

AN S. GREGORIVS VII. PONtifex Magus?

1. AFfirmat de ſancto viro effrons prædicans p. LXXXV. authorem citat *neminem*; nã *VVierus* de quo ibi loquitur, nec verbulum de GREGORIO. Totius tamen huius figmenti author eſt *Benno* Schiſmaticus, cui apud ORTHODOXOS tanta de Gregorij *magia* fides, quanta apud Lutheranos CALVINISTIS, qui Lutheri catechiſmum, *& ſacrilegij, & idololatriæ, & magicarum ſuperſtitionum accuſant.* a. Ego ſpiſſum hoc de S. GREGORIO mendacium nec *literulâ* dignabor refutare, tot iam paginis, imò *libris* refutatum. Legantur tantum quę hac de re *Cardinalis Baronius* b. *Cardinalis Bellarminus*, c. *Iacobus Gretſerus* d. attulerunt. Certè poſtremus QVINQVAGINTA authores pro ſanctiſsimo hoc Ponti-

Schiſmaticus Benno S. Gregorio VII. maledicit.

Pontifice adducit, vt meritò Thummio illud polyxenæ apud Euripidem e. accinere poſsim τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου cum victoribus ne pugna.

a. *Apud Salomonem Geſnerum in papiſmis Caluinianorum theſi 92.* b. *Tom. XI. ab anno 1047. vſq; ad 1085.* c. *lib. 4. de pontif. cap. 13.* d. *In apologia pro Gregorio VII. ad finem Tomi 2. defenſ. Ballarm. & in cap. 45. Examinis Myſterij pleſſæani.* e. *in Hecubâ.*

Capvt XLV.

An qvindecim Pontifices, qui inter Sylueſtrum II. & Gregorium VII. ſederunt, magi fuerint?

1. NEgant magno numero Chronologi Catholici, Acatholici. Sed affirmat Thummius pag. LXXXV. idque authoritate *Ioannis VVieri lib. 5. de præſtig. dæm. cap. 2.* Verba Thummij ſunt. Quoad ipſos Pontifices, VVierus de præſtigijs dæmonum ſcribit, in vitis Pontificum legi, omnes à Papa Sylueſtro II.

vſque ad Gregorium VII. (qui ipſi inſignis Magus fuerat) artibus magicis deditos fuiſſe. Tempus hoc ſi cõputes, quindecim deprehendes, qui intra hoc ſpacium Apoſtolicam (diabolicam) ſedem tenuerunt. Grandem ſuperi teſtem? Illud moneo. Thummium egregium librorum *belluonem* eſſe. VVierum libro 5. allegat: perlegi iteratò totum; nec *vmbram* reperi. Reperi tandem in libro 4. Quid inde? Quod tibi *Peucerus* medicus, hoc medicus *VVierus* mihi. Illum Melanchton, hunc alius decepit: Deinde, bone vir, cur ſedem Romanam Diabolicam appellas? Concilia vetera, quæ Lutherani pro veris, & legitimis agnoſcunt, vocare conſueuerunt Romanam ſedem Apoſtolicam, eandem appellationem Patres eidem tribuerunt. Vnus tu repertus es, cui ex corde voces aliæ veniunt, quia alium inſeſſorem habes. Sed ad rem. *Quindecim* pontificibus magiam allinis. *Quindecim* mendacia committis, demonſtro.

Errauit calamus in alienis ſcriptis.

PRIMO. pro Quindecim illorum pontificum innocentiâ adduco antiquam

Grandis iniuria in quindecim Pontifices Romanos,

quam Catholicorum Chronologorum, & Hiſtoricorum cohortem. Sunt illi *Ditmarus Merſepurgius*, a. *Hermannus Contractus*, b. *Lambertus Schæphnaburgenſis*, c. *Marianus Scotus*, d. *Leo Hoſtienſis*, e. *Sigebertus Gemblacenſis*, f. *Otho Friſingenſis*, g. *Gothefridus VViterbienſis*, h. *Martinus Polonus* i. *VVernerus*, k. *Baptiſta Platina*, l. *Matthæus VVeſtmonaſterienſis*, m. *Bonifacius Simoneta* n. *Ioannes Nauclerus* o. *Compilatio Chronologica* p. Habes hic pro *Quindecim* his pontificibus authores *quindecim*, omnes Luthero antiquiores, quorum nullus vel verbulò *vllius magiæ* meminit, licet alia Pontificum iſtorum vitia, ſi quæ habuiſſe crediderunt, neutiquam ſiluerint. Imò potius pleroſque illorum magnis laudibus afficiunt. SERGIVM Ditmarus *q. Præclarum*, VVernerus, *r.* & Martinus Polonus *s. ſanctæ vitæ, & exemplaris conuerſationis*, platina, *t* & nauclerus *u. ſanctiſſimæ vitæ virum* vocant. CLEMENTEM Hermannus *vv ab humilitate*, VVernerus *x.* à *vitæ ſanctitate* laudat. S. LEONEM ferè omnes ab excellenti ſanctitate commendant,

Vindicata à grauibus auctoribus contra Thummium.

Encomia Pótificum.

 Goth-

Gothfridus, z. Martinus polonus *aa.* VVernerus *b b.* alijque *etiam miraculis* teſtantur claruiſſe. VICTOREM Lambertus *c c. miraculis illuſtrem*, VVernerus *d d virum bonum, & venerabilem* deſcribit. STEPHANVM papam Leo Surtienſis, *e e. etiam poſt mortem, miraculis coruſcaſſe* teſtatur. IOANNIS *vitam mirificè laudari* aſſerunt Platina, *ff* & Nauclerus *gg.* ALEXANDRVM Leo hoſtienſis *h h. miraculis nobilem*, VVernerus *i i. virum ſanctum*, Platina, *k k* & Simoneta, *l l. virum humanum, doctum, benignum* vocant Omitto reliquos. nec *oculos* habes, nec *manus*, Thummi ſi *decumanum* hoc mendacium, tot teſtibus diſſipatum, nec dum *vides*, nec dum *palpas*. Scio quid dicturus ſis: *decepti ſunt ſcriptores illi: Pontifices præſtigiis ſuis eos dementarunt.* Sed vnde tibi vix dum nate ſcriptor ea notitia, vt inueneris in Pōtificibus poſt tot ſecula, quæ criminareris, quos coætanei, aut certè vetuſtiores te ſcriptores videre non potuerunt? Viſne Thummi, tibi, an illis fidem habeamus? Tibi, velles. Sed incaſſum votum, velles, vt omnes delirarent, vt tu verax haberi poſſes.

SECVN-

SECVNDO ipſos ſectæ tuæ triarios contra te in aciem produco. *Magdeburgenſes* m m. tui, cum quicquid mẽdaciorum apud *Bennonem Schiſmaticum*, & *Ballum Caluiniſtam* contra hos *tredecim* Pontifices, repererunt, plenis amphoris in *eoſdem Pontifices* effudiſſent, *quatuor* tantùm ex eo numero magiæ inſimulant, hocque ipſo *nouem* mendaciorum reum te faciunt, qui artem *magicam ſingulis* ex illis tredecim affinxiſti. Repererunt tandem *centuriatores* virum, qui impudentius, quam illi ipſi, mentiri auſit. *Henricus Pantaleon* n n. *ſingulos* recenſet, nulli tamen omnino ex hoc numero *magiam* adſcribit. *Carionis* deprauator *Peucerus*, o o. & *Caſpar Hedio*, p p. cum pleroſq; ex his produxiſſent, neminẽ tamen omnino *magiæ* accuſant. Imo *Henricus Pantaleon* q q. diſertè SERGIVM *virum bonum, & probum* vocat, quod encomium nec *Magdeburgenſes* r r. ei negare audent. Addo *Sebaſtianum Francum*, ſ ſ. & Doctorem *Barns*, t t. Lutheri troſſolum. Vterque tredecim horum pontificum vitas fusè recenſent; *magiæ* nullum penitus

Magdeburgenſes Thũmio repugnant.

Alij quoque Lutherani.

Thummi tot repugnabis? quis te decepit?

nitus inſimuiant. Imo LEONEM Ba-rns *virum bonum*, Francus *à miſericordiâ in pauperes* mirè deprædicat. SERGIVM verò vocat *Pontificem mitem, prudentem, probum, qui nihil in omni vitâ ſuâ culpabile admiſerit, quique totum cor ſuum ad Deum conuerterit*. Claudant hoc agmen duo Pontificomaſtiges *Philippus Mornæus*, VV. & *Ioannes Baleus*, VVVV. Multa de his tredecim vterque. *Magiam* duobus tantum affingit *Mornæus*, BENEDICTO, IX. & GREGORIO, VI. idque authoritate ſolius *Bennonis Schiſmatici*. Baleus Paulò liberalior eſt. Nihilominus de *Magiâ* CLEMENTIS, DAMASI, S. LEONIS, VICTORIS, STEPHANI, BENEDICTI, NICOLAI, ALEXANDRI nec verbum; vt adeò octo mendaciorum te *Baleus*, vndecim *Mornæus* conuincant.

2. Sed ſiſto hîc tandem prædicas, miſertus tui. Iaces miſer *viginti trium* partim noſtrorum, tuorum partim *teſtimonijs* mactatus. En paucis *verbis*, quot mendacia ſis complexus? Ante Philoſophiæ *Magiſter* eras, poſt Theologiæ *Doctor*: iam LAVREATVS etiam POETA es.

a. *lib.*

a. *lib. 6. Chron. à pag. 83.* b. *in Chronico ab anno 990. edit. Francof. ab anno 1000. Edit. Ingolſtad.* c. *de rebus German. ab anno 990.* d. *lib. 3. Chron. ab anno 1000.* e. *lib. 2. & 3. Chronici Caſſinenſis.* f. *in Chronico ab anno 1003. Edit. Francof.* g. *lib. 6. Chron. à cap. 32.* h. *parte 17. Chron. ab Henrico III.* i. *lib. 4. Chron. ab anno 1003.* k. *in faſciculo temporum ab anno 1004.* l. *in vitis Pontificum à Ioãne 19.* m. *in Chronico ab anno 1003.* n. *lib. 5. de Chriſt. fid. & Roman. Pontif. perſecut. à cap. 51.* o. *in Chronico ab anno 1005.* p. *ab anno 1002.* q. *in Chron. pag. 84.* r. *in faſcic. pag. 71. 6.* ſ. *lib. 4. pag. 1009.* t. *in vitis Pont. in Sergio.* v. *ad annum 1010.* vv. *ad annum 1046.* x. *ad annum 1034.* z. *part. 17. in Henrico 4.* aa. *ad annum 1049.* bb. *ad annum. 1044.* cc. *ad annum 1054.* dd. *ad annum 1044.* ee. *lib. 2. Chron. Caſſ. cap. 101.* ff. *in Ioanne 21.* gg. *pag. 758.* hh. *lib. 3. cap. 35.* ii. *ad annum 1074.* kk. *in Alexandro 2.* ll. *lib. 5. cap. 66.* mm. *Centur. 11. cap. 10. de Epiſcopis Italiæ.* nn. *in Chonograph: ab anno 1005.* oo. *lib. 4. Chronici Carionis ab Henrico*

rico tertio, pp. *parte 3. hiſtor. Eccleſ. lib.9.cap.5. 8. 10.* qq. *ad annum 1005.* rr. *Centur.11. cap. 10. in Sergio.* ſſ. *in Chronico à Ioanne* XVIII *pag.294.6.* tt. *in vitis Pontificum à Ioanne* XIX. vv. *in Myſterio iniquitatis à pag. 226.* vv vv. *in Centur.2.Script.German.ſect. 3. claß. 3.*

CAPVT XLVI.

AN EX SOLO LVTHERO centum ſectæ inter ſe pugnantes ortæ?

1. SCripſeram ego, *ex Solo Luthero centum ſectas inter ſe pugnantes, adeoq́ centum Lutherana Schiſmata exorta eſſe.* Quid hic meus Doctor? *Enumera*, inquit, *illas, ſi à mendacio te liberare cupis.* Ignoſce mihi mi Thummi. Lapſus ſum, fateor. CENTVM ſcripſi, debuiſſem ſcribere, PLVS QVAM CENTVM. Diuidam ergo Gorgonea hæc monſtra in 4 turmas. Anabaptiſtas, Sacramentarios, Cõfeſsioniſtas, Mixtos. Illos dein in ſuas rurſus cohortes. Omnibus his occaſionem dedit,

Vtinam tu tam pronam viã haberes.

LIBER-

LIBERTAS *à bonis operibus, votorum obligatione, præceptorum obſeruatione, obedientiâ Papæ* per LVTHERVM introductâ. Videatur ipſe *Lutherus in colloquijs*, a. *Conradus Schluſſelburgius*, b. *Fridericus Staphylus*, c. *Gabriel Prateolus*, d. *Damianus Roſcius*, e. qui fusè recenſent, quid ſinguli à Luthero *acceperint*, quid *reiecerint*. Sed ad rem. Ineamus numerum *boum*, qui in hoc *Augiæ* ſtabulo ſtabulantur.

ANABAPTISTÆ.

Quot in hac ſectâ capita, tot ſententiæ. Certè *Conradus Schluſſelburgius* f. diſertè affirmat, *vix* DVOS, *aut* TRES *Anabaptiſtas diligenter examinatos, in omnibus partibus ſuæ doctrinæ conſentire*. Imo Caluinus *g.* liberè pronuntiat, *vix* VNIVS *Anabaptiſtæ caput reperiri poſſe, quod non ſit imbutum aliquâ opinione diuersâ ab alijs*; vnde *Sebaſtianus Franck* h. Sectæ huius Sectas SEPTVAGINTA recenſet, quæ ferè ſolæ *centenarium* meum numerum explent. Ego tum ex *illo*, tum ex *Conrado Schluſſelburgio*, & *Gabriele Prateolo* i. aliquot tantum recenſebo.

1. Abecedarij.
2. Adamitæ.
3. Ambroſiani.
4. Apoſtolici.
5. Aquarij.
6. Auguſtiniani.
7. Baculares ſeu ſtebleri.
8. Batemburgici.
9. Clancularij.
10. Dæmoniaci.
11. Denckiani.
12. Dauid Georgiani.
13. Enthuſiaſtæ, ſeu Extatici.
14. Eiulantes.
15. Frankiſtæ.
16. Flemmingerij.
17. Fratres charitatis.
18. Hamtedij.
19. Hofmanionæ ſeu Melchioritæ.
20. Hutitæ.
21. Liberi.
22. Libertini.
23. Manifeſtarij.
24. Mennonitæ.
25. Monaſteriani.
26. Nudipedes.
27. Orantes.

28. Pa-

28. Pacifici.
29. Sabbatharij.
30. Sanguinarij.
31. Spirituales.
32. Tacentes.

Horum omnium, vt & 38. reliquarum, diſtinctas ſpecie ſectas vide apud citatos. Conſule etiam Sleidanum, *k.* & Lambertum Hortenſium. *l.*

SACRAMENTARII.

ZVVINGLIANI.

71. Significatiui.
72. Tropiſtæ.
73. Energici.
74. Arrabonarij.
75. Adeſſenarij.

CALVINISTAE.

76. Remonſtrantes.
78. Contraremonſtrantes.
79. Farelliſtæ.
80. Boquinij.
81. Richerij.
82. Valentiniſtæ.

CONFESSIONISTÆ.

MOLLES.

83. Adiaphoriſtæ.
84. Amneſtitæ.
85. Bibliſtæ.
86. Maioriſtæ.
87. Medioſiandriani.
88. LutheroCaluiniani.
89. Quadraſacramentales.
90. Pœnitentiarij.

RIGIDI.

91. Ambſdorffiani.
92. Antidæmoniaci.
93. Antinomi.
94. Antadiaphoriſtæ.
95. Antoſiandriani.
96. Antiſvencfeldiani.
97. Anticaluiniani.
98. Biſacramentales.
99. Inuiſibiles.
100. Manuſimpoſitorij.
101. Infernales.
102. TrisSacramentales.

MIXTI.

103. Antiſtancariani.

104. Ser-

104. Seruetiani.
105. Campaniſtæ.
106. Svencfeldiani.
107. Stancariani.
108. Oſiandrini.
109. Poſtellani.
110. Trinitarij.
111. Iſcariothæ.
112. Quintiniſtæ.
113. THVMMIANI.

2. Habes hîc pulcherrimam Parentis tui ſobolem. Plures citati dabunt. Non autem nobis de *lanâ caprinâ* eſſe controuerſiam, vel ſoli *Magdeburgenſes*, & Conradus Schlüſſelburgius docent; qui in ſingulis ferè præfationibus ad ſuos libros miſerrimam ſuorum in *tanti momenti* rebus *diſſenſionem* lamentabiliter deplorant. Certè Magdeburgenſes *in Epiſtolâ Centuriæ 7.* dum de Eccleſiæ veſtræ DISCORDIA agunt, ita loquuntur. *Nemo non videt, non de* VNO *duntaxat, ſed de* PLVRIBVS *articulis* FIDEI, *iĳſque* OMNIVM SVMMIS, *nunc diſputari, atque contendi.* Hæc illi. Sed quid? Tu ipſe rotundè fateris, *m.* controuerſiam *inter Te, & Menzerum*

An Lutherani de nihilo diſſentiant?

Vel in vbiquitate quale ſcandalum?

zerum tuum eſſe MAXIMI MOMENTI, *& errorem Menzeri* IVGVLVM IPSIVS SINCERAE RELIGIONIS LVTHERANAE *petere.* Quod ſanè vel tacentibus vobis res ipſa loqueretur. Nam ab anno 1570. quo de *Concordiæ* libro agi inter vos cæptum, vſq; ad annum 1517. claſsicum *diſcordiæ* ceciniſtis, ita quidem, vt intra illud ſpatium in *ſolâ Germaniâ*, QVINGENTIS SEPTVAGINTA editis libris, *n.* inter vos digladiaremini, miſerante vicem veſtram orbe Chriſtiano. Quid? inter annos tantummodo 28. ab anno nimirum 1574. vſque ad annum 1598. *de ſolâ Euchariſtiâ*, DVCENTIS SEXAGINTA voluminibus *o.* inter vos depugnaſtis, ridiculo *Atheis*, miſerabili *Catholicis* ſpectaculo. Poſſumus profectò nos Catholici de monſtroſâ hac proteſtantium *diſſenſione* illud dicere, quod olim in ſimili causâ de Græciæ Philoſophis S. BASILIVS *p.* pronuntiauit, καὶ ὐδὲ εἷς, inquit, περὶ αὐτοῖς λόγος ἕστηκεν ἀκίνητος, καὶ ἀσάλευτος, ἀεὶ τοῦ δευτέρου τὸν πρὸ αὐτοῦ καταβάλλοντος, ὥστε ἡμῖν μηδὲν ἔργον εἶναι τὰ ἐκείνων ἐλέγχειν, ἀρκοῦσι

Quanta altercatio?

κῦσι τοῖς ἀλλήλοις πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνατρε-πτήν. *Et ne vna apud ipſos ſententia conſtitit immota, & inconcuſſa, ſemper poſteriore priorem deſtruente, vt nobis minimè operoſum ſit, illorum dicta redarguere.* SVFFICIVNT SIBI IPSIS AD PROPRIAM EVERSIONEM.

a. *Edit. German. titulo 37. de varijs Sectis.* b. *libris 12. in Catalogo hæreticorum.* c. *de concordia diſcipulorum Lutheri à pag. 54.* d. *de ſectis hæreticorum.* e. *de dogmatibus hæreticorum.* f. *libro. 12. Catal. hæret. de Anabaptiſtis pag. 22.* g. *in inſtruct: adu. anabapt. initio.* h. *in Chronico à pag. 445.* i. *locis citatis.* k. *lib. 3. & lib. 5. comment.* l. *de anabaptiſtis in Tomo 2. Simonis Schardij.* m. *In Tapinoſigraph: pag. 43.* n. *quos vide apud Ioannem Brerleium in apologiâ proteſtantium, & Adamum Contzen in Iubilæo Euangelico* o. *quæ vide apud Ioan. Brerleium loc. cit. in Catalogo quarto circa finem.* p. *homil. 1. Hexamer. circa initium.*

Atque hæc ſunt ſiue *Mendacia*, ſiue *Errores*, quibus Thummius ſua ſcripta conſperſit. Vehementer tamen am-

bigo, malitne *mendacia* vocari, an *errores*. Nam ſi hominem noui, tantus eſt ſuæ doctrinæ æſtimator; tam variorũ auctorum peruolutationem præ ſe fert, vt Cyclopædiam quandem complexus fuiſſe videri velit, vtque adeò malit *Mendacia*, quàm *errores* vocari. Sed quocumque nomine appelles, duo, te, Lector æquiſsime, monitum cupio: *Primum*, ſi Thummius ſuis libris, quos in multorum manus deuenire, & quaſi viuentes teſtes contra ſe ſemper ſtare cogitare debet, tot audet mendacia, quorum aliqua recenſuimus, committere: Quid eum facturũ putas, cùm è ſuggeſtu ad populum de rebus Religionis declamitat, vbi vox volat; & mendacia dicta in aërem, atque in ſuũ inane euaneſcunt? Quis in poſterum credat homini in re vlla, quem tam meditatè mentitum toties deprehenſum videt? miſeret me Auditorum tuorum Thummi: qui blandis verbis decepti tam auidè, tua mendacia biberunt. Alterum eſt, non poſſe me *immodeſtiæ* argui ſi Thummiũ *mendacem* vocem, quem tam prægnantium,

tium, & apertiſsimorum mendaciorum conuici. Si ille me mendacij conuicerit, appellet, vt volet. Quod verò omnibus ſuis contra me opuſculis identidem clamitet, *impudenter me mẽtiri, more ſuo ſuitam mentiri*, & ſimilia, iure merito pro calumnia, conuitio, iniuria habere debeo, atque iniuriarum actionem contra calumniatorem mihi reſeruo. Sed his nunc omiſsis, ad alia tranſeo.

PARS IV.

ANTILOGIA THVMMIANA.

VEtvs verbum eſt, *Mendacem memorem eſſe oportere*: nam facilè contingit, vt aliud loquatur nunc, atque olim; vnde ſapientes inconſtantiam, & ſermonis contrarietatem aduertentes deprehēdunt mendaces, & iure aſpernantur. Ita quondam Hermogeni, cùm pro recepto hæreticorum more ſibi ipſi CONTRARIA effutiret, aurem *Tertullianus* vellicans, *a. Meminiſſe*, inquit, *te oportebat, ne quid his*, quæ ſcripſeras, CONTRARIVM *inferres*. Idem *Thummio* nos obſequij genus deferimus: aurem vellimus: Thummius, vt ipſe nouit, *Logicus* non eſt. Quid OPPOSITA, quid CONTRARIA, quid CONTRADICTORIA ſint, SPECVLATIVE ignorat penitus. PRACTICE tamen callet vt qui maximè. Id quod ſubiecta teſtantur ſpeci-

Hæretici Antilogias amant.

ſpecimina. Id tamen lector aduertat, nos non eas tantùm contradictiones, quibus ſibi ipſi Thummius repugnat afferre velle: ſed eas etiam, quibus alijs *Lutheranis* Doctoribus contrarius eſt; vt quid in tanta Euangelij luce, vt aiunt, ſolidum ſit, quid conſtans videre poſsint vniuerſi.

a. *Lib. aduerſ. Hermogen. c. 37.*

CAPVT I.

ANTICHRISTVM A IVdæis ſuſceptum iri negat Thummius, & concedit.

1. NEGAT paſsim, maximè verò pag. 20. & 21. Vnde illa Chriſti verba Ioan. 5. *Si alius venerit in nomine meo, ipſum recipietis*, nequaquam de Antichriſto à Iudæis recipiendo vult intelligi. Negat.

2. AFFIRMAT pag. 19. dum *Maldonati* noſtri ſuper allegata Chriſti verba explicationem tantis encomijs extollit. Appellat inter alia EXPLICATIONEM CLARISSIMAM, ET NERVOSISSIMAM. Quid ergo *Maldona-* Affirmat.

tus? En ipſa eius verba prout etiam à te in priori Antichriſto allegata ſunt a. *Magis conuenit, vt* NON SOLVM DE ANTICHRISTO, *ſed de omnibus falſis Prophetis interpretemur generaliter, qui currebant cū non mitterentur. Familiare enim Iudæis erat eos potius, quàm veros recipere Prophetas, &c.*

Ergo etiã de Antichriſto.

3. Hic tu mihi magne philoſophe has propoſitiones concilia.

PRIOR. *Maldonati explicatio, quæ dicit & alios falſos Prophetas &* IPSVM ANTICHRISTVM *à Iudæis receptum iri*, CLARISSIMA ET NERVOSISSIMA *eſt*.

Contradictio.

POSTERIOR. *Explicatio, quæ dicit Antichriſtum à Iudæis receptum iri*, FALSISSIMA *eſt*. Annon ex ore tuo te condemnas miſer?

4. Illud lepidum, quod dicat, *nos ad rationes Maldonati è textu, & euentu petitas ne verbulum reſpondere poſſe.* Vide mi prædicans, quàm liberaliter tecum agam. Ita eſt nec *verbulum*, imò nec *apicem* ad *Maldonati* rationes reſpondemus. Quia *nullas* penitus affert *rationes*. Nam ad *textum* quod attinet, ſimpliciter tantum affirmat, illa verba SI

QVIS ALIVS &c. *generaliter intelligenda eſſe.* Rationem huius affirmationis a textu NVLLAM omnino in medium adducit. Ad *euentum* quod ſpectat, ait quidem *Maldonatus* & rectè, *familiare fuiſſe Iudæis falſos Prophetas recipere.* Sed quid inde? *Ergo Antichriſtum non recipient?* Bellè. Oppoſitum potius deducitur, quod & ipſe *Maldonatus*, vt vidimus, docet. Sed nimirum *Chorœbo* apud *Maronem* b. ſimilis es, ſperabas te mutato clypeo ſub *Maldonati inſignibus* tutum latere poſſe. Erraſti infœlix!

Clypeos, mentitaq́; tela

Simulque tua, & Maldonati

Ora ſono diſcordia

Agnouimus. Tuque adeò noſtrâ dextrâ rediuiuus Chorœbus

Armipotentis ad aram

Procumbis.

a. *In cap. 5. S. Ioan. v. 43.* b. *lib. 2. Æneid.*

CAPVT II.

QVOD ALIQVIS QVI NON agnoſcit Deum aliquem, Iudæos ſit decepturus; negat Thummius, & affirmat.

Negat.

1. NEGAT pagin. 23. *Credi poſſe quod aliquis, qui non agnoſcit Deum aliquem, Iudæos ſit decepturus.* Quod idem ante ipſum negârat *Iacobus Hailbrunnerus* a. contra *Bellarminum* b. alioſque Catholicos id docentes.

Affirmat.

2. AFFIRMAT, dum in toto priori Antichriſto, maximè in pag. 5. 6. 7. 8. tragicè *Papæ*, vt ait, faſtum deſcribit, videlicet *quod ſe Pontifex de facto venditet* PRO DEO, *dicat ſe* DEVM, *eleuet ſe aduerſus omnem* DEVM *etiam* PROPRIE *dictum.* Idem quoque paſsim affirmat ipſe *Lutherus*, c. & *Hailbrunnerus* d. ſui immemor, tui ſimilis.

3. Tu mihi iam Domine Doctor has propoſitiones in Concordiam redige:

Contradictio.

PRIOR. *Qui alium præter ſe* DEVM *non agnoſcit, non poteſt decipere alios.*

POSTE-

POSTERIOR. *Pontifex alium præter ſe, Deum non agnoſcit, & tamen de facto decipit alios.*

Niſi fortè *Catholici* minus *oculati* tibi ſunt, quàm *Iudæi*: minuſque norunt DEVM *eſſe Trinum & Vnum*, quam aliquis Rabbi Moſche ben Maimon.

a. *In Papatu Acatholico artic.14.cap.5.* b. *lib.3. de Pontif.cap.2.& 14.* c. *Tom. 4. Lat. in cap. 12. Danielis. & Tom.7. Lat. ſerm. 21. aduerſus Papatum.* d. *In apolog. Papatus Acatholici pag.121.& ſeq.*

CAPVT III.

ANTICHRITI PERSECVTIOnem notiſsimam eſſe negat Prædicans, & affirmat.

1. NEGAT fol. 2. & pag. 58. vbi ait, *ſingularis ſapientiæ eſſe cognitam habere hanc beſtiam* (Antichriſtum): & rurſus *ſingularis ſapientiæ eſſe, ſcire mactationem papalem eſſe Antichriſti.* Vnde ipſe loc. cit. concedit, Antichriſti perſecutionem nequaquã eſſe notiſsimam. Negat.

2. AFFIRMAT fol. 88. vbi ita loqui- Affirmat.

tur. Ipſa dies *loquitur quantis perſecutionibus ſæuiat* ROMANVS ANTICHRISTVS *in conſtantiores fidei Chriſtianæ Confeſſores;* omnes *equidem qui ſtudio partium non planè* INSANIVNT, *aut ſaltem* CAECVTIVNT; ANTICHRISTVM *tanquam lupum ſanguinarium in ouile Chriſti irruentem, & graſſantem vident.*

Contradictio.

3. Hîc tu mihi has propoſitiones, vt inter ſe conſentiant, effice.

PRIOR. *Non eſt notiſsimum, imo ſingularis ſapientiæ eſt, ſcire perſecutionem Papalem eſſe Antichriſti perſecutionem.*

POSTERIOR. *Dies ipſe loquitur, &, quiſquis non planè inſanit videt, Romani Antichriſti perſecutionem.*

Conſilium optimum, cui obtemperas.

Si honori tuo conſultum vis, cura, *Thummi*, ne hic meus liber in *Academicorum Tubingenſium* manus deueniat: *Theologi* enim nomen apud illos *Menzerus* tibi ademit. nunc & *Philoſophi* nomen perderes miſer; ſi habuiſti.

CAPVT

CAPVT IV.

ANTICHRISTI PERSECVtionem grauiſsimam fore negat Thummius, & concedit.

1. NEGAT fol. 90. *Ex loco*, inquit, *Matth. 24.* (quem locũ pag. 58. ait non agere de Antichriſto) *planè concluditur, Antichriſti perſecutionem* NON FORE GRAVISSIMAM. Negat.

2. AFFIRMAT. fol. 91. *Antichriſti*, inquit, *perſecutio, ſiue numerum occiſorum, ſiue diuturnitatem temporis, ſiue cruciatuum varietatem, & grauitatem ſpectemus*, EST GRAVISSIMA Affirmat. Idem Thummio grauiſſimum, & non grauiſſimum.

3. Vbi eras Domine Decane, cum hæc enarrares? Nimirum non poteras *contra* Pontificem *dicere* quicquam, niſi *contradiceres*. Mentzerus ridebit, cum hæc legerit.

CAPVT

CAPVT V.

THVMMIO MVLTI MARTYres occiſi ſunt ob characterem non acceptum, antequam exiſteret ille character.

Notanda ex Thummio.

1. VT ridiculam hanc *contradictionem* lector penitus perſpiciat, ſequētia ex Thummio præmitto I. per CHARACTEREM intelligi *profeſſionem papiſtici cultus, quod ſcilicet Papa ſit Vicarius Chriſti, S. Petri ſucceſſor, vniuerſalis Eccleſiæ Monarcha,* &c. ita Thummius pag. XII.

I. Quid character apud Thummium?

2. II. *Gregorium* VII. (pontificatū is inijt circa annum 1073.) primum fuiſſe, qui hunc titulum *Chriſti Vicarius* aſſumpſiſſe legatur. Ita Thummius fol. 2. Titulum verò *Vniuerſalis* primò impetraſſe *Bonifacium* circa annū *666.* ita Thummius fol 129. & pag. VIII. & ſeqq. Vnde patet hunc CHARACTEREM ante annum Chriſti *666.* NEC EXTITISSE quidem.

II. Quando titulus Vicarij, & Vniuerſalis in Eccleſia Catholica cæperint.

III.

3. III. S. Ioannem apocal. c. 20. v. 4. affirmare, multos decollatos eſſe pro-

propter teſtimonium IESV. Ita Thũmius pag. 108. Verba S. Ioannis hæc ſunt; quæ Thummius datâ operâ mutila dedit. *Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis, & animas decollatorum propter teſtimonium IESV, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam, neque imaginem eius, nec acceperunt* CHARACTEREM *eius in frontibus, aut in manibus ſuis.* Qui CHARACTER idem omnino eſt cum illo, quem S. Ioannes cap. 13. ṽ. 16. depinxerat.

4. IV. Martyres hos, quos S. Ioannes ob dictam cauſam occiſos narrat, fuiſſe illos, qui *ante tempus ligationis diabolicæ*, hoc eſt, à Chriſto nato vſque ad *Conſtantinum*, ſub quo diabolus *ligari* cœpit, paſsi ſunt. Ita Thummius pag 108. & ſeqq. IV.

5. His ex ipſo *Thummio* notatis, peto, vt nos Dominus Doctor propoſitionum iſtarum conſonantiam edoceat:

PRIOR. *Character cœpit poſt tempora Conſtantini, ſub Bonifacio nimirum & Gregorio.*

POSTERIOR. *Martyres multi ob hunc* Martyres

ipſum quidem ne-

cati antequã viuerent. *ipſum characterem cum nondum exiſteret, ante tempora Conſtantini occiſi ſunt,*

Videtur profectò aut Thummius meus hæc ſcripſiſſe, antequam exiſteret: aut poſt ſcriptionem, circumſpexiſſe an exiſteret: ita nihil cohæret.

CAPVT VI.

DÆMONEM LIGATVM ESſe ab anno Chriſti 308. vſque ad annum 1308. affirmat Thummius Theologus: Negat Thummius Lutheranus.

Thummius contradicit Luthero ſuo.

1. AFFIRMAT pag. 108. & ſeq. vbi ait: *Illa Ioannis Apocal. 20. verba*, Ligauit eum per mille annos, &c. *Ad literam & propriè intelligenda. Initium verò horum annorum ſeu ligationis ſumit, à temporibus Conſtantini ab anno Chriſti 308. finem verò ſeu ſolutionem incidere in annum Chriſti 1308. aut præter propter, quo Ottomanica familia perſecutiones cœpit mouere.*

Thummius ait Mille annos inchoandos à Conſtantino Magno. Lutherus.

2. NEGAT Thummius Lutheranus; hoc eſt, Negare debet hoc ipſum *Thummius*, niſi *Lutheri* ſui doctrinam reijcere ipſe velit. Quid ergo *Lutherus*

a. in

a. in hunc ipſum *Apocalypſis* locum? Die Tauſent jar / inquit, müſſen anfahen / das diß Buch geſchriben iſt. *Mille anni incipere debent, quando hic liber ſcriptus eſt.* Aut ergo admittere debes Domine Decane, *S. Ioannem* Apocalypſin ſuam *ſub Conſtantino* Magno ſcripſiſſe; aut concedere, Te *Luthero* tuo, & conſequenter *tibi ipſi*, qui vnus cum eo ſpiritus vis eſſe, in faciem contradicere. Annon iam inter *ſacrum*, & *ſaxum* hæres?

A ſcripta Apocalypſi.

3. Impoſuit incauto tibi *Abbatus* Caluiniſta, *b.* cui hæc imprudens ſuffuratus es. Potes profectò illum ijſdem verbis alloqui, quibus olim *coniugem* ſuam *Lutherus* c. allocutus eſt. *Tu mihi*, inquiebat, *perſuades quicquid vis. Totum habes Dominium.*

Contradictionis cauſa, quia Thummius legit Caluiniſtas.

a. *In notis marginalibus ad Biblia ſua Germanica Edit. VVitemb. 1556 pag. 381. Idem docet in ſupputatione annorum mundi, ad annum Christi milleſimum Tom. 7. Lat. pag. 506. vbi hæc habet.* Milleſimus ſalutis. Soluitur nunc ſatan finito iſto millenario. *b. In demonſtrat. Antichriſti cap. 8.* c. *In colloq. menſal. Tom. 2. lat. p. 19.*

Cap:

CAPVT VII.

ANIMAS IVSTORVM STAtim poſt mortem eſſe beatas affirmat Thummius Romanizans. Negat idem Thummius Lutherizans.

Thummius iterum ſuo Luthero contrarius.

1. AFFIRMAT pag. 109. & pagin. 110. vbi ait, *Animabus* (Martyrum) *ſtatim poſt mortem competere vitam glorioſam, regnum gloriæ, gaudij perpetuitatem. Illóſque* (Martyres) *ἀπάρτι regnare cum Chriſto in cœlis, illos ἀπάρτι* (*hodie, quo animæ ſolutæ*) *eſſe in Paradiſo.*

Quid faciet? dicet ſe non iuraſſe in verba Lutheri.

2. NEGAT Lutherizans Thummius, hoc eſt, negare cogitur, niſi Lutheri doctrinam euerſam velit. Qui clariſsimè docet. *a. Sicut corpus ſeruatur à terrâ, ita anima reſoluta venit in ſuum* SCHEOLAH; *nec traduntur diuerſæ Scheolah piorũ, & impiorum.* Et rurſus. *b. Sancti ſecundum corpus vadunt in* KEFER, *ſecundum animam verò ingrediuntur cubicula ſua in* SCHEOLAH, *vbi congregantur cum Patribus.* Gaudia Beatorum ita deſcribit. *c. Relictâ vitâ hac intrant* (Sancti) *in cu-*

in cubiculum ſiue ſtratum ſuum, in quo DORMIVNT, *& requieſcunt, donec corpus & anima rurſus copulentur in futurâ, & æternâ vitâ.* Et rurſus. *d. Populus Dei eſt ſine paſſione, & deſiderio, &* DORMIT PLACIDISSIMO SOMNO, *& quiete, ſicut Chriſtus inquit, non eſt mortua puella iſta, viuit, quieſcit.*

3. Modum verò huius beati ſomni ita explicat QuintEuangeliſta *Lutherus*. e. PRIMÒ exemplum dat de noſtro *ſomno, in quo,* inquit, *neſcis vbi, aut qui ſis, quo in loco dormias, cum amicíſne, an inimicis:* Mira Lutheri ſomnia de Beatis animabus.

SECVNDÒ, comparat illos beatos cum *Epilepticis, qui prorſus nil ſentiunt, nil vident, nil audiunt.*

TERTIÒ, cum *infante* in vtero, *qui perpetuò dormit, & neſcit quales ſint dies, vel noctes, quæ tempora, qui gubernatores, & tamen viuit tunc.*

4. Hæc *Lutherus* tuus de cœlo, *totó cœlo* à *Te* diuerſus. Vos ipſi litem dirimite, cum in veſtro SCHEOLAH *beati Endymiones* coniunctâ operâ imo ducetis pectore ronchos.

a. *In cap. 42. Geneſis Tom. 7. Lat. pag. 631.*

b. *In idem cap. ibid.* c. *ibid.* d. *In cap. 49. Gen. Tom. cit. pag. 737.* e. *In c. 42. & 49. Gen. Tom. cit.*

Capvt VIII.

THVMMIVS OPINIONEM nouam, & in Eccleſiâ Chriſti inauditam reijciendam affirmat, & negat.

Nouæ interpretationes non admittendæ, ita Thummius.

1. Affirmat *primò*, dum *Menzeri* opinionem de omnipræſentia ideo reijciendã aſſerit, *a. Quia nullus orthodoxorum ante Menzerum ita docuit, quia nouum, & in Eccleſia Chriſti inauditum, &c. Secundò*, dum hæreticos negat occidendos eſſe ob hanc quoque inter alios cauſam, *quod* vt ipſe quidem ait, *b. Eccleſia ab initio ſuo, vſque ad huc nunquam combuſſerit hæreticos.*

Imò admittendæ, ita Thummius.

2. Negat *primò*, dum illa Danielis verba cap. 7. *Tempus & tempora, & dimidium temporis*, ita intelligenda contendit, *c. Vt Tempus annum corruptum, Tempora biennium iuſtum, dimidium Temporis dies decem ſignificet.* Hæc verò explicatio

catio NOVA eſt, in Eccleſia Chriſti INAVDITA, orthodoxæ antiquitati INCOGNITA. Aut oſtendat *Thummius* Doctorem orthodoxum ex omni antiquitate *vel Vnicum*, qui *hæc verba* hoc ſenſu, his verbis explicârit.

Secundò, hoc ipſum negat, dum illum locum Apocal. 20. v. 3. *Ligauit eum* (ſathanam) *per annos mille* contendit *d.* intelligendum *de anno Chriſti 308. vſq; ad annũ Chriſti 1308. nimirũ à Conſtantino Magno vſq; ad Ottomannicam familiam*. Hanc autem explicationem quis orthodoxorũ *prioribus ſæculis* docuit? NOVA, INAVDITA, INCOGNITA eſt, niſi fortè heri natum *Caluiniſtam Abbatum* mihi producas, dignum hâc patellâ operculum.

4. Neque verò eſt, vt hîc ſolenne illud tuum mihi obijcias. *Non potuiſſe hoc à prioris æui Doctoribus cognoſci, cum nondum complementum, & euentus rei Prophetiã hanc detexerit*. Nam vt de *hiſtoricis*, qui ab anno Chriſti 1308. vixerunt, dicam nihil; an *omnes interpretes*, qui ab illo ſæculo in *Apocalypſin* commentati ſunt, excæcauit Deus, vt *oculos* haberent, & rem hanc *Thummianis oculis* tam aper-

Quia Antiquitas ante Thummium deſipuit.

tam ipſi, non viderent. Euolue mihi bone vir, vt recentiores prætercam, *Nicolaum Lyranum, Dionyſium Richelium, Ioannem Gagnæiũ; Cælium Pannoniũ, Petrũ Bulingerum* alioſq; orthodoxos prioris ſæculi Doctores: quis hunc locũ *Thummiano ſenſu* explicauit? An nemo ante te ſciuit, fuiſſe *Cæſarem*, qui *Conſtantinus magnus*, fuiſſe *familiam*, quæ *Ottomanica* diceretur? Modeſtius paululùm mi prædicans: extra Tubingam etiam ſunt Oedipi.

a. *in* Ταπεινωσιγεgφία *repetita pag.* 15. b. *in tractatu de hæreticis non occidendis pag.* 29. c. *fol.* 97. *& pag.* 88. 89. d. *pag.* 108.

CAPVT IX.

HÆBREOS VSOS FVISSE annis Lunaribus negat Thummius, & affirmat.

An Hæbrei vſi ſint annis lunaribus? Negat Thũmius.

I. NEGAT expreſsè pag. 100. aſſerens, nequaquam *Hæbreos vſos fuiſſe annis Lunaribus, ſed ſolaribus*, cauſam addit duplicem. *Tum*

quia

quia alias paſchatis feſtum pauco tempore in hyemem fuiſſet prouolutum, tum quia ita omnes teſtantur, nominatim verò Rabbi Moſche ben Maimon, in ſuâ Halachâ de Kidduſch hac-hodeſch in ſuo Iad chazokah.

2. AFFIRMAT expreſsè eâdem pag. 100. *Hæbreos, inquit, vti menſibus Lunaribus nemo negat.* Rectè eſt. Ergo & *annis Lunaribus* vſi ſunt. Duodecim enim menſes Lunares non *Solarem*, ſed *Lunarem* annum efficiunt. Niſi fortè commune illud Mathematicorum axioma *a.* falſum ſit. *Omne totum eſt, omnibus ſuis partibus ſimul ſumptis æquale.* Computa iam ergo Rabbi Thummi, an duodecim menſes *Lunares,* (vni autem menſi tu ipſe aſsignas 29. dies) efficiant annum *ſolarem*, hoc eſt dies 365. Et videbis, te hæc non ad *Solem,* ſed ad *Lunam* dictaſſe, inimicum *cerebro* aſtrum. Affirmat.

3. Sed lubet hîc ignorantiæ tuæ velum detrahere. Auſculta ſodes. Aliud eſt *vti annis ſolaribus*, & aliud *annos Lunares reducere ad ſolarem.* Hebræi non *vtebantur* menſibus ſolaribus; *Reducebant* tamen annos *Lunares* per emboliſ-

mum ad *ſolarem*, vt rectè cum comuni *Bellarminus*, b. docuit, & apertè id aſſerit tuus *Rabbi Moſche*, cuius tu nec verba, nec ſenſum percepiſti? quo embolismo occurrebatur incommodo illi circa paſchæ tempus. Hæc ergo rima illa eſt, per quam lepidus error tuus irrepſit, cum pro eodem ſumeres *annorum ſolarium vſum, & reductionem ad annos ſolares.* nec videras, ſequi inde ineptiſsimam hanc propoſitionem. *anni ſolares reducuntur ad ſolares.* Quomodo *reducuntur* mi prædicans, ſi iam *ante* erant ſolares?

Anni lunares reducebantur ad ſolares.

4. Poterat ridiculum hunc errorem dedocere Te *M. Michaël Mæſtlinus*, Academiæ veſtræ Mathematicus. Is Iudaicum annum ait c. eſſe, *qui continet vt plurimum 12. interdum 13. lunationes.* I iam, & interroga *Mæſtlinum*, an illi Iudæorum anni, qui vt plurimum continent 12. lunationes, ſint *ſolares*, an *lunares*? Lunares ſunt, ſed certo tempore reuocabantur ad *ſolares* per embolismum, ſeu additionem vnius lunationis: quod ipſum in terminis eruditè docuit *Bellarminus* d. Tu quia *eruditum* erat, non intellexiſti.

Thummi ad ludum Mæſtlini.

a. *Vi-*

a. *Vide Clauium ad lib. 1. Euclidis. Edit. Francof. 1607. pag. 33.* b. *lib. 3. de pontif. cap. 8.* c. *lib. 3. Epitom. Aſtronom. pag. 292.* d: *lib. 3. de pontif. cap. 8.*

CAPVT X.

ANTICHRISTVM A IVdæis recipiendum negat, affirmat.

1. CAPITE primo ad eandem contradictionem aliqua attuli: liceat eiuſdem rei, aliud exemplum proferre, cùm tu *bis*, vt aiunt, *ad eundem*. Igitur bellè ſibi contradicit Prædicans, ſui nimium quantum immemor. Nam pag. 15. negat *à Iudæis Antichriſtum ἐξοχικῶς dictum, ſeu,* quod Calumniatori idem eſt, *Papam* recipiendum. Et tamen in priori ſuo Antichriſto pag. 36 & pag. 149. ait, *Omnes Antichriſtos à Iudæis recipiendos*, atqui *vniuerſalis* affirmatiua, & *particularis* negatiua circa eadem extrema propoſitiones ſunt *contradictoriæ*, vt Melanchton tuus docet *a*. Quod autem citatis paginis *vniuerſalẽ affirmatiuam*, quod

tamen negas, docueris: euidenter demonſtro duplici hoc ſyllogiſmo. Adſcribo prius verba Chriſti, Ioan. 5. *Ego venio in nomine Patris mei, & non recepiſtis me, ſi* ALIVS *venerit* IN NOMINE SVO, *illum recipietis.* Nunc ita argumentor.

2. QVISQVIS *aliùs nomine ſuo veniet, eum recipient Iudæi.*

OMNES *Antichriſti in nomine ſuo venient*, ergo OMNES *Antichriſtos recipient Iudæi.*

Maiorem quæ mea non eſt, in terminis ipſe adducis, &c. 16. ex Maldonato, cuius in hunc verſum explicationem miris encomijs effers. Et iam *neruoſam b.* Iam *clariſſimam c.* Iam *neruoſiſſimam d.* vocas.

Minor itidem in terminis tua eſt p. 22. prioris Antichriſti.

3. Sed en alterum telum.

Iudæi Chriſto teſte illum Antichriſtum recipient, qui per vocem ALIVS *intelligitur.*

Sed per vocem ALIVS *intelliguntur* OMNES *falſi Prophetæ, ſeu Antichriſti.*

Ergo Iudæi OMNES *falſos Prophetas, ſeu Antichriſtos recipient.*

Maior eſt in terminis nota ex Chriſti ver-

ſti verbis. Vnde & tu illam licet paulò alijs verbis adducis *e.* & concedis *f.*

Minor itidem eſt tua loc. cit. ex Maldonato. Quid hîc dices miſelle? cur non cum Maldonatum deſcriberes hæc COLFECISTI? ſed nimirum, vt *Bilbilitanus vates g.* canit, *Non cuicunque datum eſt habere* NASVM.

a. *lib. 2. Erot. Dialect. p. 126. Edit. Lipſ.* b. *In priori Antich. p. 149.* c. *in poſter. Antich. p. 19.* d. *ibid.* e. *in priori Antich. p. 17.* f. *ibid. p. 20. non enim maiorem; ſed minorem à te poſitam negas.* g. *Epig. 98. Edit. Lugdun.*

CAPVT XI.

THVMMIVS NEGAT, ET AFfirmat 1. Antichriſtum adhuc ſedere in verâ Dei Eccleſiâ. 2. Eccleſiam Lutheranam, non papatum eſſe veram Dei Eccleſiam.

1. ANtichriſto ſedente in tẽplo Dei, ſeu Eccleſiâ Dei, ſequentia docet prædicans pag. XXX. & XXXI. 1. *Antichri-*

tichriſtum adhuc ſedere in verâ Dei Eccleſiâ. II. *Lutheranam Eccleſiam eſſe veram Dei Eccleſiam* III. *Papatum non eſſe veram Dei Eccleſiam.*

Notanda. I.

2. Antequam ad contradictiones in his verbis latentes deſcendam: *Noto primò* ex Luthero *a*, & libro concordiæ *b*. VERAM ECCLESIAM DEI, *eſſe quandam in terris ſanctorum congregati vnculam, & communionem ex merè ſanctis hominibus coactam, ſub vno capite Chriſto, per Spiritum ſanctum conuocatā in vnâ fide* &c.

II.

3. Noto *ſecundò.* Ex mente Lutheranorum, vt patet apud Centuriatores, *c.* SEDERE hôc loco idem eſſe, *ac pro ſincero doctore, & ſucceſſore Apoſtolorum haberi.* Rurſus idem eſſe, vt AEgidius Hunnius *d.* loquitur, *atq; ſedere ad gubernacula Eccleſiæ Dei, adminiſtrationemq; illius tanquam caput, & Monarcham ſibi ſumere, & vendicare.* His poſitis vnam aut alteram craſsiorem prædicantis contradictionem producamus. PRIMAM ita demonſtro.

Contradictio I. Antichriſtus ſedet in vera Dei Eccleſia: ita Thummius.

4. *Illa eſt Eccleſia*, in quâ ſedet Antichriſtus, *quæ illum pro ſincero doctore, & ſucceſſore Apoſtolorum habet.*

Sed

Sed vera Dei Eccleſia non habet Antichriſtum pro ſincero doctore, & ſucceſſore Apoſtolorum. Ergo vera Dei Eccleſia non eſt illa, in quâ ſedet Antichriſtus.

Antichriſtus non ſedet in verâ Eccleſiâ Dei: ita Lutherani.

Maior eſt aduerſariorum.

Minor eſt apud illos certa: nam illi pro verâ DEI Eccleſiâ ſolam Lutheranam habent, quæ Antichriſtum non pro doctore, ſed inpoſtore habet.

Conſequentia tamen eſt contra primum pronuntiatum Thummij. Sed videris mihi hîc neſcio quid ſubmurmurare. Nam p. XXXVIII. innuis Antichriſtum AB IMPIIS tantùm pro capite, adeóque Doctore agnoſci. Habeo gratias. Quæro enim an iſti IMPII ſint in verâ Dei Eccleſiâ? Si negas: Ergo Antichriſtus illis etiam ſe adiunget, qui ſunt *extra Eccleſiam, ſeu Templum Dei.* Atqui hoc tu ipſe tum alibi paſsim, tũ maximè in priori Antich. p. 152. in terminis negas. En tua verba, *Antichriſtus illis ſeſe adiungit, qui in templo Dei ſunt,* NON QVI EXTRA. *Si affirmas.* Ergo *primò* vera Dei Eccleſia non conſtat ex merè ſanctis hominibus, cùm & Papiſtas

Inexplicabili nodó Thummius induitur.

piſtas (ſecundum te impios) contineat. Ergo *ſecundo* Papiſtæ (nam hos per impios impiè intelligis) ſunt in *verâ Dei Eccleſiâ.* Non autem ſunt in *Lutheranâ,* nec in *Caluinianâ,&c.* Sed IN ROMANA. *Ergo* ROMANA eſt vera Dei Eccleſia. Rumpêris, Thummi, antequam nodũ hunc Gordium rumpas.

Contradictio ſecunda.

5. SECVNDAM CONTRADICTIONEM ita deduco,& quæro ex te Thummi, an etiam *in papatu* ſedeat Antichriſtus? *Affirmas?* Contra. *In illa tantum Eccleſiâ ſedet Antichriſtus, quæ ex merè Sanctis hominibus coacta eſt. Sed papatus non eſt coactus ex merè ſanctis hominibus.*

Ergo in Papatu non ſedet Antichriſtus.

Antichriſtus ſedet in papatu, non ſedet in papatu.

MAIOR eſt tua (quomodocunq; accipias τὸ ſedet) in pronuntiato primo, & Lutheri in notando primo.

MINOR eſt veſtrum omnium, & nominatim Lutheri, *e.* qui Papatum definit, *abominationẽ omnis Idololatriæ, ab omnibus diabolis ex inferni barathro productam.*

CONSEQVENS tamen ſecundum vos ipſa falſitate falſius eſt.

6. Quod ſi *neges* Antichriſtum ſedere in noſtrâ Eccleſiâ; Con-

Contra rurſus.

Antichriſtus in omni illa Eccleſiâ ſedet, cuius ſibi gubernacula, & adminiſtrationem vendicat,

Sed, vt vos clamatis, potiſſimum vendicat ſibi Papatus adminiſtrationem, à quo etiam ſolo pro capite agnoſcitur.

Ergo potiſſimum in Papatu ſedet.

Quicquid hic dixeris. *Tibi: Tuis; Luthero* contradices.

a. *In Catech. Maiore. Tom. 5. Lat. VVit. 1554. pag. 628.* b. *Edit. Germ. Dreſd. 1580. pag. 206.* c. *Centur. 1. lib. 2. cap. 4. Edit. Baſil. 1559. pag. 436.* d. *In cap. 2. poſt Epiſt. ad Theſſalon: Edit. Marburg. 1587. pag. 74.* e. *aduerſus Papatum To. 7. Lat. VVit. 1557. pag. 458.*

CAPVT XII.

THVMMIVS PER BESTIAM Apocalypticam intelligit nunc Romanum Imperium, nunc Romam, nunc ipſum Antichriſtum, ex quo contradictio.

1. MIRA nobis Prædicans de beſtia Apocalypticâ tradit. Verba ſancti Ioannis ita

ita habent cap. 17. v. 3. *Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, &c.* Per MVLIEREM intelligit Thumius *Papam Antichriſtum*, pagin. 36. & in priori Antichriſto, cap. 2. paſsim. Per BESTIAM verò *Romanum Imperium ſub Papæ iugo conſtitutum*, pag. 35. & in priori Antichriſto pag. 36.

Antichriſtus eſt Beſtia: non eſt Beſtia Apoc. 17. v. 3.

2. Oſtendam ego hîc Thumium *ſibi* contradicere luculenter. Nam 1. in priori Antichriſto pag. 38. & pagin. 155. per illam ipſam beſtiam intelligit *Antichriſtum*, vnde lepidè ſequitur Antichriſtum *ſibi ipſi* inſidere; equitem nimirum equiti. 11. pag. 36. ſic loquitur. *Mulier Antichriſtus ſedet ſuper beſtiam Romam. Ergo Antichriſtus ſedet Romæ.* Vbi vides à Prædicante per *beſtiam*, non poſſe vllo modo intelligi nec Romanum imperium, nec Antichriſtum; nam ex neutro ſenſu ſequeretur Antichriſtum *Romæ* ſedere. Sed neceſſariò intelligi ipſam vrbem *Romam.*

Eſt Mulier beſtia inſidés, non eſt mulier.

4. Quid hîc, oro te, hiſces vertumne? vna eádemque beſtia iam ROMAM, IMPERIVM mox, ANTICHRISTVM, paulò poſt ROMA tibi: quidni & TVBINGA?

CAPVT XIII.

PRÆDICANS 1. OMNES Pontifices à Gregorio Magno Antichriſtos. 2. ſolum Papam Antichriſtum eſſe affirmat, negat.

1. ITa prædicans contrarium velut ex tripode concludit, p. xxxv.

Qui regnat in capitibus (beſtiæ,) & montibus mulieris, eſt Antichriſtus.

Pontifex Romanus regnat in capitibus beſtiæ, & montibus mulieris.

Igitur pontifex Romanus eſt Antichriſtus.
Notandum hic eſt 7. capita beſtiæ, & 7. montes idem eſſe, vt non ſolum patet apocal. 17. v. 9. *Septem capita ſeptem montes ſunt*, ſed & ex ipſo Thummio *a.* vbi ex Balduino docet *per 7. capita notanter oſtendi* ROMAM SEPTICOLLEM, & per *mulierem*, intelligi *ciuitatem magnam*, quæ habet regnum ſuper reges terræ. Apocal. 17. v. 18. adeoque ROMAM, vt explicant aduerſarij.

2. Nunc ad contradictiones deſcendo.

PRI-

Antichriſtus Romę reſidet; non reſidet Romæ.

PRIMAM ſic demonſtro.

Qui eſt Antichriſtus, debet regnare ROMAE.

Multi Pontifices Romani à Gregorio Magno non regnarunt ROMAE.

Ergo multi Pontifices Romani à Gregorio Magno non fuerunt Antichriſti.

MAIOR eſt tua, tuorumque omnium, tam Lutheranorum, quam calniniſtarum.

MINOR eſt itidem tua. Nam ipſe ex Balduino fateris Pontifices Romanos per 70. annos non ROMAE, ſed AVENIONE in Galliâ reſediſſe.

CONSEQVENTIA tamen eſt contra te, contra omnes tuos, qui pro aris, & focis contenditis *omnes omnino Pontifices poſt Gregorium Magnum eſſe Antichriſtos.* Neque dicas ſediſſe quidem Papam *Auenione,* nihilominus tamen manſiſſe Romanum Pontificem; Imo Clementem V. tres Cardinales *Romam* miſiſſe, qui vrbem, & Italiam gubernarent, vt teſtatur Pantaleon *c.* adeoque Romæ *mediatè* reſediſſe. Sed lepida hæc obiectio eſt. Nam 1. ſic & Imperator Ferdinandus in *Hungariâ* dicetur reſidere, quia,

Effugium occluditur.

Perſonalis reſidentia Papæ in vrbe intelligenda eſt.

quia, licet Pragæ, aut Viennæ ſit, manet tamen *Rex Hungariæ*. II. Sic & Imperatores Græci dicerentur *Romæ* reſediſſe, quia teſte Anaſtaſio Bibliothecario *d.* ſuo loco *duces Romæ* habebant, qui Rempublicam Romanã adminiſtrarent. III. Ipſi aduerſarij non de *mediatâ*, ſed *immediatâ*, & *perſonali* reſidentiâ ſcripturam intelligere & volunt, & debent: nam aliàs non minus in Italiâ, quàm Hiſpaniâ, Germaniã, Galliâ, Poloniâ probarent reſidere Põtificem, cum vbique *legatos* ſuos habeat. Fateri igitur cogitur Thummius veriſsimam eſſe hanc *Minorem*: ſed tunc videbit ſe iucundè CONTRADICERE conſequentiæ primæ.

3. Secunda ſit hæc.

Alia contradictio.

Qui regnat in capitibus beſtiæ, & montibus mulieris, adeoq́; Romæ, eſt Antichriſtus.

Solus Papa eſt Antichriſtus Magnus occidentalis.

Nero, *Diocletianus*, *&c. regnarunt in capitibus beſtiæ, & montibus mulieris, adeoq́; Romæ.*

Non ſolus Papa eſt ille Antichriſtus.

Ergo Nero, & Diocletianus fuerunt Antichriſti.

MAIOR in terminis tua eſt.

MINOR tam certa, quàm Lutherum VVittenbergæ vixiſſe.

CONSEQVENTIA tamen contra te, qui ſolum Papam Antichriſtum occidentalem facis. Vnicam rimam video, per quam poſsis euadere, ſi tuammet Maiorem neges. Nec eſt cur ERVBESCERE timeas. Erubeſcere non poteris, licet velis, nam omnem verecundiam poſteris ſuis, PRAECERPSIT Lutherus tuus, cui ludus erat à ſe ipſo affirmata negare, negata affirmare. ſequere generoſè Magiſtrum diſcipulus, quo non es maior.

a. *pag. 42. prioris Antich.* b. *Ibidem* c. *in Chronograph. Eccleſiæ ad annum 1305.* d. *De vitis pontif. in Gregorio 2.*

CAPVT XIV.

ECCLESIA VISIBILIS PEnitus interire poteſt, & non poteſt, iuxta Thummium.

1. *ECcleſia viſibilis tempore Eliæ Prophetæ,* ait prædicans p. XXXIX. *quoad publicum miniſterium, & cultum* IN TOTVM *fuit Baalitica.* Et hoc fundamentum eſt erroris illius, quem toties inculcat, nimirum *Eccleſiam viſibilem*

ſibilem penitus interire poſſe. Ergo breuiter oſtendo, Thummium & *ſibi*, & *ſcripturæ* euidenter contradicere. SIBI. nam quæro. In vtra Eccleſia fuerit illo tempore Elias? NON IN VISIBILI, quia illa, vt Thummius vult, IN TOTVM perijt. NEC IN INVISIBILI, quia in illa erant tantum ij, qui LATEBANT 3. Reg. cap. 19. Elias autem minimè latebat, cum & PALAM viſibilis eſſet, & PALAM ac LIBERE Achab Iezabelem, pſeudoprophetas Baaliticos reprehenderet, confunderet. Ergo in neutra fuit. Viden' prædicans, quam incautè tibi ipſi peſſulum obduxeris. Elias fuit in Eccleſia viſibili. Non fuit.

2. Scripturæ verò apertè contradicis: nam nec Elias ſe dixit *abſolutè* ſolum, ſed ſolum IN ISRAEL; nec Deus dixit reliquiſſe ſe (latentes) ſeptem millia virorum ABSOLVTE, ſed IN ISRAEL, vt habetur expreſsè 3. Reg. 19. v. 10. & 18. Conſtat autem illo ipſo tempore regnaſſe Hieroſolymis Reges Iudæ ſanctiſsimos Aſan, & Ioſaphat, quibus ipſe Deus teſtimonium dedit, *quod feciſſent rectum in conſpectu Domini, ſicut Dauid pater eorum.* 3. Reg. 15. & 22. Tempore Eliæ fuit aliqua viſibilis Eccleſia Dei.

 Man-

Manſit ergo in *regno Iudæ* ſub his regibus, imo floruit Eccleſia viſibilis; eſto *in regno Iſrael* imminuta ſit. Age iam gratias Melanchtoni, & Caluino tuo, ex quorum LACVNIS incautè errorem hunc imbibiſti. In poſterum ex ipſis FONTIBVS AQVAM HAVRI.

CAPVT XV.

ECCLESIA VISIBILIS POtuit ſecundum Thummium deſinere, & non potuit.

I. VEram Eccleſiam viſibilem DESIISSE eſſe veram, paſſim docet noſter Theologus, maximè pag. 42. Ego vnicum ſyllogiſmum ex *verbis*, & *ſenſu* Thummij compoſitum oppono, vnde apparebit elegans Theologi noſtri contradictio.

Vera Eccleſia nunquam poterit deſinere vſque ad finem mundi.

Eccleſia viſibilis fuit vera Eccleſia.

Ergo Eccleſia viſibilis non potuit deſinere vſque ad finem mundi.

Lector collige contradictiones.

MAIOR eſt Tummij, eamque ipſe

pſe ſolidè probat in priori Antichriſto pag. 171. ſex argumentis. Dabo omnia. I. *Quia Chriſtus ſe cum Eccleſia vſque ad mundi conſummationem futurum dicit Matth. 28. 20.* II. *Chriſtus diſcipulis ſuis in mandatis dedit, vt prædicarēt, & baptizarent, quæ ſanè mandata, eorum ſucceſſores ligant, vſque ad finem ſæculi.* III. *Chriſtus præcepit commemorationem ſuæ mortis in ſacra Euchariſtia celebrari vſque ad aduentum ſuum, 1. Corinth. 11. 25. 26.* IV. *Oſtendit Ioannes quoſdam futuros tam fortes, vt hoſtiam non ſint adoraturi, Apocal. 20. 4.* V. *Portæ inferorum non præualebunt aduerſus Eccleſiam. Matth. 16. 18. At ſi omnis* DEI *cultus, & Sacramentorum vſus ceſſaret, maximè aduerſus Eccleſiam præualerent.* VI. *Oſtendit Auguſtinus lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 8. Adeò fortes futuros in perſecutione Chriſtianos, vt nullo periculo à baptizandis liberis deterreri poßint.*

Vera Eccleſia nunquam poteſt deſinere: teſte Thummio.

Viſibilis Eccleſia non poteſt deſinere, eodem teſte.

Viſibilis Eccleſia deſijt, teſte Thummio.

2. Hæc ad verbum Thummius. Vbi diligenter nota, eum ipſam PRAEDICATIONEM, qui PVBLICVS actus eſt, ad finem mundi permanſuram affirmare.

Ergo non eſt vera Eccleſia.

MINOR itidem in terminis eſt Thum-

Eſt tamen vera Eccleſia, teſte Thumio.

Thummij. En eius verba in priori Antich. pag. 154. ECCLESIA VISIBILIS, *antequam ab Antichriſto oppreſſa eſſet*, VERA ERAT DEI ECCLESIA.

CONSEQVENTIA tamen in terminis CONTRADICIT Thummio. Sed nimirum *Naturam* imitaris Thumi. Solet illa teſte Carneade, *a.* quæ CONSTITVIT & COMPEGIT, ipſa DISSOLVERE. Sic & tu, quæ prius CONSTITVISTI & COMPEGISTI, ipſe tuis verbis diſſoluis.

a. *Diog. Laërt. lib. 4.*

CAPVT XVI.

PER σέβασμα CÆSAREM INtelligi Tubingenſis Prædicans affirmat, Lutheranus Thummius negat.

1\. AIT Prædicans, pag. 61. per illam vocē σέβασμα 2. Theſſal. 2. intelligi CAESAREM, vt adeo verba illa ſancti Pauli. *Extollet ſe ſuper omne quod dicitur* DEVS, *aut quod colitur*, hunc ſenſum efficiant. *Antichriſtus extollet ſe ſuper omnem Magiſtratum, etiam ipſum Cæſarem.* Ego breuiter hanc expli-

explicationem & ipſi *Thummio*, & *Luthero*, & *Lutheranis* contradicere demō-ſtro. Illud prius lector norit, Thummium, vt & alios Lutheranos, tantùm *vnicum litteralem ſcripturæ ſenſum admittere.*

2. Igitur Thummius contradicit SIBI IPSI. Quia credit aliquid quod in ſcriptura non eſt. Oſtendat autem vel vnicum locum, vbi σέβασμα in ſcripturâ idem ſit, quod Cæſar.

Thummius credit aliquid extra ſcripturam.

3. LVTHERO contradicit. Quia is *a.* citata ſancti Pauli verba ita vertit. Der ſich vberhebet vber alles / das GOtt / oder Gottesdienſt heiſſet. Eſtne autem Gottesdienſt idem, quod CAESAR? Sed audi aliam eiuſdem Lutheri tui verſionem. *b. Qui*, inquit, *effertur aduerſus omnem qui dicitur* DEVS, *aut* NVMEN. Quid autem per *Deus, numen*, Gottesdienſt / intelligat, ipſe mox in hunc modum explicat, *c. ſupra Dei*, inquit, *naturam & eſſentiam, & maieſtatem nihil ſe poteſt efferre, ſed ſupra nominatum, prædicatum, & cultum Deum, hoc eſt*, SVPRA DEI VERBVM, ET CVLTVS DIVINOS, AVT SACRAMENTA. Per DEVM ergo intelli-

Lutherus, & alij Lutherani per σέβασμα cultum Dei intelligunt: Cęſar non eſt cultus Dei, Thummi.

Ergo non eſt σέβασμα.

 git

git Lutherus VERBVM DEI. Tu *Magiſtratum Per σέβασμα, ille* CVLTVS DIVINOS, AVT SACRAMENTA; Tu *Cæſarem.* An tibi Magiſtratus *verbum Dei?* Cæſar *Sacramentum, aut cultus diuinus?* O Harmoniam! Poteſt profectò Lutherus, cum ſuam ſententiam *tam indignè* à te tractari videt, *ingemiſcens* illud repetere, quod in ſimili re *cum ſuſpirio* quondam protulit. *d. Nos,* inquiebat, *qui vnius cordis ſumus, noſipſos* MVTVO PERSEQVIMVR.

Contradicis ergo Luthero, & Lutheranis.

4. LVTHERANIS contradicit. Nam Thumius inter illa verba DEVS, & QVOD COLITVR, ſiue *σέβασμα* GRADATIONEM inducit, vt ſenſus ſit Antichriſtus *efferet ſe ſupra omnes magiſtratus, neq; ſolũ inferiores illos, ſed ſupra ipſos Cæſares.* vt adeo Deus *minus* ipſi ſit, quam *σέβασμα.* Audiamus nunc ergo conſenſum prædicantium.

Ioannes Bugenhagius Pomeranus, e quẽ ipſe Lutherus *Epiſcopum VVittebergenſem* appellabat *f.* per *Deum* intelligit *præcepta Dei, & Euangelium:* per *σέβασμα Religionem, cultum Dei.* hoc eſt vt ipſe explicat, *fidem.* Nihil ille de *Cæſare*, nihil de *gradatione.*

Ægidius

Ægidius Hunnius g. apertè *gradationem* reijcit, nam per *Deum* intelligit *præcepta Dei*, per σέβασμα non ſolum *Cæſarem*, ſed etiã *alios Reges Principes*, &c. quam autem bella hæc *gradatio*. *Antichriſtus effert ſe ſupra authoritatẽ ipſius Dei, imò ſupra Cæſarem, & Reges?*

Eraſmus Sarcerius verba Pauli ſic explicat. *Extolli*, inquit, *ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur eſt Deo vero non eſſe contentum; eſt vero cultu Dei non eſſe contentum, eſt exercere idololatriam*, &c. Vbi nec apicem, de Cæſare per σέβασμα intellecto.

Theologi Saxonici cum Iacobo Heilbrunnero, per DEVM *Dei verbum, præcepta, Cæſares, Reges, Principes*, per σέβασμα, *cultum Dei, conciones, matrimonium*, &c. ſignificari volunt. Vt adeo Thummius non ſolum ex ſcripturâ, ſed etiam nec ex vllo inter ſuos probato authore oſtendere poſsit, per σέβασμα SOLVM CAESAREM intelligi. Ipſe iam decidat ſe, an Lutherum, Lutheranoſq; erraſſe velit, ſine maculâ non abibit, vtrum dixerit; &, vt cum Tertulliano k. loquar, *de calcariâ tranſibit ad carbonariam*.

a. *In Bibl.German.Edit.VVitt.1555.Tom. 2.pag.348.* b. *Tom.4. Edit.Lat.VVitt. 1552. in cap. 12. Daniel.pag. 330.* c. *Ibidem pag. 331.* d. *Aurifaber in Colloq. menſal. Luth. German. Edit. Francoſ. pag.408.* e. *In 2.ad Theſſal.2. Edit. Argentor.1524.pag.69.* f. *In præfatione ad comment.Pomerani in Pſalmos Edit. Baſil. 1535.* g. *In 2. ad Theſſal. 2. Edit. Marpurg.1587.pag.54.* h. *In 2.Theſſal. 2. Edit. Francoſ.1542. p.* i. *In Papatu Acatholico. art.14.c.3.arg.1.* k. *lib. de carne Chriſti,c.6.*

Hæc pauca è multis ſelegi, quæ contradictionum Thummianarum exempla lectori forent. Qua in re nihil eſt magnopere, cur Thummium exagitem, qui enim ſemel fide verâ, ſupra Petram fundata excidit, quid mirum eſt, ſi errorum fluctibus huc illuc impellatur, ventorum ludibrium? Illud tantùm, amicum Lectorem, monitum denuò volo, vt ſerio cum animo ſuo diſpiciat, Tutóne poſsit animæ ſuæ ſalutem talibus Doctoribus credere, qui ne ipſi quidem ſatis ſciũt, quid credant: quod mira & perpetua incon-

inconſtantia luce clarius docet. Sed ad alias dotes Thummij noſtri ſpectandas accedamus.

Pars V.

EFFVGIA THVMMIANA.

NON abludit ab antiquis Hæreticis Thummius noſter. niſi quod, quas illi manus *ſcripturæ* ferè *ſoli*, has Thummius & *ſcripturæ*, & *aliorum ſcriptis* violenter infert. Audiamus de priſcis hæreticis S. Cyprianum. *Corruptores*, inquit, *Euangelij, atq; interpretes falſi extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partis memores, & partem ſubdolè comprimentes.* Ita prorſus cũ *Bellarminianis*, ita cum *noſtris* ſcriptis facit Thummius. Cùm enim aliud EFFVGIVM non ſupereſt miſero, recitat ſententias noſtras, ſed ita, vt *extrema ponat, ſuperiora prætereat; partem citet, partem ſubdolè comprimat.* Videt nimirum ſecu-

ſecuriùs *curtæ* eruditioni ſuæ nil eſſe, quàm FVGERE. Ego FVGIENTEM THVMMIVM non nihil ex FVGA retraham. Lector ex Thummianis *pedibus* de *capite* iudicet.

a. *lib de vnit. Eccleſiæ pag. 256.*

CAPVT I.

CVM PROBARE NON POteſt Thummius, quod dixerat negat ſe dixiſſe.

Thummius, quæ dixit, negat ſe dixiſſe.

I. 1. EXEMPLVM PRIMVM. Aſſeruerat Thummius pag. 3. *Præpoſitionem ἀντὶ apud Græcos non tantum oppoſitionem, ſed quandoque* SIMVL *vicem ſignificare.* Imperitiſsimum hoc pronuntiatum refutâram ego theſi 2.

II. 2. Quid adhæc Thummius meus? Nouam probationem cum nec *ingenium* eius, nec *veritas* permitteret, NEGAT pag. 7. ſe hoc affirmaſſe. *non controuertitur*, inquit, *an τὸ ἀντὶ* SIMVL *oppoſitionem, & ſubordinationem, ſeu Vicariam rationem notet: ſed hoc, vt ex Bellarmino noſſe debes, quæritur, an τὸ ἀντὶ nunquam ſubordinationem ſignificet?* Imo verò mi homo

homo VTRVMQVE controuertitur. *Poſterius* Bellarminus negârat. *Prius* tu, vt *verbis ipſis* oſtendi, *verbis ipſis* affirmaueras: verba ipſa ſtatim proximo paragrapho referentur. quod tamen iam *affirmaſſe* te negas, quia *probari* à te non poſſe videras. Maluiſti nimirum *mendacij*, quàm *imperitiæ* aleam ſubire.

3. EXEMPLVM SECVNDVM. Quod ἀντὶ & oppoſitionem, & quandoque SIMVL vicem ſignificet, ita probarat Thummius fol 3. *Reſpondeo*, inquit, *præpoſitionem ἀντὶ apud Græcos non tantùm oppoſitionem, ſed quandoque* SIMVL *vicem ſignificare. Hinc factum, vt nonnulli Antichriſtum & inde dici ſcripſerint. Eum nempe Chriſti aduerſarium reuerâ eſſe, pro Chriſti autem Vicario ſemetipſum falſo vendere.* Vis huius argumenti hæc eſt. *Antichriſtus & oppoſitionem, & vicem ſimul ſignificat.* QVIA *nonnulli ſcribunt Antichriſtum inde dictum eſſe.* Ineptiſsimum hoc argumentum, cum ego pro merito exagitaſſem, NEGAT iam prædicans pag. 5. ſe ita argumentatum. NEGAS verò? aut ergo concedendum tibi erit, *propoſitionem illam, ἀντὶ* SIMVL *& oppoſitionem* II.

Grammaticè tecum ago. Itáne verò ἄλλ@ ἐπὶ πλειόνων, *vox* ALIVS *de* MVLTIS *dicitur*, hoc eſt, vt tu interpretaris, MVLTOS *ſignificat?* Acquieſco. Ergo etiam ἕτερος ἐπὶ δυοῖν, *Vox* ALTER *de* DVOBVS *dicetur*, hoc eſt, DVOS *ſignificabit?* Ergo cum dico, *Ex duobus his*, Thummio nimirum, & Menzero, ALTER *errauit*; ſenſus erit, *duo errarunt*, ſiue quod idem eſt, *vterque errauit*, & *Thummius*, & *Menzerus*. Quid hîc frontem rugas? ſi aqua hæc fætet; ex *tuo* fonte hauſi. Cæterum ex Abecedarijs puerulis diſcere poteris, Regulam à te allatam plus non velle, quàm *vocem* ALTER *non dici de vno ex* MVLTIS, *ſed de vno* EX DVOBVS. Contra *vocem* ALIVS *non dici de vno* EX DVOBVS, *ſed de vno* EX MVLTIS. Quàm prudenter faceres, mi Thummi, ſi vt quondam *Carolſtadius* relictâ Theogoliâ *aratrum*, ita tu aliquantiſper *Donatum* verſares.

Thummius Grammaticam docetur.

IV. 10. EXEMPLVM QVARTVM: Conuiceram Prædicantem, pag. 8. ineptiſſimæ conſequentiæ, quam cōtra characterem Antichriſti *ſpiritualem* ex ſancto Thomâ adduxerat. Pudefactus miſer

miſer cum defendere ſua non poſſet, negat pag. 12. in eum finem attuliſſe ſe ſanctum Thomam. Dic ergo magne Commentator, quis ſenſus horũ verborum tuorum, pag. 133. *Verum quia* (Bellarminus) *è Thomâ 3. q. 63. art. 3. ad 3. procul dubio didicit, characterem beſtiæ eſſe illiciti cultus, ideo ſomniat characterem futurum* NOTAM *aliquam, &c.* Annon his verbis volebas Bellarminum ineptè ex S. Thomâ deducere, quod character ſit NOTA aliqua, ſeu SIGNVM MATERIALE, quandoquidem hæc vox NOTA in S. Thomâ non ſit. Alium ſenſum ex hac materia tuâ nec ſtrongiſtatuarius effingat.

EXEMPLVM QVINTVM. Vociferatus erat Prædicans *in priori Antichriſto apud Catholicos Confirmationem, & Vota eſſe* DE NECESSITATE SALVTIS, Enorme hoc mendacium cum ego pag. 7. & 11 detexiſſem, neque iam proſtratus prædicans erigere ſe amplius poſſet, Nega pag 14. vnquam ſe hoc ſcripſiſſe. En ergo verba tua pag. 133. *Et facit* (Antichriſtus Pontifex) *omnes puſillos, & magnos, & diuites, & pau-* V. An vota & confirmatio de neceſſitate ſalutis?

Grammaticè tecum ago. Itáne verò ἄλλος ἐπὶ πλειόνων, *vox* ALIVS *de* MVLTIS *dicitur*, hoc eſt, vt tu interpretaris, MVLTOS *ſignificat?* Acquieſco. Ergo etiam ἕτερος ἐπὶ δυοῖν, *Vox* ALTER *de* DVOBVS *dicetur*, hoc eſt, DVOS *ſignificabit?* Ergo cum dico, *Ex duobus his*, Thummio nimirum, & Menzero, ALTER *errauit*; ſenſus erit, *duo errarunt*, ſiue quod idem eſt, *vterque errauit*, *&* Thummius, *& Menzerus*. Quid hîc frontem rugas? ſi aqua hæc fætet; ex *tuo* fonte hauſi. Cæterum ex Abecedarijs puerulis diſcere poteris, Regulam à te allatam plus non velle, quàm *vocem* ALTER *non dici de vno ex* MVLTIS, *ſed de vno* EX DVOBVS. Contra *vocem* ALIVS *non dici de vno* EX DVOBVS, *ſed de vno* EX MVLTIS. Quàm prudenter faceres, mi Thummi, ſi vt quondam *Carolſtadius* relictâ Theogoliâ *aratrum*, ita tu aliquantiſper *Donatum* verſares.

Thummius Grammaticam docetur.

IV. 10. EXEMPLVM QVARTVM: Conuiceram Prædicantem, pag. 8. ineptiſſimæ conſequentiæ, quam cótra characterem Antichriſti *ſpiritualem* ex ſancto Thomâ adduxerat. Pudefactus miſer

miſer cum defendere ſua non poſſet, negat pag. 12. in eum finem attuliſſe ſe ſanctum Thomam. Dic ergo magne Commentator, quis ſenſus horũ verborum tuorum, pag. 133. *Verum quia* (Bellarminus) *è Thomâ 3. q. 63. art. 3. ad 3. procul dubio didicit, characterem beſtiæ eſſe illiciti cultus, ideo ſomniat characterem futurum* NOTAM *aliquam, &c.* Annon his verbis volebas Bellarminum ineptè ex S. Thomâ deducere, quod character ſit NOTA aliqua, ſeu SIGNVM MATERIALE, quandoquidem hæc vox NOTA in S. Thomâ non ſit. Alium ſenſum ex hac materia tuâ nec ſtrongiſtatuarius effingat.

V. An vota & confirmatio de neceſſitate ſalutis?

EXEMPLVM QVINTVM. Vociferatus erat Prædicans *in priori Antichriſto apud Catholicos Confirmationem, & Vota eſſe* DE NECESSITATE SALVTIS, Enorme hoc mendacium cum ego pag. 7. & 11 detexiſſem, neque iam proſtratus prædicans erigere ſe amplius poſſet, Nega pag 14. vnquam ſe hoc ſcripſiſſe. En ergo verba tua pag. 133. *Et facit* (Antichriſtus Pontifex) *omnes puſillos, & magnos, & diuites, & pau-*

peres, & liberos, & ſeruos accipere SVB NECESSITATE SALVTIS *characterem in manu ſuâ dextrâ, aut in frontibus ſuis* per *frontem* autem intelligis p. 134. CHRISMATIS VNCTIONEM. Per *manum dextram* VOTA *tam generalia quam ſpecialia.* En mi vir volebas mendacio *ſaccum* quo tenebaris SOLVERE; CONSTRINXISTI.

VI. 12. EXEMPLVM SEXTVM: Probare volebat Theologus noſter, *ciuilem mercaturam apud nos qui exercere volunt; illos Pontifici Romano prius obſtringi debere.* vis verò probationis erat iſta nunquam erit Chriſtianus, niſi chriſmatus.

Ergo non poteſt ciuilem mercaturam exercere, niſi Pontifici Romano obſtrictus.

Ridiculam hanc conſequentiam cum ego p. XI. pro meritò exagitaſſem prædicans ſerò erubeſcens cum alia omnia ipſum deficerent, negat p. XIX. ſe ita argumentatum, imo me *nec iſta* monſtraturum. Vide quam liberalis ſim: Non ſolum *ita* ſed *integrum* ex ope *Alphabetum* tibi demonſtro. Accipe tuamet verba *ciuilem*, inquis pag. 1391.

merca-

mercaturam qui exercere volunt, illi Pontifici Romano prius obſtringantur neceſſe eſt. Agnoſcis verba tua? QVIA *nunquam erit Chriſtianus, niſi confirmatione Epiſcopali fuerit chriſmatus.* Habes hîc bone vir non ſolum literam, quam petiſti, 1. ſed & quam meruiſti.

13. Sed audiamus appendicis loco prædicantem, quomodo p. xx. probet Pontificem non permittere *mercaturam*, niſi qui *characterem* oſtenderit.

Martinus V. omnes ſuos iureiurando obſtringit, vt omnes fidem Eccleſiæ Romanæ non tenentes, mercaturam exercere non permittant.

Ergo Martinus V. non permittit vendere aut emere, niſi qui characterem oſtenderint.

Superi? Quanta hîc mendaciorum, ignorantiarum ſilua? oſtendo breuiter.

14. Reſpondeo igitur 1. retorquendo argumentum. Tubingenſis ciuitas fidem Eccleſiæ Lutheranæ non tenentes mercaturam exercere non permittit. Ergo Tubingenſes non permittunt vendere aut emere niſi qui characterem oſtenderint.

Antecedens (vt de Caluiniſtis nihil

hil dicam) tuum eſt. Doces enim. *a.* *Magiſtratum politicum* (vtique & Tubingenſem) *debere Hæreticos, ſi non corrigantur, in exilium mittere.* conſequenter MERCATVRAM Tubingæ EXERCERE non poterunt. Conſequentia tua eſt.

An Tubingenſes ſint Antichriſtus?

15. Reſpondeo II. Totum hoc enthymema niti fundamento, quod tu *velut certum* ſupponis, cùm *falſiſſimũ* ſit, nimirum *Profeſſionem Papiſtici cultus eſſe characterem illum, quem S. Ioannes Antichriſto aſsignat.* Monſtra vel iota in *ſcripturâ, patribus, antiquitate.* Cerebrum tuum excipio, quod te *antiquius* non eſt.

Soliditas Thummiana.

16. Reſpondeo. III. Carpere te in Martino pontifice, quod tamen ipſemet in *S. Auguſtino, primitiuâ Eccleſiâ, politico magiſtratu* laudas, imo exigis *b.* nimirum hæreticos *exilio plectendos, in inſulas relegandos,* & conſequenter omni inter Catholicos MERCATVRA priuandos.

17. Reſpondeo IV. TV IPSE antecedens tuum euertis. fateris enim p. XXI. Pontificem *Iudæis*, qui tamen fidem Eccleſiæ Romanæ non tenent, *ex*

ſingu-

ſingulari indulgentia permittere MERCATVRAM. Adeoque propoſitio tua *vniuerſalis* per *inſtantiam* à te ipſo datam falſitatis arguitur. Vt taceam S. Ioannem abſolutè dicere OMNES. Aut oſtende locum vbi ſcriptura dicat, Antichriſtum *ex ſingulari indulgentiâ cum Iudæis in* MERCATVRA *diſpenſaturum.* Tu diſpenſas; ſed cum VERITATE.

18. Ad extremum circa ea, quæ ex Thummio hic attulimus, lectorē denuo monitum volo: *Thummio ſolum id cordi eſſe, vt multa ſcribat: vnde corradat, parum penſare.* Argumento ſit: in Papa-Antichriſto priore pag. 136. quaſi ex *iure Canonico* quædam affert; & in margine annotat: *b.) 25. q. 1. Decretali.* Circa quod nota contra omnium canoniſtarum morē citare cauſam, & quæſtionem in Decretali: cùm in decretalibus nec cauſæ, nec quæſtiones ſint, ſed in Decreto: legerat vir bonus fide bonâ in auctore quopiam, vnde illa ſurripuit, *25. q. 1. Decret.* audierat à Iureconſultis nominari *decretales*; quin ergo ſcriberet, 25. q. 1. Decretali? cui aliud quod ſcriberet non occurrebat;

Thummius Iuris peritus.

 & for-

nem, & vicem ſignificat, nec verbulo à te probatam eſſe. aut admittendum, *Te illam probaſſe ab illorum authoritate, qui vocem* ἀντὶ *in nomine Antichriſti ita accipiunt.* Nā aliam probationem ex vtroq; codice tuo, ſi vel rumparis, non exſculpes. Quicquid hic dixeris; tuomet gladio concidiſti.

III. Quid ſignificet vox Alius. EXEMPLVM TERTIVM. pag. 15. ita loquebatur prædicans. *Alius* NON *denotat* SINGVLAREM *perſonam, vt Grammatici norunt. puerorum enim hæc eſt regula,* ἕτερος μὲν ἐπὶ δυοῖν, ἄλλος ἐπὶ πλειόνων. *Ex hac igitur regula* INFALLIBILITER *concluditur,* NON VNICVM TANTVM CERTVM SINGVLAREM *hominem intelligi.* Hæc Thummius.

6. Thummianam hanc aſſertionem, cum ego ex ipſo ſcripturæ textu Græco, & Latino euidenter *falſitatis* conuiciſſem, demonſtraſſemque *vocem* ALIVS *omnino etiam pro* SINGVLARI *perſona* accipi, quid ad hæc Thummius meus? Cum videret ſuiſmet verbis conſtrictum ſe teneri. NEGAT pag. 17. *Mentem ſuam fuiſſe; vocem* ALIVS *nunquam ſingulariter accipi.* De *mente* tuâ non diſputo;

ſputo; facilè enim credo, te *nullam* penitus tunc habuiſſe, cum *contra omnem mentem, & rationem* effutiret. Satis eſt, te *in terminis* hoc prius *eſſe ruiſſe*, iam *negaſſe*.

7. Sed videamus, an prudenter *alia mens* vel eſſe tibi potuerit, quàm qualem *ipſa verba tua* præ ſe ferunt. Dixerat, *ex grammaticorum regulâ* INFALLIBILITER *colligi, per vocem* ALIVS *non intelligi vnum certum hominem*. Si ergo iam admittis, *Intelligi per vocem* ALIVS *certum hominẽ*, Quomodo ergo INFALLIBILIS fuit regula tua, *non intelligi certum hominem?* — Thummius vndequaque irretitus.

8. Rurſus, vt tecum *Logicè* quoq; agam, annon particula NON *malignantis*, vt vocant, *natura* eſt? Annon omnia, quæ poſt ſe reperit, *negat*? Quomodo ergo iam in hac tuâ propoſitione vox (*Alius* NON *denotat ſingularem perſonam*) particula NON, quædam, quæ poſt ſe habet, *affirmat?* Quomodo admittit, *denotari ſingularem perſonam?* ſed hæc nimis pro te *ſublimia*. Quia *Logica*.

9. Captui tuo me accomodo, & *Gram-*

Grammaticè tecum ago. Itáne verò ἄλλος ἐπὶ πλειόνων, *vox* ALIVS *de* MVLTIS *dicitur*, hoc eſt, vt tu interpretaris, MVLTOS *ſignificat?* Acquieſco. Ergo etiam ἕτερος ἐπὶ δυοῖν, *Vox* ALTER *de* DVOBVS *dicetur*, hoc eſt, DVOS *ſignificabit?* Ergo cum dico, *Ex duobus his*, Thummio nimirum, & Menzero, ALTER *errauit*; ſenſus erit, *duo errarunt*, ſiue quod idem eſt, *vterque errauit*, *&* Thummius, *&* *Menzerus*. Quid hîc frontem rugas? ſi aqua hæc fætet; ex *tuo* fonte hauſi. Cæterum ex Abecedarijs puerulis diſcere poteris, Regulam à te allatam plus non velle, quàm *vocem* ALTER *non dici de vno ex* MVLTIS, *ſed de vno* EX DVOBVS. Contra *vocem* ALIVS *non dici de vno* EX DVOBVS, *ſed de vno* EX MVLTIS. Quàm prudenter faceres, mi Thummi, ſi vt quondam *Carolſtadius* relictâ Theogoliâ *aratrum*, ita tu aliquantiſper *Donatum* verſares.

Thummius Grammaticam docetur.

IV. 10. EXEMPLVM QVARTVM: Conuiceram Prædicantem, pag. 8. ineptiſſimæ conſequentiæ, quam cõtra characterem Antichriſti *ſpiritualem* ex ſancto Thomâ adduxerat. Pudefactus miſer

miſer cum defendere ſua non poſſet, negat pag. 12. in eum finem attuliſſe ſe ſanctum Thomam. Dic ergo magne Commentator, quis ſenſus horũ verborum tuorum, pag. 133. *Verum quia* (Bellarminus) *è Thomâ 3. q. 63. art. 3. ad 3. procul dubio didicit, characterem beſtiæ eſſe illiciti cultus, ideo ſomniat characterem futurum* NOTAM *aliquam, &c.* Annon his verbis volebas Bellarminum ineptè ex S. Thomâ deducere, quod character ſit NOTA aliqua, ſeu SIGNVM MATERIALE, quandoquidem hæc vox NOTA in S. Thomâ non ſit. Alium ſenſum ex hac materia tuâ nec ſtrongilis ſtatuarius effingat.

EXEMPLVM QVINTVM. Vociferatus erat Prædicans *in priori Antichriſto apud Catholicos Confirmationem, & Vota eſſe* DE NECESSITATE SALVTIS. Enorme hoc mendacium cum ego pag. 7. & 11 detexiſſem, neque iam proſtratus prædicans erigere ſe amplius poſſet, Nega pag 14. vnquam ſe hoc ſcripſiſſe. En ergo verba tua pag. 133. *Et facit* (Antichriſtus Pontifex) *omnes puſillos, & magnos, & diuites, & pau-* V. An vota & confirmatio de neceſſitate ſalutis?

peres, & liberos, & ſeruos accipere SVB NECESSITATE SALVTIS *characterem in manu ſuâ dextrâ, aut in frontibus ſuis* per *frontem* autem intelligis p. 134. CHRISMATIS VNCTIONEM. Per *manum dextram* VOTA *tam generalia quam ſpecialia.* En mi vir volebas mendacio *ſaccum* quo tenebaris SOLVERE; CONSTRINXISTI.

VI. 12. EXEMPLVM SEXTVM: Probare volebat Theologus noſter, *ciuilem mercaturam apud nos qui exercere volunt; illos Pontifici Romano prius obſtringi debere.* vis verò probationis erat iſta nunquam erit Chriſtianus, niſi chriſmatus.

Ergo non poteſt ciuilem mercaturam exercere, niſi Pontifici Romano obſtrictus.

Ridiculam hanc conſequentiam cum ego p. XI. pro meritò exagitaſſem prædicans ſerò erubeſcens cum alia omnia ipſum deficerent, negat p. XIX. ſe ita argumentatum, imo me *nec iſta* monſtraturum. Vide quam liberalis ſim: Non ſolum *iſta* ſed *integrum* ex ope *Alphabetum* tibi demonſtro. Accipe tuamet verba *ciuilem*, inquis pag. 1391.

merca-

mercaturam qui exercere volunt, illi Pontifici Romano prius obſtringantur neceſſe eſt. QVIA *nunquam erit Chriſtianus, niſi confirmatione Epiſcopali fuerit chriſmatus.* Habes hîc bone vir non ſolum literam, quam petiſti, 1. ſed & quam meruiſti.

Agnoſcis verba tua?

13. Sed audiamus appendicis loco prædicantem, quomodo p. xx. probet Pontificem non permittere *mercaturam,* niſi qui *characterem* oſtenderit.

Martinus V. omnes ſuos iureiurando obſtringit, vt omnes fidem Eccleſiæ Romanæ non tenentes, mercaturam exercere non permittant.

Ergo Martinus V. non permittit vendere aut emere, niſi qui characterem oſtenderint.

Superi? Quanta hîc mendaciorum, ignorantiarum ſilua? oſtendo breuiter.

14. Reſpondeo igitur 1. retorquendo argumentum. Tubingenſis ciuitas fidem Eccleſiæ Lutheranæ non tenentes mercaturam exercere non permittit. Ergo Tubingenſes non permittunt vendere aut emere niſi qui characterem oſtenderint.

Antecedens (vt de Caluiniſtis nihil

An Tubingenſes ſint Antichriſtus?

hil dicam) tuum eſt. Doces enim. *a. Magiſtratum politicum* (vtique & Tubingenſem) *debere Hæreticos, ſi non corrigantur, in exilium mittere.* conſequenter MERCATVRAM Tubingæ EXERCERE non poterunt. Conſequentia tua eſt.

15. Reſpondeo II. Totum hoc enthymema niti fundamento, quod tu *velut certum* ſupponis, cum *falſiſſimũ* ſit, nimirum *Profeſſionem Papiſtici cultus eſſe characterem illum, quem S. Ioannes Antichriſto aſſignat.* Monſtra vel iota in *ſcripturâ, patribus, antiquitate.* Cerebrum tuum excipio, quod te *antiquius* non eſt.

Soliditas Thummiana.

16. Reſpondeo. III. Carpere te in Martino pontifice, quod tamen ipſemet in *S. Auguſtino, primitiuâ Eccleſiâ, politico magiſtratu* laudas, imo exigis *b.* nimirum hæreticos *exilio plectendos, in inſulas relegandos,* & conſequenter omni inter Catholiços MERCATVRA priuandos.

17. Reſpondeo IV. TV IPSE antecedens tuum euertis. fateris enim p. XXI. Pontificem *Iudæis*, qui tamen fidem Eccleſiæ Romanæ non tenent, *ex*

ſingu-

ſingulari indulgentia permittere MERCATVRAM. Adeoque propoſitio tua *vniuerſalis* per *inſtantiam* à te ipſo datam falſitatis arguitur. Vt taceam S. Ioannem abſolutè dicere OMNES. Aut oſtende locum vbi ſcriptura dicat, Antichriſtum *ex ſingulari indulgentiâ cum Iudæis in* MERCATVRA *diſpenſaturum*. Tu diſpenſas; ſed cum VERITATE.

18. Ad extremum circa ea, quæ ex Thummio hic attulimus, lectoré denuo monitum volo: *Thummio ſolum id cordi eſſe, vt multa ſcribat: vnde corradat, parum penſare.* Argumento ſit: in Papa-Antichriſto priore pag. 136. quaſi ex *iure Canonico* quædam affert; & in margine annotat: *b.) 25. q. 1. Decretali.* Circa quod nota contra omnium canoniſtarum moré citare cauſam, & quæſtionem in Decretali: cùm in decretalibus nec cauſæ, nec quæſtiones ſint, ſed in Decreto: legerat vir bonus fide bonâ in auctore quopiam, vnde illa ſurripuit, *25. q. 1. Decret.* audierat à Iureconſultis nominari *decretales*; quin ergo ſcriberet, 25. q. 1. Decretali? cui aliud quod ſcriberet non occurrebat;

Thummius Iuris peritus.

& fortè quid illud 25. q. 1. eſſet, ignorabat. pulchrum tamen erat digito oſtendi, & dici: *Thummius eſt Iuriſperitus.*

a. *In tract. de hæreticis non occidendis p. 76.* b. *Ibid. pag. 74. 75. 76.*

CAPVT II.

CVM RESPONDERE AD argumenta noſtra non poteſt; corruptè ea proponit.

Alterum genus effugiorum, corrumpere argumenta, quæ nequis diſſoluere.

I. 1. EXEMPLVM PRIMVM: Dixeram ego Theſi 7. *Cur Bellarminus collegerit, Articulum ὁ apud S. Paulum, & Ioannem ſignificare tertiam perſonam, præter alia cauſam afferre, conſenſum totius Eccleſiæ, & antiquorum Patrum.*

2. Quid hîc Thummius noſter? *En*, exclamat, *ſpiſſum mendacium, cum Bellarminus in his duobus locis ne iota quidem vel de totâ Eccleſiâ, vel omnium Patrum conſenſu habeat.*

3. Mitius paulò, mi Prædicans. Oſtende tu mihi *vel iota*, vbi aſſeruerim, *Bellarminum hæc verba* IN DVOBVS ILLIS LOCIS *ſcripſiſſe.* Aſſeruit hoc, ſed

ſed non *in illis ipſis lineis*, in quibus DVOS illos ſcripturæ locos tractârat. *Vbi* ergo, inquies, *a* *ubi id aſſeruit?* Auſculta. Bellarminus i. citat cap. 2. oſtendit, *Catholicos omnes, omnes* PATRES *ſentire, verum Antichriſtum non niſi* VNICAM *numero perſonam eſſe.* Cum ergo tam *S. Paulus*, quam *S. Ioannes* locis citatis, etiam teipſo teſte, *de vero Antichriſto* agant, Annon vides iam virorum oculatiſsime; neceſſario *ex Bellarmini mente* omnes PATRES, Catholicos omnes ſentire, *articulum ὁ in illis locis, non* PLVRES, *ſed* VNAM *perſonam ſignificare?* Ignoſco tamen *audaciæ* huic: ſanare volebas errorem tuum, tibi ipſi Medicus. *Medicis* autem à Platone *a.* ſciueras *mendacium* permiſſum eſſe.

4. EXEMPLVM SECVNDVM. Prædicans pag. 38. Bellarminum ita introducit argumentantem. II.

[1] De cuius aduentu variæ opiniones; ille nondum venit.

Sed de aduentu Antichriſti ſunt variæ opiniones.

Ergo Antichriſtus nondum venit.

5. Quid ais Prædicans? Da glo-

riam Deo, an *Bellarminum* eo loco vel inſpexeris. Bellarminus toto illo capite 3. ſyllogiſmum *nullum*, *nullum* argumentum ponit, *nullum* ponere voluit: ſed præciſè varias variorum de Antichriſti aduentu ſententias recenſet, & refutat. Argumentum inde *pro Antichriſti aduētu* deſumit omnino *nullum*. Sed *capite* demum *quarto* primam demonſtrationem, vt vel ipſemet capitis titulus decarat, aggreditur. Quomodo ergo Domine Prædicans, primam demonſtrationem in *capite quarto* orſus Bellarminus eſt, ſi iam capite tertio *prorem* aliquam poſuit? Vide, mi Decane, quàm ſplendidè tibi impoſuerit *Sibbrandus Lubbertus*, *b.* ex cuius pharetrâ hoc telum furatus es, cum tuomet, vt cum gemitu cernis, vulnere.

Thummius cæcos ſequēs, in foucam cadit.

III. 6. Exemplum Tertium. Dixeram ego pag. 24 *Nullam legem, adeoque* nec Evangelicam *reatum culpæ inducere, priuſquam ſufficienter promulgetur. Si ergo, vt nos docemus, Apoſtolorum tempore non omnes Inſulæ, aut gentes acceperunt Chriſti* Evangelium, *aut accipere potuerunt, di-*

cimus

cimus illas non ob tranſgreſſionem legis, quam inuincibiliter, vt ponimus, ignorarunt, ſed ob alia ſua ſcelera, quæ NATVRAE LVMINE *vitare poterant, damnatas eſſe.*

7. Hanc meam aſſertionem cum *oppugnare* non poſſet conſtrictus Prædicans, & tamen *tacere* nollet; hæc mihi verba pag. 53. allinit, quaſi docerem *Gentiles legem moralem* (ſeu naturalem) *ignoraſſe.* Oppoſitum ego in terminis aſſerueram, videlicet *Gentes damnari, non ob legem Chriſti Euangelicam, ſi illam inuincibiliter accipere, ſeu cognoſcere non potuerunt, ſed ob ſcelera,* EX NATVRAE LVMINE, *adeoq;* EX LEGE NATVRALI *cognita, & non vitata.*

8. EXEMPLVM QVARTVM. I. Docuerat Bellarminus, c. *Hebræos vſos fuiſſe annis, & menſibus Lunaribus, reuocaſſe tamen ad ſolares. Porro annum Lunarem* PLENVM AC PERFECTVM *conſtare ex duodecim menſibus, quorum quilibet habet 30. dies.* IV.

9. Quid ad hæc Doctor Thummius? Diem dicit Bellarmino pag. 99. & 100. *Siue enim,* inquit, *menſes Lunares periodicos, qui 27. ſiue ſynodicos, qui 25. diebus terminantur, accipiamus; aberratum erit.* De re ipſa ſuperiore parte actum eſt.

Erit vtique aberratum. Sed *Bellarminus* cum S. AVGVSTINO *d.* nec 27 nec 29. dierum menſes accepit, ſed menſes PLENOS dierum 30. Computa hos magne Arithmetice, & vide, annon *42. menſes* PLENI, efficiant *annos tres cum dimidio*, vt *Bellarminus* docuit? *e.* Reperies *nihil* penitus deeſſe, niſi in *cerebro tuo.*

V. 10. EXEMPLVM QVINTVM. Dixerat Bellarminus *f. Dies 1260. quos Enocho, & Eliæ S. Ioannes dat Apocal. 11. idem tempus efficere, quod efficiunt 42. menſes Antichriſto dati.* Supponit autem *Bellarminus*, menſes hoc loco ſumi debere pro *menſibus plenis, ſeu perfectis.*

11. Quid hîc Tubingenſis *Cinna* noſter? *Peccatum*, exclamat, *ſiue enim ſolares, ſiue Lunares* (imperfectos vt ſemper Prædicans accipit) *intelligat, peccatum erit.* Atqui bone vir Bellarminus nec *Solares*, nec *Lunares imperfectos* intelligit, ſed *perfectos*, vt ipſemet *in terminis* ponit.

VI. 12. EXEMPLVM SEXTVM. Docuerat Bellarminus loc. cit. *Hebræos ſexto quoq; anno addere vnam Lunationem.* Grandi

hîc

hîc ſupercilio Prædicans, *Bellarminum & Gretſerum*, IMPVDENTIAE, IMPERITIAE, MENDACII reos facit. Nam PRIMÒ falſum ait, *Lunationem ſexto, ſed tertio aut ſecundo quoque anno adijci.* Ait SECVNDO: *Nuſpiam Gentium annum Lunarem quinque tantum diebus à Solari deficere.* Ita quidem Thummius noſter, rediuiuus ſcilicet Archimedes.

13. Ego verò te viciſsim, mi Prædicans, & impudentiæ, & imperitiæ, & mendacij reum facio. IMPVDENS es, quia, cum euidenter ſcias, tam *Bellarminum* quam *Gretſerum* calculationes ſuas *ex menſibus perfectis* deſumere, ſupponis tu, quaſi ipſi *menſes imperfectos* aſſumerent. Sed illi PERFECTOS intelligunt: Quo ſuppoſito nequaquam *ſecundo*, aut *tertio*, ſed *ſexto* dèmum año Emboliſmus adijci poterit, vt te *Maſtlinus tuus*, ſi tamen capax es, docere poterit. IMPERITVS es. Quia negas, *vſpiam gentium annum Lunarem quinque tantum diebus à Solari deficere.* Atqui docuit hoc, vt luculenter in mendacijs tuis demonſtro, clariſsimè S. AVGVSTINVS lib. 15. de ciuit. DEI, cap. 14. Virtutes Thummianæ.

MEN-

Mendax es. Quia tam *Bellarmino*, quam *Gretſero* affingis, quod nunquam nec in *calamum*, nec in *mentem* illis venit. Tibi verò in *ſolum calamum* venit; nam cum hæc ſcriberes, *mentem* non habebas.

VII. 14. Exemplvm septimvm. Probare nitebatur Prædicans pag. 120. Antichriſtum iam tempore Apoſtolorum veniſſe. *Myſterium enim iniquitatis iam Pauli tempore gliſcere cœpiſſe.* 2. Theſſ. 2.

Reſponderam ego pag 45. *Gliſcere omnino cœpiſſe, non tamen* in ipsa Antichristi persona, *ſed in* praecvrsoribvs *Antichriſti, quales erant tum Imperatores Eccleſiam perſequentes, tum hæretici.*

15. Contra hanc diſtinctionem cum pauperculus Prædicans, quod *obijceret*, non haberet in omni ſuâ ſupellectile; & tamen *reſpondendum* eſſet, ita me pag. 115. fingit argumentari.

Myſterium iniquitatis iam Pauli tempore gliſcere cœpit, tum in Imperatoribus Chriſtianos perſequentibus, tum in hæreticis.

Ergo Antichriſto veniente, aut reuelato ſtatim finis mundi erit. Quis non rideat?

nec

nec *conſequens*, nec *conſequentia* quicquam mei habet. Sed quid aget iam Prædicans, cum ſe *criminis falſi* conſtrictum cernit? ſeipſum nimirum bellulo hoc *Lonneri* g. *Gieſſenſis poëtaſtri* verſu ſolabitur.

Eſto ita. Nos Domino gratum Alleluia canemus.

16. EXEMPLVM OCTAVVM. Bellarminus cap. 9. ex illis S. Pauli ad Theſſal. 2. cap. 2. verbis, *Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus* I E S V S *interficiet ſpiritu oris ſui, &c.* in hunc ſenſum argumentabatur. VIII.

Apoſtolus docet, ferè immediatè poſt Antichriſtum venturum Chriſtum, &c.

Ergo aduentus Antichriſti erit paulò ante finem mundi.

Thummius meus cum videret *ſoluendo huic argumento* non ſufficere cerebellum Thumianum, & *tacere* tamen ſibi dedecori duceret; ita *Bellarminianum* hoc argumentum proponit.

Tunc reuelabitur iniquus ille, quem Dominus conficiet ſpiritu oris ſui.

Ergo poſt 45. dies erit finis mundi.

Miſeret me tui mi prædicans. Videtur

detur profectò & tuum cerebrum iam *ſpiritu oris Domini* confici. Quis vnquam oro te 45. illos dies EX S. PAVLO deduxit? EX DANIELIS cap. 12. deducimus. Sed quid aliud faceres? NECESSITAS legem non habet. TACERE nolébas. PROBARE non poteras: fingere ergo debebas.

IX. 17. EXEMPLVM NONVM. Probarat Bellarminus characterem Antichriſti eſſe vnum. *Quia* SEMPER *in numero ſingulari ſcriptura loquitur de charactere.* Prædicans cum non poſſet vllam inſtantiam adducere, vbi vox aliqua SEMPER in ſcripturâ *ſingulariter* accepta ſignificet *multitudinem*; ita format maiorem Bellarmini. *Vbi ſingularis numerus, ibi vnum non multa*, & non inſtantiam contra adducit. Fidem tuam Thummi? An nos talpas putas? Redde Bellarmino, quam adulteraſti Maiorem. *Vbi* SEMPER *ſingularis numerus, ibi vnum, non multa.* Contra hanc Maiorē ſi vires, arma exere. Et vel *inſtantiam*, vel *manum* da.

X. 18. EXEMPLVM DECIMVM. Spectauit iam ſæpius Lector Thummium ſyllo-

ſyllogiſmos formantem mancos, mutilos. Spectet iam eũdem ſyllogiſmos aliorum integros deformantem. Bellarmini verba fideliter (quod laudo) ita recitat Thummius pag. XVI. *Semper in numero ſingulari ſcriptura loquitur tam de charactere, quam de nomine, & numero nominis Antichriſti. Vnus igitur character erit, vnum item nomen Antichriſti proprium, & vnus eius numerus.* Thummius cum hanc rationem hac forma nixam euertere, non poſſet: ita p. 137. & p. XVI. Introducit lepidè Bellarminum argumentantem.

Nomen & numerus ſunt ſingularis numeri ſeu vt p. 137. ponit, *ſunt ſingulares.*

Ergo & character qui cum illis coniungitur.

Quaſi *medium* quo Bellarminus *ſingularitatem characteris* probet, ſit, quia Nomen & *numerus* ſunt *ſingulares.* Mi prædicans, nimis ſimplex es: ſi lectori imponere volebas, debueras vel verba Bellarmini omnino *non citare*, vel certè *corrumpere*, omnes enim lectis Bellarmini verbis vident, illum ad probandam *ſingularitatem* ſeu *vnitatem* chara-

characteris nequaquam *pro medio* adhibere *nomen*, & *numerum*; ſed *ſcripturam ſemper in ſingulari numero de charactere, nomine, & numero nominis loquentem.* pono rurſus Bellarmini verba, ſenſum, formam.

Semper in numero ſingulari ſcriptura loquitur tam de charactere, quam de nomine, & numero nominis Antichriſti.

Vnus igitur character erit, vnum item nomen Antichriſti proprium; & vnus eius numerus.

Hîc nimirum ſudas prædicans. Sed veniam tibi do. Non enim poteras aliter Bellarminiani argumenti PVLCHRITVDINEM maculare, niſi FORMAM corrumperes.

XI. 19. EXEMPLVM VNDECIMVM. Negauerat prædicans pag. 138. illa quæ ſcriptura Apocal. 13: *de charactere in manu dextrâ, vel in frontibus* ferendo dixerat accipienda eſſe, *carnaliter ſeu craſsè* (ſeu propriè & litteraliter, quod Bellarminus ſuppoſuit) ſed *ſpiritualiter.* Rationem affert, quia Apocal. 7. *legimus, ſignatos ſeruos Dei in frontibus fuiſſe, nemo tamen*

tamen notam materialem dixerit. Huic reſponſiunculæ reſpondi ego inter alia p. 10. *Thummium,* vt ipſe loquitur, *committere elenchum à particulari: ita enim argumentatur. In alijs ſcripturæ locis manus, frons, ſumitur ſpiritualiter, ergo & hîc.* Retorqueo igitur. *In aliis ſcripturæ locis manus, frons ſumitur litteraliter* (ſeu vt Thũmius loquitur carnaliter) *ergo & hîc.* Prædicans hac meâ argumentatione ad incitas redactus, negat ſe *elenchum parium conmiſiſſe*, ſed hac ex Apocal. 7. inſtantiâ Bellarminianæ Maioris *particularitatem* ſolummodo oſtendiſſe. In quam rem ita Bellarminum introducit argumentantem.

Vbicunque eſt character in dexterâ, vel in fronte, ibi intelligitur character carnaliter, & craſsè; ſed Apocal. 3. ponitur character in dextrâ, vel in fronte.

Ergo intelligitur carnaliter, & craſsè.

Hanc ergo Maiorem ait ſe inſtantiâ ex Apocal. 7. infregiſſe.

20. O Frons Prædicanis!

Hoc eſt, quod toties clamo Prædicans, cum argumentum ſoluere non potes, cudis ex tuo cerebro no-

uum ſed toto cœlo diuerſum. Nec enim apex huius Maioris in Bellarmino eſt. Tota per crimen falſi tua eſt. Sed ita argumentatur.

Character Antichriſti ſine diſcrimine in manu dextrâ, vel in fronte geri poteſt.

Sed nihil eorum quæ aduerſarij pro ſuo charactere proferunt, tale eſt,

Ergo nihil eorum eſt character Antichriſti.

In quo argumento ſupponit tantum Bellarminus *dextram* & *frontem* ſumi propriè. Tu pag. 138. negas, quia Apocal. 7. *frons* ſumitur *ſpiritualiter.*

21. Viden' ergo I. Te hîc ELENCHVM PARIVM, ſeu à particulari commiſiſſe? ad quem, ſi vena logica in corpore tibi eſt, reſponde. II. Viden' Te CRIMEN FALSI perpetraſſe? dum Bellarmino hanc *vniuerſalem* affingis, quæ nunquam in mente illi fuit. III. Te MENDACII reum eſſe; dum negas per Elenchum *parium* te argumentatum eſſe.

XII. 22. EXEMPLVM DVODECIMVM Bellarminus ex epiſt. 1. Ioan. 2. deduxerat, *Antichriſtum apertè negaturum* IESVM *eſſe*

eſſe Chriſtum. Vis Bellarminiani argumenti erat iſta.

Si alij hæretici, qui tantum LATE *ſunt Antichriſti, & per quos diabolus operatur myſterium iniquitatis, omnes tamen* ALIQVO MODO ET SALTEM OCCVLTE *negant* IESVM *eſſe Chriſtum; tunc vtique* IPSE VERVS ANTICHRISTVS, *cuius aduentus dicitur reuelatio,* OMNIBVS MODIS, ET APERTE *negabit* IESVM *eſſe Chriſtum.*

Sed verum eſt antecedens.

Ergo & conſequens.

Territus hîc prædicans ſtatim, viderat ſtante argumenti huius *integritate*, obmuteſcendum ſibi eſſe. pag. LVII. Bellarminum ita lectori proponit argumentantem

Quicunq; negat IESVM *eſſe Chriſtum, ille apertè & publicè negat:*

Antichriſtus negat IESVM *eſſe Chriſtum:*

Ergo apertè & publicè negat,

ac mox maiorem per inſtantiam infringit; nam dæmon negauit Deum, ſed occultè.

23. Nimis *ſimplex* es mi prædicans. *Maiorem* hanc ipſe Bellarminus in ſua *Maiore* negat. Quomodo ergo auctor

 illius?

illius? profectò nunquam *magis* Bellarmino *palmam* das, quam cum argumenta eius *à te* ipſo truncata lectori proponis. Significas enim te *nec vultum* Bellarmini ſuſtinere poſſe, ſi *ſuis* eum tonantem *verbis* introduceres.

XIII. Thummius mirus artifex ſoluendi argumenta.

24. EXEMPLVM DECIMVM TERTIVM. Bellarminus illa S. Ioannis c. 5. verba, *Si alius venerit in nomine ſuo*, &c. ita explicat *h*. Quod IN NOMINE SVO idem ſit, *atque non agnoſcere Deum aliquem*, videlicet ſuperiorem à quo mitti poſsit. Vnde eius argumentum in formâ hoc eſt. *i*.

Quicunque venit IN NOMINE SVO, *hoc eſt, nullum agnoſcens Deum ſuperiorem ſe, ille vtiq; non ſe Vicariū Chriſti, ſed palàm ſe ipſum Chriſtum nominabit.*

Antichriſtus ita veniet.

Ergo.

25. Prædicans cum ſciret verba illa IN NOMINE SVO à nonnullis *aliter* accipi; videret autem ſi ad Bellarmini mentem intelligantur, nihil ſe contra Maiorem allaturum, quicquid allaturus eſſet, hoc conſilij cæpit, verba ipſa, ſed omiſſa Bellarmini explicatione,

tione,producit,& *Maiorem* ita format. pag. LIX.

Quicunq; venit IN NOMINE SVO, *ille ſe palàm, & nominatim Chriſtum eſſe dicit.* ſtatimque exclamat; *quæ ſequela Maioris?* Dicam mi prædicans. Hoc ſequitur. Thummium, quia Bellarmini Maiorem OPPVGNARE auſus non fuit, CORRVPISSE.

26. EXEMPLVM DECIMVM QVARTVM. Bellarminus ex Euſebio Cæſarienſi probârat, *miracula ſanitatum propter imaginum venerationem contigiſſe.* Prædicans duo contra obiecerat. Primò *Euſebium nil omnino dicere de veneratione imaginum.* Secundò. *Imò potius affirmare, ſtatuarum erectionem ex gentili conſuetudine ſuſceptam.* Ego duplex hoc mendacium fusè deſtruxi à pagin. 49. vſque ad 51. XIV.

27. Quid hîc meus Thummius? Nuda Euſebij verba repetit, ac mox, *Iudicet*, inquit, *Lector, an quid de veneratione ſtatuæ ſtatuatur hoc loco.* Quid hoc rei Prædicans? Hoccíne eſt argumenta reſumere? Vno facinore duplici ſcelere te commaculas.

28. Nam *primò* nuda authoris verba refers. Vbi mea explicatio? meæ rationes inde deductæ, in quibus argumenti neruus? Nimirum eneruarunt manum tuam, vt ſcribere non *auderet* manus, ad quod *trepidabat* animus. *Secundò*. Repetis argumentum, quaſi omnis quæſtio in hoc verſata fuerit, *Vtrum Euſebius venerationi imaginum faueat*, Vbi autem manet altera; *Vtrum Euſebius affirmet, ſtatuarum erectionem ab Ethnicis prouenire?* Quod tu tantopere vrſeras; Et ego tot argumentis refutaram. Nempe erubuiſti *rationes meas* adſcribere, ne videret Lector, te omnia alia ſcribere poſſe, quam quæ ad rem ſint.

a. *lib. 3. de Republica.* b. *lib. 3. c. 4.* c. *lib. 3. de Pontif. c. 8.* d. *lib. 15. de ciuit. Dei.* e. *loc. cit.* f. *lib. 3. de Pontif. c. 8.* g. *in Triumpho Innico. Edit. Gieſſ. 1612. pag. 99.* h. *lib. 3. de Pontif. cap. 2.* i. *ibid. cap. 14.*

CAPVT

CAPVT III.

THVMMIVS, CVM RATIONES noſtras oppugnare non poteſt, ijs relictis aliud oppugnat.

1. EXEMPLVM PRIMVM. Probârat Bellarminus a. ex S. Paulo *2. Theſſal. 2. Antichriſtum nequaquam ſumi pro* VICARIO, *ſed pro* HOSTE *Chriſti.*

Tertium genus effugionum, contra laruas pugnare.

I.

2. Quid ad hæc Prædicans noſter? omiſsâ, quæ allata erat, ratione, probat pag. 7. 8. *Pontificem eſſe Antichriſtum; Quia extollit ſe ſuper omne quod eſt* DEVS. Quid hæc ad rem, Domine Doctor? Sit ita; quod tamen ipsâ falſitate falſius: Ergóne S. Paulus affirmat, *Antichriſtum idem eſſe, quod* VICARIVM *Chriſti?*

II.

3. EXEMPLVM SECVNDVM. Debebat Thummius contra *Bellarminum* ex PATRIBVS aliquem afferre, qui affirmaret, *Antichriſtum ſumi pro Vicario Chriſti.* Adducit Prædicans, pag. 9. S. Ephrem, quem ait aſſerere, *Antichriſtum ſub nomine Chriſti Chriſtum oppugnaturum.*

4. Punctum tetigiſti. Ergo noſter

An qui ſub nomine alicuius illum

ipſam oppugnat, ſit illius Vicarius? Aſſerit Thūmius.

Andreas Oſiander, b qui ſub *capituli Conſtantienſis* nomine *Ioannem Piſtorium*, ipſumque *capitulum Conſtantienſe* oppugnauit, fuit VICARIVS PISTORII ET CAPITVLI CONSTANTIENSIS. Ita quoque *Dauid Georgius, c.* qui ſub Chriſti nomine Chriſtum oppugnauit, fuit VICARIVS CHRISTI; ſeu, vt ad tuum modum argumenter,

Andreas Oſiander ſub Piſtorij nomine Piſtorium, Dauid Georgius ſub Chriſti nomine Chriſtum oppugnauit.

Ergo Andreas Oſiander ſignificat VICARIVM PISTORII: *Dauid Georgius* VICARIVM CHRISTI. Habebit tibi gratias *Lucas Oſiander* Collega tuus, quod *Oſiandrinam familiam* ad tantam dignitatem euexeris.

III.

5. EXEMPLVM TERTIVM. Interrogârat me ego Prædicantem pag. 24. *Si putat non conuenire diuinæ Bonitati, quod aliquibus lux gratiæ* TAM SERÒ *annuntietur; Reſpondeat ergo, cur* DEVS *poſt promiſſam Adamo Geneſ. 3. Incarnationem, executionem tamen Incarnationis* TAM SERÒ, *& primùm* POST SEX ANNORVM MILLIA *adhibuerit, relictis interim tot gentium myriadibus in Idolorum cultu?*

Quare Deus tamdiu diſtulit incarnationem Geneſ. 3. promiſſam?

6. Quid

6. Quid ad hæc Prædicans? pag. 52. Antich. magni; *Locus Geneſis*, inquit PROPHETIAM *continet: Coloſſ. cap. 1.* NON *Elenchus ergo parium: Deum omnes, &* SINGVLOS *Adæ poſteros non tantum externâ miniſterij voce diſtinctis vicibus, ſed etiam* QVOTIDIE *I. internis conſcientiæ ſtimulis. II. Viſibilibus huius mundi creaturis. III. Famâ doctrinæ Prophetiæ. IV. Stupendis, & inauditis* MIRACVLIS *ſeriò ad pœnitentiam, & communionem regni ſui inuitaſſe, in Miſanthropia Caluiniana pag. 116. luculenter demonſtraui.* Reſponſio Thummij.

7. Luculenter *extra chorum* ſaltas Prædicans. Quid enim, oro te, *ad rem*, ſiue locus S. Pauli *Prophetiam* contineat, vt *S. Auguſtinus d.* voluit, ſiue non, vt *Tu* contendis? Quid item *ad rem*, *Deum Adæ poſteris ſufficientia ad ſalutem media prouidiſſe?* Scilicet hæc orbis Chriſtianus ignoraret, niſi *Thummius* id affirmaret. Ad hoc reſponde. *Si* DILATIO PRAEDICATIONIS EVANGELICAE *per aliquot tantum annorum* SAECVLA *bonitati diuinæ*, vt tu dicis, *aduerſatur; cur non* DILATIO INCARNATIONIS *per tot annorum* MILLIA *eidem diuinæ bonitati æquè, vel magis dicatur aduerſari?* Neutri ibi ſe- I. Extra chorum.

quitur carentia *mediorum neceſſariorum* ad ſalutem. Hîc erat argumenti noſtri *nucleus*. tu relicto *nucleo* corticem arrodis. Sed nimirum *Poſthumum* l. agis Thummi: extra rem *plenis buccis* peroras

Et Sullas, Mariosq;, Muciosq;
Magna voce ſonas, manuq; tota.

Ad rem autem

Quam Iudex ſibi poſtulat probari,

piſce taciturnior es.

2. Mendax. 8. Vt taceam hîc vnum aut alterum immane *mendacium* tuum. Qui enim, oro te, illi PROPHETAE, quæ ſtupenda illa & inaudita MIRACVLA, quibus ante Chriſti aduentum Deus SINGVLOS v. g. Sinenſes Adami poſteros *ad pœnitentiam & communionem regni ſui* QVOTIDIE inuitauit? Nomina bone vir PROPHETAS illos, nomina MIRACVLA illa. Sed nimirum ipſe hîc PROPHETA es, inter illos videlicet, de quibus ſcriptura. *f. Ero ſpiritus* MENDAX *in ore omnium* PROPHETARVM *eius.*

IV. 9. EXEMPLVM QVARTVM. Quæſiueram ex prædicante pag. 25. *Vnde mihi ex ſcripturâ probaret Gentiles, qui Apoſtolo-*

rum

rum tempore viuebant, IN CONSCIENTIA *obligatos fuiſſe*, FIDEM ADHIBERE *narrantibus aliis de Apoſtolorum* MIRACVLIS. *cum Lutherani nec* IVRATIS TESTIBVS *credant, vera apud Catholicos* MIRACVLA *patrari.*

10. Hæſit hîc prædicanti calamus, totaque hac quæſtione diſsimulata, diſputat pag. 55. *noſtra hac ætate non requiri vera miracula.* Quid hæc obſecro, vt cum *Tertulliano g.* loquar, ad Andromachen? Quid ad Rhombum? Demus tibi, *Non requiri hac ætate miracula*, quod tamen *& falſum*, & contra *tuoſmet Doctores*, vt alibi oſtenſum: Vnde conuinces, illos IN CONSCIENTIA obligatos fuiſſe, in tanta *magicorum miraculorum* multitudine, credere narranti alicui de Apoſtolorum MIRACVLIS, SOLA ILLA VERA eſſe; cum vos *omnia Catholicorum miracula* tot teſtibus firmata, vel *figmentis*, vel *impoſtruis*, vel *magiæ* adnumeretis? Hic *Rhodus* erat mi vir. Sed *ſaltare* nolebas, ne fœdè *corrueres.*

11. EXEMPLVM QVINTVM. Dixerat Prædicans pag. 137. Lutheranos non aſsignare *multos* Antichriſti charactee- V.

res,

res, vt Bellarminus illis obiecerat. Sed *vnum, quia omnes ad idem referuntur, hoc eſt, in obligationem ad Antichriſtum.* Intuli ego pag. 8. *Ergo Thummius tantùm habet vnam aurem, quia vtraque auris Thummij refertur ad idem, nempe ad auditū.* Hic miſellus, cum RATIONEM DISPARITATIS videre nullam poſſet, reſpondet pag. 15. *Hominem duas aures habere, atq; vtramque ad idem, auditum ſcilicet, referri, planum eſt, quod autē quoad obligationem præſertim, & obligationis nodum, tantum vnus vnius character futurus, Bellarminus nondum probauit.* Quid hoc ad rem, Domine Doctor? Tu nobis RATIONEM DISPARITATIS da. *Si enim idcirco characterem vnum habemus, quia omnes ad idem referuntur, cur non & tu vnam tantum aurem habeas, cum vtraque ad idem referatur.* Hunc bolum nolebant mordere dentes tui, timebant enim, ne cum capite ſuo OBSTVPESCERENT.

Sed ex Thūmio nondum planum eſt, binas ipſum aures habere: quia ad vnum auditum referuntur.

VI. 12. EXEMPLVM SEXTVM. Bellarminus *h.* ex *Patribus, Textu ſcripturæ, Ratione* probauerat S. Paulum per illa verba, *Eo quod caritatem veritatis non receperunt, vt ſalui fiant, ideo mittet illis Deus operationem*

nem erroris, vt credant mendacio, intelligere Iudæos, qui quia *Chriſtum* non receperunt, *Antichriſtum* recepturi ſunt. Prædicans tum in priori Antichriſto, pag. 151. tum in poſteriori, p. 26. & ſequent. negat audacter *Iudæos*, ſed *gentiles* intelligi: ratio eius eſt: Quia eodem cap. v. 3. dicitur *defectio* anteceſſura aduentum Antichriſti, per defectionem autem intelligi *gentilium*, non *Iudæorum* defectionem. Vnde tale eius argumentum eſt; quod & ipſe p. 29. agnoſcit.

S. Paulus in cap. 2. v. 3. per defectionem intelligit gentes, non Iudæos.

Ergo & v. 10. de gentibus, non de Iudæis intelligendus eſt.

13. Ridiculæ huius conſequentiæ (quicquid ſit de antecedente) abſurditatem cum pag. 17. Prædicanti exprobraſſem, cur non potius ſic ratiocinaretur *S. Paulus v. 3. loquitur de illis, qui receperunt veritatem, hoc eſt gentibus; & v. 10. agit de illis, qui non receperunt veritatem: ergo non gentes, ſed Iudæos intelligit*, exſpectabam iam luculentam aliquã negatæ conſequentiæ probationem. Et ecce ad-

Thummius ſtrenuè probat, quod nemo negat.

ce adeſt miſellus, perq; quatuor paginas à p. 26. ex varijs authoribus *antecedens* quod nunquam negatū eſt, probat; *Conſequentiam* verò in quâ cardo quæſtionis verſatur, nec *verbulo* attingit: imò velut indubitatam ſupponens hunc ſyllogiſmum cudit:

Illi hoc loco (v. 10.) *intelliguntur, qui circa aduentum Antichriſti deficient à fide, & regno Chriſti.*

Atqui Iudæi circa aduentum Antichriſti non deficient à fide, & regno Chriſti.

Ergo Iudæi hoc loco non intelliguntur:

14. Lepidum caput es Thummi: Pro *medio termino* aſſumis, quod in *conſequente* inferendum. Rurſus ergo tibi aurem vellico. Hoc proba: Ex iſto antecedente. *S. Paulus c. 2. v. 3. per defectionem intelligit gentium defectionem: ſequi Ergo & v. 10. per illa verba* (*eo quod charitatem veritatis non receperunt*) *intelligit gentiles.* Apage cum probatione antecedentis, quod nec à Bellarmino *i.* nec à Patribus, vt rectè illos Cornelius de Lapide conciliat *k.* nec à me vnquam negatum eſt: cōſequentia, quæ ſola in controuerſia erat, & quam nec ex *ſcri-*

pturâ,

pturâ, nec *ratione*, nec *Patribus*, nec *Interpretibus*, demonſtrare potuiſti, (nam Salmeron *l.* quem pro te allegas, in terminis tibi repugnat) cum tuo dedecore dimittenda tibi fuit. Neque alia iam reſponſio tibi ſupereſt, quam illa quam ſimili ferè modo Iacobus Hailbrunnerus in Colloquio Ratiſponenſi *m.* cum auditorum riſu dedit, nimirum PVTABAM *conſequentiam mihi non negatum iri.*

15. EXEMPLVM SEPTIMVM. Dixeram ego p. 23. *Lutheranos in peccato mortali exiſtentes* v. g. in voluntariâ fornicatione, *non poſſe eſſe in Eccleſiâ viſibili,* quia *illius*, teſte ipſo Thummio p. 154. *caput eſt* (& habetur) *Pontifex* Romanus. Hic cum prædicantem & oratio, & ratio deficerent, ita tamen p. XL. canit. Reſpondeo 1. *petis principium ſcriptura Chriſtum Eccleſiæ caput, non veſtrum Idolum Dagon conſtituit Eph. 1. v. 22. Malos autē eſſe in Eccleſia viſibili Calibi probaui. 2. fumos vendis. Quomodo enim Eccleſia veſtra modernum pontificem Vrbanum VIII. pro capite agnoſcere poteſt, illum debita intentione (ſine quâ ex veſtrâ intentione baptiſmus nullus) à presbytero fuiſſe baptizatum.* 16. Fu-

An Lutherani ſint in Eccleſia viſibili?

Verè in multiloquio non deeſt peccatum, Thummi: multa dicis, nihil ad rem.

16. Fumos ego non vendo; ſed tu ex tuo, Lectori magno hiatu profundis, ne poſsit diſpicere, quid reſpondeas. Demonſtrandum tibi erat *prædictos Lutheranos poſſe eſſe in viſibili Romanâ Eccleſia.* Tu nec verbulo de hac re facto reſpondes *Chriſtum eſſe Eccleſiæ caput, non Pontificem Romanum, de quo non conſtet an baptizatus ſit.* Atqui bone vir, non quærebatur hoc loco, *quis veræ Eccleſiæ caput ſit*, vnde & ridiculè addis, *principium peti.* Vt taceam hoc modo veſtram Eccleſiam viſibilem (quam tu ipſe pag. 471. pro verâ habes) ἀκέφαλον eſſe. Nam CORPVS veſtrum *viſibile* facis: CAPVT *inuiſibile.* TRVNCVS ergo veſtra viſibilis Eccleſia; at talis, ex quo nec Mercurium exſculpſeris.

17. Sed quid ad Baptiſmum Pontificis tam in certum? Nodus eſt Gordius, ſcilicet, vno Apice rumpat; ſi enim *moralis certitudo* (quam tu ipſe pagin. 91. ex Gregor. de Valent. innuis) hac & ſimilibus in rebus non ſufficit, tum nec ipſe poteris oſtendere, LEGITIME vos baptizatos eſſe. Nam *primo* vnde ſcitis, Prædicantem (maximè

cum

cum ſemiebrius verba compendiat) aut obſtetricem INTEGRE formam ſuper vos pronuntiaſſe? quid ſi vnum aut alterum ESSENTIALE verbum omiſerint? Teſtantur, diciris, circumſtantes *nil omiſſum*. Atqui & parochi noſtri teſtantur, *habere ſe intentionem*. Quò iam te vertes?

Quis ſcit an Thummius ſit verè baptizatus?

18. SECVNDO. Vos docetis, infantibus Baptiſmum NIL prodeſſe, niſi ACTV credant, (vt fusè docuit 1586. contra Bezam, & publicè defendit in Colloquio Mompelgartenſi veſtrum omnium loco Iacobus Andreæ, Academiæ Tubingẽſis Cancellarius, quod & anno 1601. in Colloquio Ratiſponenſi fecerunt Iacobus Hailbrunnerus, & AEgidius Hunnius) *o.* dicite ergo iam mihi boni viri, quis veſtrum *phyſicâ certitudine* ſcit, ſe tunc ACTVM fidei exercuiſſe? & tamen niſi exercuit, baptiſmus *inualidus* fuit. Volebas ergo Domine Doctor PLVVIAM fugere, & in GRANDINEM incidiſti.

19. EXEMPLVM OCTAVVM. Mirè torquent prædicantem miracula Catholicorum, tot tantiſque teſtibus fir- VIII.

mata. Ipſemet magnum ex varijs authoribus numerum recenſet. Audiamus eius reſponſionem à pag. LXVII. & ſeq.

Signa amoris in ſuos clientes à B. Virgine exhibita.

20. AD MIRACVLA. Quibus B. VIRGO amorem ſuum erga ſibi deuotos declarauit, reſpondet, eſſe *abſurda, pudenda, &c.* quam caſtus eſt *virgineus* iſte prædicans? cur non in ius vocat ipſum CHRISTVM, in *cuius ſinu, & ſupra cuius pectus recubabat diſcipulus, quem diligebat.* Ioan. 13. Cur non ipſi SPIRITVI SANCTO diem dicit, cuius hæc ipſiſsima verba ſunt. *Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis,* &c. Iſaiæ 66. v. 12. Sed nimirum ſadducæus prædicans exiſtimat, etiam in cœlo Epicurea Lutheri verba locum habere: quando affirmauit *p. Tam parum in poteſtate ſuâ eſſe ſine vxore agere. quã parum in poteſtate ſuâ ſit, non eſſe virum*; & rurſus *tam parum in poteſtate fæminæ eſſe, ſine marito degere, quàm parum in poteſtate eius ſit, non eſſe fæminam.* Quod ſi fateri hoc erubeſcit prædicans, dicat ergo, quid vitij habet Deiparæ, Chriſtique amor in ſanctos? Lutherus ipſe teſtatur *q.*

Ridentur à Thummio contra ſcripturam.

tur *q.* amorem Adami ante peccatum, *fuiſſe ſine omni imperfectione*, hoc igitur *Lutherus* TERRESTRI PARADISO lubens concedit, *Thummius* PARADISO COELESTI dare non vult; ſed illum amorem *abſurdum, pudendum, obſcœnum* audet vocare; *abſurdè, pudendè, obſcœnè.*

21. MIRACVLA, quæ *ſanctorum inuocationem, vitam monaſticam, cultum Reliquiarum, purgatorium, Sacramentalium efficaciam* confirmant, aliter non refutat, quàm eſſe *blaſphema, incredibilia, mendacia.* Neque ego refutationem hanc aliter refuto, quam eſſe *blaſphemam, incredibilem, mendacem.* Eadem menſura.

22. Ad MIRACVLA, quæ circa *peregrinationes, animarum apparitiones, Energumenorum liberationes* contigerunt, vnū hoc blaterat miſellus prædicans, *ea omnia dæmonis ope patrari.* Ego aliud non repono, quàm quod in ſimili planè calumnia Chriſtus Dominus phariſæis Matth. 12. v. 26 repoſuit. *Si ſatanas ſatanam eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt, quomodo ergo ſtabit regnum eius?* Illud fateor, Catholicos ſequentem Chriſti reſponſionem in Luthericolas retor- Thummius phariſæorum filius.

 quere

quere nequaquam poſſe, fruſtra enim ita vos alloqueremur, *ſi Catholici in Beelzebub eijcimus dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt?* nam nec *filij*, nec *patres* veſtri vllum vnquam dæmonem, cum omni ſuâ in Chriſtum fide, licet ad ſudorem vſque laborarent, eijcere voluerunt. Imo potius contigit Hamburgi anno 1599. (vt ex certis litteris cognouimus) duobus prædicãtibus, quod Epheſi duobus Iudæis exorciſtis act. 19. v. 16. *Inſiliẽs in eos homo, in quo erat dæmonium peßimũ, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt vulnerati effugerent de domo illa.* Vbi ego non poſſum non ingentem *dæmonis* in Lutherum & Lutheranos *ingratitudinem* admirari. Tanta & tam inſignia ab illis beneficia accepit dæmon. Et tamen nec in *Lutheranorum*, nec in ipſius *Lutheri* gratiam, vel ex *vnicâ* obſeſsâ puellâ, ſaltem ad *horulam* cedere ſuſtinuit.

Prædicantibus malè cedis exorciſmus dæmoniacorum.

Dæmonis in Lutheranos ingratitudo.

23. MIRACVLA alia vt ſuſpecta reddat, ait pag. LXXXV. & ſeq. *nonnullos apud nos magos & circulatores reperiri, qui*

ri, qui magicis artibus, & hiſtrionicâ arte plurimos faſcinarunt, vt Cornelius Agrippa, Ioannes Teutonicus, &c. ah quàm *frigida* hæc obiectio? Quid ais prædicans? añon & *apud vos* magnus *ſagarum & magorum* numerus, vt ex tuo *tractatu Theologico de ſagarum impietate patet?* Ergóne *nulla* apud vos *fæmina* honeſta? nollem vxor tua te ita argumentantem audiret. Annon & Apoſtólorum tempore inter ipſos Catholicos *Magi* reperti? ergo Apoſtoli *vera* miracula non fecerunt? An nos miracula noſtra ex *Cornelio Agrippa, & Ioanne Teutonico* demonſtramus? Vbi eras obſecro Thummi, cum hæc ſcriberes?

Thummius omnes Lutheranos Magos eſſe docet, peſſima ſequela.

24. ALIA MIRACVLA quæ de *S. Ignatio*, & *B. Eliſabetha, &c.* recenſet; reijcit audacter, ſine vllo authore, ſine vllâ ratione. Non credit, quia non placent. Sic olim *Celſus*, & *Iulianus apoſtata* Chriſti miracula *eluſerunt*, quia *non placuerunt*. Si ego ſine authore vllo ſcriberem, *Lutherum ope dæmonis incubi natum; Lutherum non morte defunctum naturali, ſed iuxta lectum ſuum penſilem, &* ſtran-

Qui honeſtis teſtibus non credit, qualis eſt?

ſtrangulatum, à domeſticis repertum f. Si inquam hæc ſine authore euulgarem, annon me ad ipſum *cameræ ſpirenſis* tribunal citares? Tu ſine vllo authore tot viros celebres, tot vrbes, tot Reſpublicas, quæ *publicis inſtrumentis* ſanctorum miracula, *vt authentica*, approbarunt, *impoſturæ, fallaciæ, mendacij* arguere audes, & adhuc præmium exſpectas?

25. SVB FINEM vnicũ hoc à te quæro. Si verum eſt, quod *Caſparus Cruciger* t. ait, *Eccleſiam ſemper habere etiam corporalia miracula.* Si item verum eſt, quod *Lutherus* tuus *u.* affirmat, *dæmones etiamnum in nomine* CHRISTI *eijci, & per nominis* CHRISTI *inuocationem morbos expelli*, quæro, inquam, vbi hæc miracula patrentur? APVD VÓSNE? oſtendatur ergo tẽpus, locus, perſona: Quis *ex vobis* dæmonem vllum eiecit? omnes infauſtus Lutheri euentus cum puella Miſnenſi exterruit. Certè *Lucas Loßius* veſter, *x.* cum cerneret quam ab omnibus miraculis nuda veſtra Synagoga ſit, candidè fatetur, *donum edendi miracula hodie in Eccleſiâ deſijſſe.* Si

Ergo

Ergo APVD NOS iſta miracula efficiuntur, euidenter *te ipſum* mendacij conuincis, dum *omnia* noſtra miracula, vt *figmentum*, vt *impoſturas*, &, vt pag. 92. loqueris, *velut à ſatanâ conficta* explodis. Reliqua quæ pag. 81. & 92. de *cauſa efficiente & finali miraculorum* adducis, refutata in terminis reperies apud *Robertum Bellarminum* y. Vides miſelle, quàm vndequaque iam conſtrictus ſis. Dicam ingenuè. MEIPSVM miſeret TVI; qui ne miraculo quidem ſanari potes, cum ſine fide miracula non fiant.

26. EXEMPLVM NONVM. Effutierat prædicans, pag. 189. prioris Antichriſti *Magicas artes per illa tempora vbique ſic increbuiſſe, vt vix eruditus haberetur quiſpiam, qui hanc cum dæmonibus familiaritatem ignoraret.* Impudenti huic mendacio confutando, produxi ego pág. 42. præcipuos, qui illâ ætate, hoc eſt circa annum Chriſti milleſimum eruditione floruerunt, nimirum *Lancfrancum Cantuarienſem Archiepiſcopum, S. Heribertum Colonienſem, S. Godefridum Ambianenſem, Burchardum VVormatienſem, Ful-* IX.

bertum Carnotenſem, S. Brunonem Herbipolenſem, Adonem Treuirenſem, S. Anſelmum Lucenſem, Petrum Damianum Oſtienſem Epiſcopos, &c. interrogauiq; Prædicantem, *num hi omnes magi eſſent? aut quos eximeret? aut qua authoritate?* Audiamus nunc reſponſum, *Nunc ſcripſi*, inquit pagin. 92. *omnes Papas Magos fuiſſe.* Quid ais Prædicans? Quis ſcripſit, *te* hoc ſcripſiſſe? nihil ego, nihil tu ibi de Papa. Ad *formam*, ad *formam*: Dixeras *vix vllum eruditum ea ætate ſine magiâ vixiſſe*, Numeraui ego tibi *eruditos* præcipuos. Quid ad illos reſpondes? Taces; hoc vno à ſapiente nihil differens.

a. *l 3. de Pontif.* b. *in Epiſtola ſynodica ad Piſtorium.* c. *Vide Simonem Schardium Tom. I. à pag. 1984. & Laurent. Sur. in Comment. ad annum 1556.* d. *Epiſtola 80.* e. *apud Martialem lib. 6. Epigram. 19.* f. *3. Reg. cap. 22. v. 22.* g. *lib. de pudicitia. cap. 8.* h. *lib. 3. de Pontif. cap. 12.* i. *lib. cit. c. 2.* k. *in Comment. 2 Theſſal. 2. v. 1.* l. *Tom. 15. diſp. 3 in 2. Theſſal. 2. Edit. Colon. pag. 397.* m. *ſeſſ. 4. Edit. Morac. pag. 67.* n. *de Baptiſ. à pag. 489. & ſeqq. Edit. Tubing. 1587.*

o. *ſeſſ.*

o. *ſeſſ. 12. pag. 267. edit. Moracenſ. ſecunda. 166.* p. *Tom. 2. Germ. Edit. Ien. de vita coniugali, pag. 163.* q. *in c. 1. Geneſ. tom. 6. edit. VViteb. paßim.* r. *Quod tamen probat Fontanus apud Florim. Ræmundum lib. 1. aduerſ. hæreſ. c. 5. & apud Cochlæum nonnulli in Præfatione de vita Lutheri.* ſ. *Quod tamen demonſtrat Henricus Sedulius præſcriptione 18. aduerſus hæreſ. n. 26. & 27. Et Thomas Bozius lib. 23. de ſignis Eccleſiæ. c. 3.* t. *in caput 14. S. Ioan. pag. 603.* u. *in Poſtilla Eccleſiaſtica. in Feſto Aſcenſionis. pag. 97.* x. *In c. 14. Ioan. pag. 431.* y. *lib. de notis Eccleſiæ. c. 14.*

Capvt IV.

Onvs probandi alijs imponit.

1. Exemplvm Primvm. Impugnanda erat Thummio hæc Maior Bellarmini. *a.* quam pag. 16. ita poſueram, *Apoſtolus dicit Antichriſtum ad illos mittendum, qui Chriſtum eiuſq; doctrinam recipere noluerunt.* Quartum genus effugiorũ probationem reſpondenti imponere.

2. Quid hîc exarmatus miles noſter, I.

Hh 5

ſter? pag. 31. velut mea verba eſſent, ita Maiorem collocat.

Quicunq; amorem veritatis non receperũt, illi Antichriſtum pro Meſsia accipient.

Nec Bellarmini, nec mea hæc maior; nam Bellarminus expreſsè addit idcirco ad Iudæos venturum Antichriſtum, quia nulli alij magis debuerunt, & noluerunt Chriſtum recipere. Cum Maiorem nullo telo impetere videret ſe poſſe, ita exclamat pag. 29. *Si vir es, proba legitimâ conſequentiâ Maiorem ex verbis Apoſtoli.*

3. Quid hoc rei Prædicans? cui incumbit probatio? *Defendentíne* an *argumentanti?* Bellarminus & ego *defendentis*, tu *impugnantis* partes aſſumpſiſti. Impugna ſi potes; ſi non potes, fatere te expugnatum.

II. 4. Exemplvm secvndvm. Bellarminus *b.* ita locutus erat. *Sicut Chriſtus primum ad Iudæos venit, quibus erat promiſſus, & à quibus exſpectabatur, &c. ita quoque Antichriſtus ad Iudæos primũ accedet, à quibus expectatur.* Arripuit hîc τὸ *ſicut* Prædicans, exclamatque pag. 152. *Bellarminum ex Chriſto facere ἀσεβῶς typum Antichriſti.*

tichriſti. Prædicanticæ huius ſequelæ falſitatem ego pag.18. & 19. Prædicanti ad oculos demonſtraui, docuique tum *ex ſcripturâ*, tum *ex ipſo Thummio*, tum ex hiſtorijs, falſiſsimũ eſſe, quod is qui agit, quidpiam, quod poſterior acturus eſt, idcirco poſterioris typus fiat. Quid hîc Philoſophus noſter? cũ nec apicem haberet, quem tot inſtantijs meis opponeret, nollet tamen videri obmutuiſſe, petit I. à me, ridiculus homo, pag. 31. *rationem connexi in antecedente.* Miſellum argumentantem! qui cum *ex ingenij defectu* probare non poteſt *defendentem* malè locutum, petit, vt ipſe defendens tantiſper *argumentantis* partem ſubeat, dum bonus aliquis genius *exhauſto cerebro* telum ſubminiſtret. II. Fatetur pag. 32. in exemplis à me allatis apparere, non omnia quæ prior facit, eſſe typum eorũ quæ facit poſterior. Atqui hoc erat vnicũ quò argumẽtum meũ collimabat, nimirũ *ex hoc quia Chriſtus primò ad Iudæos venit, non ſequi Chriſtum eſſe typum Antichriſti, licet & ille prius ad Iudæos, quam gentes venturus eſt.* Sed hæc non exaggero Thum-

ro Thummi. Scio enim, cum librum hunc emitteres, mentem tibi non fuiſſe, doctis auribus canere, ſed Canere; ſiue dein inter calamaulas, ſiue inter Kapaulas. c.

III. Exemplvm tertivm. Dixeram ego *ſcripturam & authores, qui negant templum Salomonis reædificandum, intelligendos eſſe de reædificatione ad priſtinum decorē, ad priſtina ſacrificia, ad priſtinam libertatem.* Hîc miſellus cum non haberet, quod opponeret, petit à me, pag. 56. *vt probem hanc meam diſtinctionem.* lepidè. Perinde ac ſi quis à Thummio peteret, vt probaret *domum*, quam inhabitat, *ſuam* eſſe; an non mox reſponderes, *probationem actori, non poſſeſſori incumbere.* Rectè: Idem tibi dic, & ſi malè argumentari didiciſti, ſaltem melius reſpondere te poſſe putabimus.

IV. Exemplvm qvartvm. Prædicans verba illa Apocal. cap. 13. v. 15. *vt loquatur imago beſtiæ*, de pontificijs legibus, & & decretis explicarat pag. 199. Reſpōderam ego, *hanc explicationem nouam eſſe, & in Eccleſia Chriſti inauditam, ac proin omnino reſpuendam.* Prouocauique *ad omnes*

mnes orthodoxos per omnia retro ſæcula. Incumbebat ergo iam Prædicanti probatio, vt aliquot *Patres, Doctoréſque* antiquos adduceret, qui *locutionem imaginis beſtiæ de Pontificijs legibus interpretarentur.* Quid facit *exarmatus* Thummius meus? *Proba*, inquit pag. 43. *hanc meam explicationem, nec in ſcripturâ fundatam, nec euentu comprobatam eſſe.* Quis hic riſum teneat?

a. *lib. 2. de Pontif. c. 12.* b. *lib. 3. de Pontif. c. 12.* c. *Vide Athenæum lib. 4. dipnoſoph pag. 176. Edit. Commel.*

CAPVT V.

STATVM QVÆSTIOnis immutat.

HVius generis poſſem complura exēpla afferre, ſed ne Lectori faſtidium pariam, ſi in Thumianis ineptijs ipſum diutius detineam, vno contentus exemplo ad partem aliam tranſgrediar.

Negauerat Bellarminus a. *in ſcripturâ noui Teſtamenti* PER TEMPLVM DEI, *ſi pro templo materiali ſumatur, vnquam aliud*

quere nequaquam poſſe, fruſtra enim ita vos alloqueremur, *ſi Catholici in Beelzebub eijcimus dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt?* nam nec *filij*, nec *patres* veſtri vllum vnquam dæmonem, cum omni ſuâ in Chriſtum fide, licet ad ſudorem vſque laborarent, eijcere voluerunt. Imo potius contigit Hamburgi anno 1599. (vt ex certis litteris cognouimus) duobus prædicātibus, quod Epheſi duobus Iudæis exorciſtis act. 19. v. 16. *Inſiliēs in eos homo, in quo erat dæmonium peſſimū, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt vulnerati effugerent de domo illa.* Vbi ego non poſſum non ingentem *dæmonis* in Lutherum & Lutheranos *ingratitudinem* admirari. Tanta & tam inſignia ab illis beneficia accepit dæmon. Et tamen nec in *Lutheranorum*, nec in ipſius *Lutheri* gratiam, vel ex *vnicâ* obſeſsâ puellâ, ſaltem ad *horulam* cedere ſuſtinuit.

Prædicantibus malè cedis exorciſmus dæmoniacorum.

Dæmonis in Lutheranos ingratitudo.

23. MIRACVLA alia vt ſuſpecta reddat, ait pag. LXXXV. & ſeq. *nonnullos apud nos magos & circulatores reperiri, qui*

ri, qui magicis artibus, & hiſtrionicâ arte plurimos faſcinarunt, vt Cornelius Agrippa, Ioannes Teutonicus, &c. ah quàm *frigida* hæc obiectio? Quid ais prædicans? an non & *apud vos* magnus *ſagarum & magorum* numerus, vt ex tuo *tractatu Theologico de ſagarum impietate patet?* Ergóne *nulla* apud vos *fæmina* honeſta? nollem vxor tua te ita argumentantem audiret. Annon & Apoſtólorum tempore inter ipſos Catholicos *Magi* reperti? ergo Apoſtoli *vera* miracula non fecerunt? An nos miracula noſtra ex *Cornelio Agrippa, & Ioanne Teutonico* demonſtramus? Vbi eras obſecro Thummi, cum hæc ſcriberes?

Thummius omnes Lutheranos Magos eſſe docet, peſſima ſequela.

24. ALIA MIRACVLA quæ de *S. Ignatio,* & *B. Eliſabetha, &c.* recenſet; reijcit audacter, ſine vllo authore, ſine vllâ ratione. Non credit, quia non placent. Sic olim *Celſus,* & *Iulianus apoſtata* Chriſti miracula *eluſerunt,* quia *non placuerunt.* Si ego ſine authore vllo ſcriberem, *Lutherum ope dæmonis incubi natum; Lutherum non morte defunctum naturali, ſed iuxta lectum ſuum penſilem, &*

Qui honeſtis teſtibus non credit, qualis eſt?

 ſtran-

ſtrangulatum, à domeſticis repertum f. Si inquam hæc ſine authore euulgarem, annon me ad ipſum *cameræ ſpirenſis* tribunal citares? Tu ſine vllo authore tot viros celebres, tot vrbes, tot Reſpublicas, quæ *publicis inſtrumentis* ſanctorum miracula, *vt authentica*, approbarunt, *impoſturæ, fallaciæ, mendacij* arguere audes, & adhuc præmium exſpectas?

25. Svb finem vnicũ hoc à te quæro. Si verum eſt, quod *Caſparus Cruciger* t. ait, *Eccleſiam ſemper habere etiam corporalia miracula.* Si item verum eſt, quod *Lutherus* tuus *u.* affirmat, *dæmones etiamnum in nomine* CHRISTI *eijci, & per nominis* CHRISTI *inuocationem morbos expelli*, quæro, inquam, vbi hæc miracula patrentur? Apvd vósne? oſtendatur ergo tẽpus, locus, perſona: Quis *ex vobis* dæmonem vllum eiecit? omnes infauſtus Lutheri euentus cum puella Miſnenſi exterruit. Certè *Lucas Loßius* veſter, *x.* cum cerneret quam ab omnibus miraculis nuda veſtra Synagoga ſit, candidè fatetur, *donum edendi miracula hodie in Eccleſiâ deſijſſe.* Si

Ergo

Ergo APVD NOS iſta miracula efficiuntur, euidenter *te ipſum* mendacij conuincis, dum *omnia* noſtra miracula, vt *figmentum*, vt *impoſturas*, &, vt pag. 92. loqueris, *velut à ſatanâ conficta* explodis. Reliqua quæ pag. 81. & 92. de *cauſa efficiente & finali miraculorum* adducis, refutata in terminis reperies apud *Robertum Bellarminum* y. Vides miſelle, quàm vndequaque iam conſtrictus ſis. Dicam ingenuè. MEIPSVM miſeret TVI; qui ne miraculo quidem ſanari potes, cum ſine fide miracula non fiant.

26. EXEMPLVM NONVM. Effutierat prædicans, pag. 189. prioris Antichriſti *Magicas artes per illa tempora vbique ſic increbuiſſe, vt vix eruditus haberetur quiſpiam, qui hanc cum dæmonibus familiaritatem ignoraret.* Impudenti huic mendacio confutando, produxi ego pág. 42. præcipuos, qui illâ ætate, hoc eſt circa annum Chriſti milleſimum eruditione floruerunt, nimirum *Lancfrancum Cantuarienſem Archiepiſcopum, S. Heribertum Colonienſem, S. Godefridum Ambianenſem, Burchardum VVormatienſem, Ful-* IX.

bertum Carnotenſem, S. Brunonem Herbipolenſem, Adonem Treuirenſem, S. Anſelmum Lucenſem, Petrum Damianum Oſtienſem Epiſcopos, &c. interrogauiq; Prædicantem, *num hi omnes magi eſſent? aut quos eximeret? aut qua authoritate?* Audiamus nunc reſponſum, *Nunc ſcripſi*, inquit pagin. 92. *omnes Papas Magos fuiſſe.* Quid ais Prædicans? Quis ſcripſit, *te* hoc ſcripſiſſe? nihil ego, nihil tu ibi de Papa. Ad *formam*, ad *formam*: Dixeras *vix vllum eruditum ea ætate ſine magiâ vixiſſe*, Numeraui ego tibi *eruditos* præcipuos. Quid ad illos reſpondes? Taces; hoc vno à ſapiente nihil differens.

a. *l 3. de Pontif.* b. *in Epiſtola ſynodica ad Piſtorium.* c. *Vide Simonem Schardium Tom. 1. à pag. 1984. & Laurent. Sur. in Comment. ad annum 1556.* d. *Epiſtola 80.* e. *apud Martialem lib. 6. Epigram. 19.* f. *3. Reg. cap. 22. v. 22.* g. *lib. de pudicitia. cap. 8.* h. *lib. 3. de Pontif. cap. 12.* i. *lib. cit. c. 2.* k. *in Comment. 2. Theſſal. 2. v. 1.* l. *Tom. 15. diſp. 3 in 2. Theſſal. 2. Edit. Colon. pag. 397.* m. *ſeſſ. 4. Edit. Morac. pag. 67.* n. *de Baptiſ. à pag. 489. & ſeqq. Edit. Tubing. 1587.*

o. *ſeſſ.*

o. *ſeſſ. 12. pag. 267. edit. Moracenſ. ſecunda. 166.* p. *Tom. 2. Germ. Edit. Ien. de vita coniugali, pag. 163.* q. *in c. 1. Geneſ. tom. 6. edit. VViteb. paſſim.* r. *Quod tamen probat Fontanus apud Florim. Ræmundum lib. 1. aduerſ. hæreſ. c. 5. & apud Cochlæum nonnulli in Præfatione de vita Lutheri.* ſ. *Quod tamen demonſtrat Henricus Sedulius præſcriptione 18. aduerſus hæreſ. n. 26. & 27. Et Thomas Bozius lib. 23. de ſignis Eccleſiæ. c. 3.* t. *in caput 14. S. Ioan. pag. 603.* u. *in Poſtilla Eccleſiaſtica. in Feſto Aſcenſionis. pag. 97.* x. *In c. 14. Ioan. pag. 431.* y. *lib. de notis Eccleſiæ. c. 14.*

CAPVT IV.

ONVS PROBANDI Alijs imponit.

1. EXEMPLVM PRIMVM. Impugnanda erat Thummio hæc Maior Bellarmini. *a.* quam pag. 16. ita poſueram, *Apoſtolus dicit Antichriſtum ad illos mittendum, qui Chriſtum eiuſq; doctrinam recipere noluerunt.*

Quartum genus effugiorũ probationem reſpondenti imponere.

2. Quid hîc exarmatus miles noſter, I.

ſter? pag. 31. velut mea verba eſſent, ita Maiorem collocat.

Quicunq; amorem veritatis non receperũt, illi Antichriſtum pro Meſſia accipient.

Nec Bellarmini, nec mea hæc maior; nam Bellarminus expreſsè addit idcirco ad Iudæos venturum Antichriſtum, quia nulli alij magis debuerunt, & noluerunt Chriſtum recipere. Cum Maiorem nullo telo impetere videret ſe poſſe, ita exclamat pag. 29. *Si vir es, proba legitimâ conſequentiâ Maiorem ex verbis Apoſtoli.*

3. Quid hoc rei Prædicans? cui incumbit probatio? *Defendentíne* an *argumentanti?* Bellarminus & ego *defendentis*, tu *impugnantis* partes aſſumpſiſti. Impugna ſi potes; ſi non potes, fatere te expugnatum.

II. 4. EXEMPLVM SECVNDVM. Bellarminus *b.* ita locutus erat. *Sicut Chriſtus primum ad Iudæos venit, quibus erat promiſſus, & à quibus exſpectabatur, &c. ita quoque Antichriſtus ad Iudæos primũ accedet, à quibus expectatur.* Arripuit hîc τὸ *ſicut* Prædicans, exclamatque pag. 152. *Bellarminum ex Chriſto facere ἀσεβῶς typum Antichriſti.*

tichriſti. Prædicanticæ huius ſequelæ falſitatem ego pag. 18 & 19. Prædicanti ad oculos demonſtraui, docuique tum *ex ſcripturâ*, tum *ex ipſo Thummio*, tum ex hiſtorijs, falſiſsimũ eſſe, quod is qui agit, quidpiam, quod poſterior acturus eſt, idcirco poſterioris typus fiat. Quid hîc Philoſophus noſter? cũ nec apicem haberet, quem tot inſtantijs meis opponeret, nollet tamen videri obmutuiſſe, petit I. à me, ridiculus homo, pag. 31. *rationem connexi in antecedente.* Miſellum argumentantem! qui cum *ex ingenij defectu* probare non poteſt *defendentem* malè locutum, petit, vt ipſe defendens tantiſper *argumentantis* partem ſubeat, dum bonus aliquis genius *exhauſto cerebro* telum ſubminiſtret. II. Fatetur pag. 32. in exemplis à me allatis apparere, non omnia quæ prior facit, eſſe typum eorũ quæ facit poſterior. Atqui hoc erat vnicũ quò argumẽtum meũ collimabat, nimirũ *ex hoc quia Chriſtus primò ad Iudæos venit, non ſequi Chriſtum eſſe typum Antichriſti, licet & ille prius ad Iudæos, quam gentes venturus eſt.* Sed hæc non exaggero Thum-

ro Thummi. Scio enim, cum librum hunc emitteres, mentem tibi non fuiſſe, doctis auribus canere, ſed Canere; ſiue dein inter calamaulas, ſiue inter Kapaulas. *c.*

III. Exemplvm tertivm. Dixeram ego *ſcripturam & authores, qui negant templum Salomonis reædificandum, intelligendos eſſe de reædificatione ad priſtinum decorẽ, ad priſtina ſacrificia, ad priſtinam libertatem.* Hîc miſellus cum non haberet, quod opponeret, petit à me, pag. 56. *vt probem hanc meam diſtinctionem.* lepidè. Perinde ac ſi quis à Thummio peteret, vt probaret *domum*, quam inhabitat, *ſuam* eſſe; an non mox reſponderes, *probationem actori, non poſſeſſori incumbere.* Rectè: Idem tibi dic, & ſi malè argumentari didiciſti, ſaltem melius reſpondere te poſſe putabimus.

IV. Exemplvm qvartvm. Prædicans verba illa Apocal. cap. 13. v. 15. *vt loquatur imago beſtiæ*, de pontificijs legibus, & & decretis explicarat pag. 199. Reſpõderam ego, *hanc explicationem nouam eſſe, & in Eccleſia Chriſti inauditam, ac proin omnino reſpuendam.* Prouocauique *ad omnes*

mnes orthodoxos per omnia retro ſæcula. Incumbebat ergo iam Prædicanti probatio, vt aliquot *Patres, Doctoréſque* antiquos adduceret, qui *locutionem imaginis beſtiæ de Pontificijs legibus interpretarentur.* Quid facit *exarmatus* Thummius meus? *Proba*, inquit pag.43. *hanc meam explicationem, nec in ſcripturâ fundatam, nec euentu comprobatam eſſe.* Quis hic riſum teneat?

a. *lib. 2. de Pontif. c. 12.* b. *lib. 3. de Pontif. c. 12.* c. *Vide Athenæum lib. 4. dipnoſoph. pag. 176. Edit. Commel.*

CAPVT V.

STATVM QVÆSTIONIS immutat.

HVius generis poſſem complura exēpla afferre, ſed ne Lectori faſtidium pariam, ſi in Thum̃ianis ineptijs ipſum diutius detineam, vno contentus exemplo ad partem aliam tranſgrediar.

Negauerat Bellarminus a. *in ſcripturâ noui Teſtamenti* PER TEMPLVM DEI, *ſi pro templo materiali ſumatur, vnquam a-*

liud

liud templum intelligi, quam HIEROSOLYMITANVM. Contrà Prædicans, cũ videret *manente hoc ſtatu controuerſiæ,* quicquid attuliſſet, *extra rem,* à ſe allatũ eſſe; ita iam pag. 51. controuerſiam ponit, quaſi inter ipſum & Bellarminum hoc diſputaretur, *vtrum templum* DEI *non ſubinde metaphoricè pro fidelibus eorúmque cætu accipiatur.* Moxque velut Bellarminus hoc negaret, grandi ſupercilio S. Paulum, & Lorinum contra producit, qui *templum* DEI euidenter *pro Eccleſijs, ſeu cætibus fidelium* accipiunt. Facis Prædicans, quod in ſimili genere Ruffinum feciſſe S. Hieronymus *b.* narrat. *Proponis quod nemo obijcit, & diluis quod nullus accuſat.* Nunquam hæc quæſtio in mentẽ Bellarmino venit, imò vltra *c.* contrariũ fatetur, videlicet *templum* DEI *ſæpè alio ſenſu ſumi, quam pro Eccleſia materiali,* in eamq; rem ipſe tres locos ex S. Paulo adducit. Alia longè hoc loco quæſtio erat, hæc nimirum *an Apoſtolorum tempore* PER TEMPLVM DEI pro materiali Eccleſia acceptum, *intellectum fuerit aliud templum* QVAM HIEROSOLYMITANVM. Negauit,

gauit, & rectè Bellarminus. Tu, quia oppugnare nec ex *ſcripturâ*, nec ex *Patribus* aſſertum hoc Bellarmini poteras; illo *penitus* diſsimulato, *nouum* & Bellarmino *incognitum* dogma procudis, moxq́; velut ipſius eſſet, ridiculè impugnas, egregius Ruffini imitator; qui, vt ei S. Hieronymus *d.* eruditè exprobrauit, *Vulnera putreſcere ſiuit, ſano autem corpori impoſuit emblaſtrum.*

a. *lib. 3. de Pontif. c. 13.* b. *aduerſ. Ruffin. lib. 3. c. 4.* c. *lib. 3. de cultu Sanctorum. c. 4.* d. *adu. Ruff. loc. cit.*

PARS.

PARS VI.

PALINODIA THVMMIANA.

DIſputanti *mihi* cum *Thummio Lutherano* idē contigit, quod diſputanti olim S. Auguſtino cum *Felice Manichæo*. Is enim cum ſe argumentorum robore *proſtratum* cerneret, palàm manu propriâ PALINODIAM cecinit. *a*. Idem *Thummius* noſter præſtitit; hoc vno feliciter *hæreticum* imitatus. Specimina THVMMIANAE PALINODIAE omnia lectori ſubijcere animus non eſt. Aliquot produco. Sed quæ & *lectoris deſiderio*, & *noſtro inſtituto*, & *Thummiano rubori* ſuffectura ſint abundè. Clementius agendum eſt cum fatente REO. Vtinam ſcriptorum ſuorum omnium Thummius Palinodiam caneret, melius ab eo ſcriptum nihil legeremus.

a. *teſte ipſo S. Auguſtino lib. 2. de actis cum Felice Manichæo cap. 22.*

CAPVT

CAPVT I.

PROBARE VOLVERAT THVMmius vocem ἀντίχριςος in ſcripturâ ſumi pro Vicario Chriſti: Iam ipſe fatetur, ſe id non probaſſe.

1. PRobare voluit in papa Antich. cap. 1. aliquot paginis, contra Bellarminum *a*. qui optimè docuit, *vocem ἀντίχριςος in ſcripturâ nunquam ſumi pro Vicario, ſed pro aduerſario Chriſti.*

2. FATETVR ſe non probaſſe. Nam cum ego theſi 3. vrſiſſem hominem, vt, ſi vir eſſet, inferret ex tot ſuis paginis hoc conſequens, *Ergo Antichriſtus in ſcripturâ accipitur pro* VICARIO *Chriſti*, ille pag. 8. errorem hunc ſuum apertè agnoſcit. *Noſtro ſyllogiſmo* NON PROBAMVS *vocem ἀντίχριςος ſenſu ſcripturæ primariò notare* VICARIVM, *ſed hoc probamus, papam etſi ſe Chriſti Vicarium iactitet, reuerâ Chriſto aduerſari.*

Thummius fatetur in ſcriptura Antichriſtum non accipi pro Vicario.

3. FATETVR ergo hæc duo Thummius. PRIMÒ, *Vocem Antichriſtus* NON SIGNIFICARE *ſenſu ſcripturæ primariò* VI-

CARIVM, *ſed aduerſarium Chriſti*, QVOD IPSVM *Bellarminus* docuit.

4. SECVNDO. *Se non inferre, quod inferendum erat.* Inferenda autem erat in terminis hæc concluſio:

Ergo Antichriſtus in ſcripturâ ſumitur pro VICARIO *Chriſti*. Thummius ita infert. *Ergo papa, etſi ſe Chriſti Vicarium iactitet, reuerâ Chriſto aduerſatur.*

Cur non infert? *Ergo Saxones damnarunt Thummium?*

Obliquus ſenſus ſcripturæ vbi naſcatur.

5. Ad *Secundarium* verò &, vt eum pag. 7. vocas, *obliquum* ſenſum tuum quod attinet, quo ais per vocem ἀντίχριστος intelligi VICARIVM CHRISTI, peto vt ad vnicum hoc dilemma reſpondeat nobis Dominus Doctor:

Vel iſte ſenſus obliquus eſt LITERALIS, *vel* MYSTICVS. SI MYSTICVS; *Non poteſt inde argumentum apodicticum & ſolidum deduci, vt tu ipſe paſſim doces; adeoq́; aërem verberas.*

Ex quo Thūmius nihil probat, ſe Iudice.

SI LITERALIS. *Ergo vnus locus ſcripturæ habet duos ſenſus literales,* PRIMARIVM vnum, alterum SECVNDARIVM, quod tamen toties cum tuis negas, pernegas.

Sed

Sed nolo vlterius fatentem torquere reum.

a. *lib. 3. cap. 1.*

CAPVT II.

PROBARE VOLVERAT THVMmius, Antichriſtum Matth. 24. ſumi pro Vicario: Iam ipſe fatetur ſe hoc non probaſſe.

1. PROBARE voluit pag. 10. & 11. contra *Bellarminum*, qui rectè ex illo Matthæi loco demonſtrârat, *Antichriſtum non ſumi pro Vicario, ſed pro æmulo.*

2. FATETVR ſe non probaſſe. Ita pag. 8. loquitur. *Ex loco Matth. 24.* NON PROBAMVS *Antichriſtum ſenſu ſcripturæ primariò deſignare* VICARIVM CHRISTI, *ſed quia Bellarminus eundem adduxit, nos tantum demonſtrauimus, illum de Antichriſtis in genere agere.* Vbi duo rurſus fatetur miſer.

3. PRIMÒ. *Vocem Antichriſtus* non ſignificare *in illo S. Matthæi loco* VICARIVM CHRISTI. Quod Bellarminus & nos volebamus. Secundarius ſenſus,

Thummius confitetur. 1. Se non probare, quæ probare voluit.

ſus, quem ipſe adglutinat, non *ſcripturæ*, ſed *Thummij eſt*.

2. Aliud pro alio deducere.

SECVNDÒ, *ſe non inferre, quod inferendum erat*. Inferendum enim erat cõtra Bellarminum hoc conſequens:

Ergo Antichriſtus ſignificat Matth. 24. VICARIVM CHRISTI.

Thummius ita infert. *Ergo Chriſtus Matth. 24. de Antichriſtis in genere agit.* Ceſſo, ne afflicto afflictionem addam.

CAPVT III.

PROBARE VOLVERAT Thummius, Patres vocem Antichriſtus ſumere etiam pro Vicario Chriſti; Iam ipſe fatetur ſe hoc non probaſſe.

1. PROBARE voluit cap. 1. contra *Bellarminum*, *a.* qui veriſſimè aſſeruerat, *nullum ex Patribus nomen Antichriſti ſumere pro* VICARIO CHRISTI, *ſed pro* PSEVDOCHRISTO.

2. FATETVR ſe non probaſſe, pag. 9. Cum enim ego Theſi 4. *Thummium* multa in hoc argumento garrientem *ad formam* reuocarem; peterem-

remque, vt ex tot ſuis verbis hanc, quæ inferenda erat, concluſionem deduceret: *Ergo Patres nomen Antichriſti ſumunt pro Vicario Chriſti.* Quid hic conſtrictus Prædicans? NON STATVIMVS, inquit, *b.* PATRES *per vocem Antichriſti primariò intelligere verum* VICARIVM *Chriſti; ſed hoc dicimus ipſos eiuſmodi aduerſariũ indigitare, qui iactitando nomen Chriſti (vti Vicarius Papa) ipſum Chriſtum ſit oppugnaturus.*

3. Fatetur ergo Prædicans:

PRIMO. PATRES *per vocem Antichriſtus non intelligere* VICARIVM, *ſed* ADVERSARIVM *Chriſto*, quod in terminis *Bellarminus* voluerat. Denuo Thũmius è neruo verum fatetur.

SECVNDÒ. *Se non inferre, quod inferendum erat.* Inferenda erat hæc concluſio: *Ergo Patres per nomen Antichriſtus intelligunt Vicarium Chriſti.*

Ipſe infert: *Ergo Patres per Antichriſtum intelligunt talem, qui iactitando nomen Chriſti, ipſum Chriſtum ſit oppugnaturus.*

a. *lib. 3. cap. 1.* b. *loc. cit.*

CAPVT IV.

DOCVERAT THVMMIVS Antichriſtum non bello & in propatulo ſæuiturum: Iam ipſe errorem hunc ſuum demiſſè agnoſcit.

1. DOCVIT hoc pag. 2. vbi omnibus modis euincere conabatur, *Antichriſtum geſturum duo cornua ſimilia agni, & fraude,* NON BELLO, ET IN PROPATVLO *acturum.*

2. ERROREM ſuum AGNOSCIT pag. 15. & quidem iteratò. Cum enim ego homini falſitatem hanc tum *ex ſcripturâ,* tum *ex ipſiuſmet ſcriptis* ad oculum demonſtraſſem, verecundè PALINODIAM recantans, iteratò fatetur, *Antichriſtum, licet ſub ſpecie cultus* DEI, ETIAM BELLO, EXERCITV, MARTYRVM SANGVINE *ſæuiturum.* Veniam culpæ *mereris* Thummi, quia *agnoſcis* culpam. Vide quam facilè tecum mihi conueniret, ſi culpam perinde ſemper agnoſceres. Verum plus fortè peto, quàm admiſſurus ſis; quid enim è libris tuis remaneret, ſi omnem culpā agnoſceres?

Proponitur ratio pacis ineundæ cum Thummio.

res? Tu autem librorum ſcriptor videri amas.

CAPVT V.

THVMMIVS ERROREM, quem Bellarmino affinxit, fatetur ſe finxiſſe.

1. AFFINXERAT Thummius pag. 2. hæc verba *Bellarmino*, quaſi is doceret *in Antichriſto* NON DOLVM ET FRAVDEM, *ſed talem contrarietatem futuram, qualis inter manifeſtè infenſos hoſtes, & armis inter ſe certantes reperitur.*

2. FATETVR ſe finxiſſe pag. 14. Cum enim ego Theſi 1. ex ipſomet *Bellarmino* mendacij hominem conuiciſſem, fatetur iam, *illa verba* in Bellarmino nō eſſe, ſed *alia*; quod nos vltrò damus. Dolum quoq; Antichriſto *Bellarminum* adſcripſiſſe ex ipſomet Thummio Papæ Antichr. cap. 16. oſtenderam, poſterius *modeſtiſſimo ſilentio* tranſit Prædicans, & dum ad lucu-lentam meam demonſtrationem *nec apicem* reponit, verborum alioquin

prodigus orator, tacitè fatetur ſe Bellarmino falſum impoſuiſſe.

Capvt VI.

THVMMIVS SYLLOGISmum quem peſſimum fecerat, agnoſcit fuiſſe peſſimum.

1. Fecerat peſsimum hunc ſyllogiſmum peſsimus Logicus Thummius, pag. 30.

Antichriſtus erit Pſeudo Apoſtolus, faciet miracula, &c.

De paruo ſuo cornu hoc non dicit Daniel cap. 7.

Ergo per paruum cornu non intelligit Antichriſtum.

2. Agnoscit iam fuiſſe peſsimum pag. 30. Cum enim ego ſimilem Prædicanti ſyllogiſmum formaſſem, nimirum

Iudas ſe ſuſpendit.

De Iuda Iſcariote hoc non dicit Ioannes cap. 12. ſed tantùm quod eſſet fur.

Ergo per illum Iudam non intelligit illum, qui ſe dein ſuſpendit.

Quid hîc ad extrema redactus Præ-

Prædicans meus? cum videret ſyllogiſmum hunc ſuum in his terminis nec *à Machaöne* ſanandum, turpiſsimũ capit cõſilium. Syllogiſmo enim hoc velut *immedicabili* relicto, nouum procudit in hunc modum.

Antichriſtus erit Pſeudo Apoſtolus, faciet miracula.

De paruulo hoc cornu neque Danielis 7. NEQVE ALIBI *ſcribitur, quod ſit Pſeudo Apoſtolus, & miracula facturus, &c.*

Ergo per paruulum hoc cornu non intelligitur Antichriſtus.

Fateris ergo Dñe Logice priorem ſyllogiſmum tuum *mancum, claudum, podagricum* fuiſſe, cui duabus hiſce particulis (NEQVE ALIBI) velut duabus *grallis* ſuccurrendum fuit. Thummius Telamõ ruinoſi ſyllogiſmi.

3. Sed videamus, annon & ſic grallator Syllogiſmus tuus concidat. Quid enim? ain' tu *neque Danielis* 7. NEQVE ALIBI *ſcriptum reperiri, quod paruulum cornu Pſeudo Apoſtolus ſit, & miracula facturus?* Poſſem ego enorme hoc mendacium luculentâ & *ſcripturæ*, & *Patrum* authoritate diſplodere, ſed vento pallium accommodo, & *minorem* hanc

Refutatur à Melanchthone.

tuam ex *tuiſmet* Doctoribus falſitatis conuinco. Prodeat vnicus *Philippus Melanchton* a. Is cum in caput 8. Danielis docuiſſet *per cornu paruum* (de quo c. 7. agebatur) *intelligi Antiochum Epiphanem* conſentiente ipſo Luthero *b.* hæc ſubijcit. *Quod autem Daniel ſimul depinxerit Imaginem impij regni in Eccleſiâ belligerantis cum Chriſto, teſtatur Paulus, qui verba de Antiocho dicta* EXPRESSE ACCOMMODAT AD ANTICHRISTVM 2. *Theſſal.* 2. *cumq; teſtem habeamus Paulum huius accomodationis, authoritatem eius ſequamur, omiſſis aliorũ cauillationibus qui hæc nolunt accomodari ad Antichriſtum.*

(NB. Thummi.)

4. Quid hîc ais Magnifice Domine prædicans? S. Paulus teſte *Melanchtone* de eodem *cornu paruulo* loquitur, de quo S. Daniel. Atqui S. Paulus adſcribit illi expreſsè MIRACVLA (*in omni virtute, ſignis, & prodigiis mendacibus* 2. Theſſal. 2.) & PSEVDO APOSTOLATVM, vt tu ipſe paſsim inculcas, maximè pag. 2. 168. & ſeq. 188. & ſeq. Quid iam ſupereſt miſero tibi? Minorem duabus his voculis (NEQ; ALIBI) velut grallis ſuffulſeras; has grallas S. Paulus,

ipſo

ipſo *Melanchtone* teſte, tibi excuſsit. I iam, ſi potes, & cum tuo *M. Eraſmo Schmidt* c. gloriare, veſtrorum operâ factum, *vt iam nulli & nemini in ſacco pax ſit.*

a. *Parte 2. in cap. 8. Daniel cit. pag. 451.* b. *In cap. 8. Daniel Edit. Lat. VVit. pag. 326.* c. *In oratione ſæculari Edit. VVite b. 1603. in 4.*

CAPVT VII.

FATETVR THVMMIVS SE Caluinum quem citauerat, aliis ſuffuratum.

1\. OBieceram ego pag. 17. prædicanti, eũ authores, quos citat, non *inſpicere*, ſed incautè alijs *ſuffurari*, id quod vel inde dixi patere, quod *Caietanum* allegârit, cum *Caluinus* eſſet. Clepſerat verò hũc authorem imprudenter ex *Bellarmino* *a.* in cuius editione Typographicus error *Caietanum* pro *Caluino* ſubſtituit, quod ipſum tamen *Bellarminus* notârat. Quid ad hæc prædicans meus? Negat ſe locos ex authoribus CLEPERE

Thummius non furatur, ſed deſumit.

PERE, ſed tantùm bona fide DESVMERE. *Noueris, inquit, me locum illum* NON CLEPSISSE, *vt ſarcaſticè nugaris, ſed bonâ fide à Bellarmino* DESVMPSISSE.

2. Quis hîc vel tuorùm etiam amicorum riſum teneat? Thummius negat ſe CLEPERE, ſed tantum DESVMERE. Ita & ille notus tibi dicere potuiſſet, *calicem è templo ſe* NON CLEPSISSE, *ſed* SVMPSISSE. His deſumptoribus ſcis quid paratum ſit? idem quod furibus.

a. *lib. 3. de pontif. cap. 2.* b. *In correctorio Edit. Ingolſtad. 1608. ad lib. 3. de Pontifice, vbi hæc habet lib. 3. cap. 2. §. Tertia ratio Caietani. Scribe Tertia ratio Caluini. Typographus enim Caietanum pro Caluino poſuit.* Hæc Bellarminus.

CAPVT VIII.

ANTICHRISTVM EXQVISITè dictum Apoſtolorum tempore veniſſe Thummius docuerat falsò: Iam palinodiam canit.

1. DOCVERAT hoc fol. 46. vbi verbis ipſiſmet affirmârat, *Antichriſtum exquiſitè dictum eſſe*

eſſe vnam perſonam ordine ſubrogationis, eandemq́; perſonam quoad operationem myſterij iniquitatis IAM TEMPORE APOSTOLORVM VENISSE, *ſed diu latuiſſe.* Hæc Thummius, & fundamento ſuo conſequenter. Si enim Antichriſtus *propriè* dictus vnica perſona ſubrogatione eſt; vbi *ſucceſſor*, ibi & *anteceſſorem* oportet eſſe; ſi item Apoſtolorum temporibus *latere* cæpit Antichriſtus, vtique iam *fuit* tunc; quod enim *non* eſt, *latere* non poteſt.

Antichriſtus Apoſtolorum tempore iam fuit, vt vult Thummius.

2. PALINODIAM CANIT pag. 37. Cum enim ego pag. 18. interrogaſſem ex Prædicante, *Si Antichriſtus exquiſitè ſic dictus tempore Apoſtolorum iam venit, Antichriſtus autem ſit Romanus Pontifex, eiuſq́; ſucceſſores, quis ergo Romanus Pontifex* TEMPORE APOSTOLORVM *fuit Antichriſtus?* Turbatus inopinatâ hac interrogatione Prædicans, negat iam, *Antichriſtũ propriè dictum* APOSTOLORVM TEMPORE *fuiſſe, quantumuis Myſterium iniquitatis iam Apoſtolorum tempore agi cœptum ſit.*

Ergo Romanus Pontifex non eſt Antichriſtus, aut Apoſtolorum tempore nõdum fuit Antichriſtus, vt pòſt melius docet Thummius.

3. Ego quidem *Thummi* laudo hîc animi tui candorem, quod errorem tam *ingenuè* reuoces. Sed quid *Fratres*

ad

ad hæc tui? qui conſtanter docent, *Antichriſtum propriè dictū iam* APOSTOLORVM *tempore veniſſe*. Docent autem hoc, vt de alijs taceam, *Sibrandus Libbertus* a. *Franciſcus Iunius*, b. *Matthæus Sutliuius*, c. *Guilielmus VVitakerus*, d. *Iacobus Hailbrunnerus*, e. Totius ſcientiæ tuæ columina. Miſerum profectò te mi Thummi.

Contra alios ſuæ farinæ doctores.

Incidis in ſcyllam, dum vis vitare charybdin.

a. *lib. 10. de Papa. cap. 3.* b. *lib. 3. cap. 4.* c. *lib. 5. cap. 28.* d. *quæſt. 5. pag. 600. Et in Papatu Acathol. a. 14. pag. 382.*

CAPVT IX.

AFFIRMAVERAT THVMmius omnes Orthodoxos vnanimiter docere, Antichriſtum non eſſe vnam numero perſonam: Iam fatetur ſe id probare non poſſe.

I. AFFIRMAVIT pag. 46. ſanè per quam Thraſonicè, nimirum *omnes Orthodoxos vnanimiter docere propriè dictū Antichriſtum non eſſe vnam numero perſonam.*

2. FATETVR nūnc ſe id probare non

non poſſe. Nam cum ego pag. 19. quæſiuiſſem ex homine, *Quinam illi eſſent orthodoxi omnes, qui à Chriſti tempore vſque ad Lutherum id affirmaſſent?* Territus hac interrogatione Prædicans, NVLLIVS ex omni antiquitate ORTHODOXI nomen prodere potuit. RVRSVS ergo inclamo, Thummi: nomen ORTHODOXI peto. NOMINA per ſingula ſæcula *vel vnicum Orthodoxum* qui in omnibus fidei articulis vobiſcum ſentiat, & *hoc* docuerit. Rurſus inclamo: NOMINA.

Sancti patres ſunt Orthodoxi: quis eorum id docuit?

3. Redijt tandem ad ſe ex deliquio Prædicans, & intermortuis vocibus pag. 37. anhelans ait, orthodoxos *hos fuiſſe in medio Papatus*, INFANTES, *& plures* AGONIZANTES, *qui precibus ſuis ad miſericordiam* DEI, *meritum Chriſti, & auxilium Spiritus ſancti in fide confugerunt, atque Saluati ſunt.* Doleo vicem tuam ex animo, mi Thummi. Iam enim non ſolum *orationem*, ſed & *rationem* videris perdidiſſe. Petuntur teſtes viuæ vocis, qui vel DIXERINT, vel SCRIPSERINT *Antichriſtum non eſſe vnam numero perſonam.* Producis tu teſtes MVTOS,

Copiæ auxiliares Thummij.

ELIN-

ELINGVES, ſine voce, ſine calamo. Qui ſi vel *loqui* vel *ſcribere* potuiſſent; producere eos non auderes. Sed ſingulos inſpiciamus.

Infantes. 4. INFANTES producis. Superi! Ridete, quicquid eſt cachiñorum domi. Itáne INFANTES docuerunt, *Antichriſtum non eſſe vnam numero perſonam?* Quos tu mihi *ſugentes Thaumaturgos* producis? An fortè infans ille reuixit, qui Romanis aduerſus Hannibalem pugnantibus, in vtero materno *Io Triumphe* exclamauit? Sed quid oro in rem hanc INFANTES? Annon vides eodem prorſus iure pro ſuâ hæreſi à *Caluiniſtis*, pro ſuo ſomnio à *Zvvinglianis*, pro Romanâ fide à *Catholicis* adduci *eoſdem infantes* poſſe? Eoſdem vbiq; vagitus edent. Niſi fortè ſicut quondam *ex auium garritu* ſua captabant auguria veteres: ita Tu ex *infantium vagitu* auguria pro Antichriſto tuo deſumas. Vides ergo te cum *infantibus* tuis ad *infantiam* redactum eſſe.

Confeſſores obſcuri. 5. CONFESSORES producis. Quos tu mihi hîc CONFESSORES? Nomen ede: Locum, Tempus nomina. Cur tam altum

altum ſilentium? ſi *Auguſtinum, Hieronymum, Cyprianum, Chryſoſtomum, Gregorium, Ambroſium, &c.* intelligis, quin nominas? quid hæſitas? quid expalleſcis? ſed Eſto, ſenſerint hi PATRES, *Antichriſtum non fore vnicam perſonam* (quod tamen nec per ſomnium ipſis incidit) Hinc Patres tibi *orthodoxi?* vobiſcum *per omnia* ſentiunt? Illorum fides, *veſtra* fides? Aude ſis, eloquere. Nomina nobis per ſingula ſæcula *vel vnicum orthodoxum*, qui per omnia tecum ſentiat, & neget *Antichriſtum vnicam perſonam futurum*. Triumpha, ſi potes. Triumphabere, ſi nō potes; & reus Confeſſor ad metalla damnabere.

6. AGONIZANTES producis. Rectè facis pro *Agonizante* ſententiâ tuâ *Agonizantes* protrahis. Sed vbi gentium hi *Agonizantes?* quis vltimam eorum vocem excepit, quâ proteſtati ſunt, credere ſe, *Antichriſtum non fore vnam perſonam?* Denuo *mutos teſtes* nobis obtrudis. Annon vides, eoſdem ab omnibus omnino hæreticis *pari iure* adduci poſſe? Sed lubet in hanc rem ex *Centuriatoribus* a. tuis paucula ver- Agonizantes

ba recitare. Ii cum dixiſſent *non conſtare, quâ conſtantiâ, quibus moribus inter cruciatus primi Romani Pontifices; (licet plerique Martyrio ſcribantur affecti) fuerint, & quid pro ſummorum paſtorum officio alios monuerint*, hæc ſubijciunt. *Ideò* IN DVBIVM *ferè hæc, quæ pro Martyrijs eorum producta ſunt, vocantur.* Quid hìc ais prædicans, ſi *Centuriatores tui* idcirco tantum omnia pontificum Martyria *in dubium* vocant, quia non conſtat illis, *quâ conſtantiâ, quibus moribus* Martyrium acceptârint; quâ fronte tu inter fidei tuæ ſectatores numerabis *Agonizantes?* de quibus, nec *nomen*, nec *mores*, nec vllum actum *fidei Lutheranæ* conformem, nec *vllam* contra Antichriſti ſingularitatem *ſyllabam* demonſtrare potes. Annon iam AGONIZAS Thummi?

A. Centuria 2. cap. x. *in Euariſto Pontifice Romano.*

CAPVT

CAPVT X.

FATETVR THVMMIVS VOculam (actu) *in Epiſtolis S. Pauli non fuiſſe, ſed à ſe adiectam eſſe.*

1. THummius fol. 61. verba S. Pauli ad Coloſſ. v. 23. ita citârat. *Euangelium in toto mundo* ACTV *fructificaſſe.* Interrogaui ego pag. 22 prædicantem. *Quis illi facultatem dederit illam vocem* ACTV *textui Paulino adglutinandi?*

2. RESPONDIT pag. 42. prædicans, *ſe licentiam impetraſſe à S. Paulo. qui quia de actuali fructificatione, vt ſupra oſtenſum, loquitur, ex plenitudine poteſtatis mihi conceſſit, vt genuinam ipſius mentem vocabulo* ACTV *exprimerem.* FATETVR ergo prædicans; *S. Paulum in Originali ſua epiſtolâ non habuiſſe hanc voculam* ACTV. *ſed primũ per Apoſtolicum diploma Theodoro Thummio conceſſiſſe, vt ipſe hanc voculam* ACTV *adglutinaret.* Atqui nobis bone vir non de *diplomate tuo*, de quo mox agemus, ſed de *Originali Paulino textu* lis tecum fuit, quam tu ipſe iam *ſecundum nos* pronuntias. Sic ſcriptura tractatur.

 3. Ad

Diploma Thummio datum à S. Paulo, cuius fidei ſit?

3. Ad DIPLOMA tuum quod attinet, quod tibi S. Paulum ex *plenitudine poteſtatis conceſsiſſe* dicis: vereor vt ſanũ ſit: vnum eſt, quod LICENTIAM hanc ſeu DIPLOMA PAVLINVM oppidò mihi ſuſpectum reddit. Memini enim hæc S. Pauli verba *a. Licet nos*, (ſeipſum quoque intelligit teſte ipſo Luthero *b.*) *aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis*, PRAETERQVAM QVOD *Euangelizauimus vobis*, ANATHEMA SIT. At ſi DIPLOMA hoc authenticum eſt, profectò ALIVD iam docet S. Paulus, quam olim; cùm nunquam docuerit, *Euangelium toto orbe tempore ſuo* ACTV *fructificaſſe*, vt luculenter teſtantur ipſe *Lutherus*, *Pomeranus*, *Knopkenus*, *VVitakerus*, *Sibrandus*, *Iunius* quorum formalia verba in cap. x. Logicæ Thummianæ pag. 131. recitauimus. Hìc iam Thummio meo.

Gelidus circum præcordia ſanguis.
Coit; cùm ſe falſi diplomatis, & ſcripturæ corruptæ manifeſtè reum videt eſſe deprehenſum.

4. PRAETEREA, quicquid de ſenſu S. Pauli ſit, quanta hæc audacia, commentatorem aliquem *ſuum ſenſum*

pro

pro ipſo authoris *textu & verbis* venditare? ſi hoc licitum. ACTVM de ſcriptura eſt. Vbicunque enim *Caluiniſtæ* verbi gratia SENSVM aliquem ſcripturæ pro ſe credent militare, illicò expuncto ſcripturæ TEXTV, *ſuum textum, ſua verba* ſubſtituent. Sic Arriani, vbicunque *de proceßione S. Spiritus* in ſcripturâ agitur, adglutinabunt verba illa à SOLO PATRE. Sic *Zvvingliani* vbicunque *de Euchariſtia* tractari in ſcripturâ videbunt, adijcient verbum SIGNIFICAT. *Oecolampadius* vocem FIGVRA, *Caluinus ly* SIGNVM. Damnabiſne hos Thummi? Tum *teipſum* damnaſti. Nihil enim aliud *hi* facerent, quàm quod fecit *Thummius*.

Mira hæreticorum licentia.

a. *Ad Gal. cap. 1. v. 8.* b. *Tom. 5. Lat. in cap. 1 Galat. pag. 217.*

CAPVT XI.

FATETVR PRÆDICANS, SE voculam (SOLVM *) ad textum Bellarmini adglutinaſſe.*

1. CItârat Thummius pagin. 61. Bellarminum *a.* quaſi is doceret. *Euangelium* (Apoſtolorum

lorum tempore) *fructificaſſe virtute* SOLVM *vel famá.* Quæſiui ego pag. 22. ex homine, à *quonam facultatem accepiſſet vocem* SOLVM, *Bellarminiano textui adglutinãdi?* Cùm eam Bellarminus nuſquam collocarit?

Thummius Bellarmini textum corrumpit.

2. RESPONDET iam modeſtè Prædicans pag 42. *Controuerſiæ ſtatum voculam* SOLVM *extorſiſſe.* Primùm ergò FATETVR *conſtrictus Thummius*, voculam SOLVM in Bellarmini textu, *nequaquam* fuiſſe, ſed à Thummij calamo *primùm* fuiſſe adiectam.

Et ſtatum controuerſiæ.

3. Sed deinde videamus iam, an ipſe *controuerſiæ ſtatus* hanc voculam extorſerit? Thummius quæſtionem ſic proponit. *An Euangelium ante deuaſtationem vrbis Hieroſolymæ Propheticè ſolùm, & virtute, an verò actu in toto mundo prædicatum fuerit.* Nugæ. Nihil de hac quæſtione *Bellarminus*, nec per ſomniũ. Sed hic genuinus controuerſiæ ſtatus eſt. *An Euangelium ante deuaſtationem Hieroſolymæ* IN QVIBVSDAM MVNDI PARTIBVS, *non actu, ſed virtute fuerit.* Affirmat rectè *Bellarminus*, & cum eo *ex tuiſmet* plurimi, vt ſupra oſtenſum. Tu negas, per-

pernegas. Quod ergo Bellarminus de QVIBVSDAM ORBIS PARTIBVS, Tu AD ORBEM TOTVM traxiſti, *impudenter*, vt res loquitur; & *imprudenter*, vt ipſe fateris.

CAPVT XII.

FATETVR THVMMIVS SE malè argumentatum.

1. PRædicans fol. 88. ad probandum *Ieſuitas ſanguinarios eſſe*, hoc vtitur inter alia argumento:

Ab eo Tempore, quo Ieſuitæ orti ſunt, intra 30. annos, conſtantium Chriſti confeſſorum 900. millia trucidata fuerunt.

Ergo Ieſuitæ ſanguinarij ſunt.

2. FATETVR iam ipſe, hoc argumentum *claudicare* turpiter. Nam cum ego riſiſſem ridiculam hanc argumẽtationem, eique ſimile enthymema oppoſuiſſem, videlicet:

Ab eo tempore quo Prædicans Thummius ortus fuit, conſtantium Chriſti confeſſorum 9000. millia trucidata ſunt. Ouum ouo non eſt ſimilius.

Ergo Thummius ſanguinarius eſt.

Quid ad hæc Prædicans? *Culpam* agnoſcit. Enthymema hoc ſuum vtpote *immedicabile* deſerit, nouumque in hunc modum procudit. pag. 75.

Ab eo tempore quo orti ſunt Ieſuitæ, intra 30. annos, 900. hominum millia ſuaſionibus & conſilijs Ieſuitarum, & illorum diſcipulorum ſanguinarijs ceciderunt.

Ergo Ieſuitæ ſanguinarij ſunt.

Moxque velut è naſsâ elapſus hæc verba ſubijcit. *Ita* limitatâ *propoſitione de me ſubſumere neſcis.* FATERIS ergo, *priorem tuam* illimitatâ *propoſitionem mancam, mutilam fuiſſe*, ex quâ, niſi fulcro ei ſuccuriſſes, æquè bene *contra Te*, quam *contra Ieſuitas* quis concluſiſſet?

3 Cæterum ad calumniam tuam quod attinet: aio breuiter. *Te, dum Ieſuitarum operâ 900. hominum millia occiſa dicis, 900, mendaciorum millia committere.* Quid naſum contrahis? Lege noſtrorum, lege aliorum pro Societate apologias, etiam Principum & Rerum publicarum tabulis teſtatas: quicquid nullius fidei Prędicantes contrà mentiantur. Tam diu tot millenorum mé-

dacio-

daciorum *reus* eris, quamdiu non demonſtrabis, *omnes & ſingulas has apologias, eorúmque ſingula argumenta falſa eſſe.*

Sed citius

ora damis blanda præbebunt lupi

Quam tu hæc demonſtres. Ego rem ab alijs diligenter factam, quæque in omnium manibus eſt, denuò non tractabo.

CAPVT XIII.

FATETVR THVMMIVS, DEmonſtrare ſe non poſſe, Annales Societatis, vt affirmârat, Lutheranorum ſanguine conſperſos eſſe.

1. EFfutijt incautiſsimè Prædicans pag. 91. *Vix paginam in Annalibus Societatis eſſe, quæ non ſanguine Lutheranorum conſperſa ſit.* Obteſtatus ego hominem ſum, *per ſi quid honeſti in ſe ſanguinis haberet, oſtenderet hoc orbi vniuerſo. Tamdiu tam enormis mendacij reum fore, donec id luculenter demonſtret.*

2. Quid ad hæc Prædicans? *obmutuit* miſer. Legi, euolui totum eius librum non ſemel. De cruentis Anna- Thummi dic aliquid è noſtris annalibus.

 libus

libus noſtris nec *vocula*, nec *ſyllaba*, nec *apex*. FATETVR ergo conſtrictus à me Prædicans ſilentio hoc ſuo.

PRIMÒ, *Demonſtrare ſe non poſſe, quod ante tam audacter affirmârat.*

SECVNDÒ, *Tam enormis mendacij reum perpetuo ſe fore.*

TERTIO. *Nec guttulam honeſti ſanguinis in ſe reſidere*

Places Thummi; nam hîc & *candidè*, & *verè* loqueris imò forſitan & *rubicundè*, vt totus pulcher ſis?

CAPVT XIV.

FATETVR PRÆDICANS SE Romanæ in Lutheranos perſecutionis nec annum, nec ſeculum nominare poſſe.

1. INterrogaueram ego prædicātem pag 31. *Quandoquidem Antichriſti (qui Thummio Pontifex Romanus eſt) perſecutio & maxima & notiſſima ſit, ediceret ergo Thumminus,* QVO SECVLO, QVO ANNO *incœperit Romanus Pontifex tam immaniter veros fideles, hoc eſt, Lutheranos perſequi?*

2. FATE-

2. FATETVR conuictus hac interrogatione prædicans, *nullum tempus nominare ſe poſſe. Nec enim,* inquit pag. 79. *neceſſe eſt, vt tempus præcisè monſtretur; ſufficere plurimos monſtrare annos, & aliquot retrò ſæcula, quibus Pontifices Romani per Belgium, Angliam, Galliam, Germaniam, Hiſpaniam, Italiam ſæuierint.* Acquieſco lubens hoc reſponſo. FATETVR ergo prædicans conſtantiſsimus. PRIMO, *licet* MINORVM *perſecutionum, vt Decij, Diocletiani, Domitiani, Neronis,* ET SAECVLVM, ET ANNVS *exactè conſtet: nihilominus* SVMMAE *huius Antichriſtianæ perſecutionis inchoatæ,* NEC SAECVLVM, NEC ANNVM, *nominari poſſe.* Quis credat? niſi Thummio ſimilis? itáne ſcriptores omnes muti an cæci fuerunt? an perſecutio talis nulla fuit, niſi à Thummio conficta? SECVNDO. *Se nullum penitus ex omni retrò antiquitate aſſerre poſſe, quem cum Euangelicis, ante Lutheri ortum,* PER OMNIA *ſentientem Romanus Pontifex occiderit.*

Quando Nero, Diocletianus, alij perſecuti ſunt Chriſtianos, ſcimus.

Cur de perſecutione maxima ſilentium?

CAPVT

CAPVT. XV.

FATETVR PRÆDICANS Pontificem Romanum non verè ſacrificium ſuſtuliſſe.

An Pontifex ſuſtulerit verè ſacrificiũ? Affirmat cordatè Thummius.

1. AFFIRMARAT hoc pag. 96. videlicet, *Antichriſtum Romanum iuge Chriſtianorum ſacrificium Danielis 12.* hoc eſt, ipſo Thummio interprete pag. 95. *fidem in Chriſtũ, inuocationem Dei, obedientiam, pietatem, charitatem ita deprauaſſe, vt tantum non penitus abrogârit.* IMO VERE SVSTVLISSE, ET PROPHETAE VATICINIVM VERE ADIMPLESSE.

Trepidè retractat.

2. FATETVR iam prædicans erraſſe ſe. Nam cum ego pag. 33. ita ſubintuliſſem. *Ergo euidenter ſequitur, nullam apud Lutheranos fidem, nullam Dei inuocationem, nullam charitatem, nullam obedientiam, nullam pietatem ſupereſſe, cum hæc omnia* VERE *ab Antichriſto Romano ſublata ſint.* Quid in has anguſtias redactus prædicans? ſuamet verba corrumpit miſer. Duas voculas veluti duos tibicines ruenti propoſitioni ſuæ ſupponit

nit pag. 80. 81. nimirum *pontificem* VERE *ſuſtuliſſe ſacrificia hæc.* QVANTVM IN SE EST, ET QVANTVM POTEST.

Rectè habet.

3. FATERIS ergo prædicans.

PRIMO, *priorem tuam propoſitionem fuiſſe illimitatam, adeoq́ Pontificem* VERE *ſuſtuliſſe veſtra ſacrificia.*

SECVNDO. *Verborum illorum* (à tempore cum ablatum fuerit ſacrificium Danielis 12. v. 11.) *non eſſe ſenſum, quod ſacrificium* VERE *auferendum ſit, ſed præcisè,* QVANTVM POTERIT *Antichriſtus auferre.* Ineptiæ Thůmianæ.

TERTIO. *Voculam* VERE *non habere vim affirmandi* à PARTE REI. Hinc cum dicimus. *Cain Abelum* VERE *ſuſtulit,* non erit ſenſus. *Cain* VERE & à PARTE REI *occidit Abelum, ſed præcisè,* QVANTVM IN SE FVIT, ET QVANTVM POTVIT; *à parte rei tamen* VIXIT *Abelus.* Contrà cùm dico, *Peccator,* QVANTVM IN SE EST, ET QVANTVM POTVIT, *ſuſtulit Deum.* Senſus erit. *Peccator* VERE *ſuſtulit Deum.* Sed quid te vltra exagito? Videbas, te in tuammet *foueam* incidiſſe. Feciſti *quantum in te erat, & quantum poteras,* vt inde euaderes. Interim VERE in fundo foueæ ceſpitas.

CAPVT

CAPVT XVI.

FATETVR PRÆDICANS, Mortificationem carnis, quam à Pontifice ſublatam dixerat, non eſſe à Pontifice ſublatam.

1. DIxerat ſublatam à Pontifice pag. 95. & 96. vbi *inter alia Sacrificia* VERE *à Pontifice ſublata, etiam* CARNIS MORTIFICATIONEM numerat.

2. FATETVR non eſſe ſublatam à Pontifice, à pag. 80. Cum enim ego pag. 34. riſiſſem prædicantis imprudentiam, quod affirmaret, *Mortificationem carnis a Pontifice ſublatam eſſe, cum conſtet, ipſorummet aduerſariorum teſtimonio,* MORTIFICATIONEM CARNIS, *vt ieiunia, flagellationes, &c omnibus modis* à PONTIFICE *defendi, Suaderi, promoueri.* Quid ad hæc *Thummius* noſter? Riſum mihi mouit, cum legerem. Nam *expunctâ vocula* CARNIS, reſpondet. *Papam tollere mortificationem, à ſpiritu Sancto libris Prophetarum, & Apoſtolorum commendatam.*

ATQVI ſubſumo iam ego, *Mortificatio*

catio carnis ſecundum te non eſt à ſpiritu ſancto commendata: ERGO *illam non ſuſtulit Papa.* Dixeras tamen carnis mortificationem ab eo ſublatam. Et certè ieiunia, humicubationes, ciliciorum vſus, & ſimiles afflictationes comendantur à Deo: quas cum Pontifex laudet, non ſuſtulit mortificationes à ſpiritu ſancto commendatas. Niſi fortè hanc *Mortificationem carnis* intelligis, cum quis caſtitatis voto obſtrictus, *vt deſideria carnis perficere poſſit*, ſacrilegas nuptias contrahit. Hanc *carnis Mortificationem* fateor & à DEO & *à Pontifice* ſublatam eſſe.

Prædicantica carnis mortificatio.

CAPVT XVII.

FATETVR PRÆDICANS ſe aliquid credere, quod non eſt in ſcripturâ.

1. PRædicans pag. 104. ita loquebatur. *Si ſcriptura fert dies annorum, & hebdomadas annorum, quidni etiam* MENSES ANNORVM *ferret?* Reſponderam ego pag. 41. *Hoc ipſo non admitti poſſe hanc locutionem* (MENSES ANNO-

Vbi ſunt in ſcriptura menſes annorum?

ANNORVM) *quia* IN SCRIPTVRA *hic loquendi modus non continetur. Alioqui Thumminium aliquid crediturum, quod* IN SCRIPTVRA *non eſt.*

2. Hic concluſus Prædicans, reſpondet pag. 104. *Hunc loquendi modum non eſſe* PRAETER SCRIPTVRAM. Habeo gratias Domine Doctor. Siue præter, ſiue iuxta, ſiue infra, ſiue ſupra, ſcripturam ſit, nihil iam ad me. FATERIS ergo, non eſſe IN SCRIPTVRA. Vt taceam, hoc ipſo vos eijcere omne id, quod non eſt IN SCRIPTVRA illud Deut. 4. Quod perpetuò occinitis. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Quâ fronte tu ergo ſcripturæ addis, MENSIS ANNORVM? Si ego *Iudam Iſcariotem* THVMMIVM appellarem, vnde me reprehenderes? an quia hic loquendi modus IN SCRIPTVRA non eſt? Eſto. At non eſt PRAETER SCRIPTVRAM. Quid hîc dices?

Audi Thumminium dicere, aliquid quod nō eſt in ſcriptura, credi poſſe.

CAPVT

CAPVT XVIII.

FATETVR PRÆDICANS non totam rationem typi & Antitypi inter Antiochum & Antichriſtum conſiſtere in odio Verbi DEI *& Tyrannide, quod tamen prius affirmârat.*

1. AFfirmarat pag. 33. TOTAM RATIONEM *typi & antitypi* (Mahometis Antichriſti Orientalis, & Antiochi) *conſiſtere in odio verbi diuini, & crudeliſſimâ tyrannide.* Quid ſunt hæc, Thummi? Tota Ratio?

2. Intuli ego, pag. 45. *Ergo Antiochus* ÆQVE *fuit typus Decij, Neronis, Diocletiani. &c. cum illi pari prorſus* ODIO ET TYRANNIDE, *quâ Mahomet, verbum diuinum inſectati ſint.* Hæſit hîc Prædicanti aqua. Ac mox pag. 108. PALINODIAM recantans, *Odium*, inquit, *verbi diuini in Nerone, Decio, alijſque perſecutoribus agnoſco, ſed* RELIQVA, *quæ Danielis 7. corniculo huic attribuuntur, nullique alij tam appoſitè, quam Mahumeti conueniunt, deſiderantur.*

3. Ergo FATERIS mi homo, *præter odium & Tyrannidem, etiam* RELIQVA, *quæ* Non tota ratio.

illo capite narrantur, ad rationem typi & antitypi pertinere. Ergo *non* TOTA RATIO *typi & antitypi in illo odio & tyrannide conſiſtit.* Quod tamen in terminis ante docueras Doctor VERTVMNE.

CAPVT XIX.

FATETVR THVMMIVS ſe malum Hiſtoricum eſſe.

1. EFfuderat prædicans p. 129. imprudenter hæc verba. *Si quis numerum nominis beſtiæ*(nimirum 666.) *ad tempus Antichriſti regnantis referre velit, numerus* non malè *quadrabit, eo quod circa annum 666. Bonifacius III. à Phocâ cæſaricidâ titulum Epiſcopi Vniuerſalis impetrârit.*

Thummij mira in hiſtorijs peritia.

2. Riſi ego pag. 4. *hiſtoricum* Prædicantis *cerebrum*, cum ex obuijs hiſtorijs conſtet, BONIFACIVM III. circa annum 607. viuere deſijſſe, PHOCAM autem 610. trucidatum obijſſe. Et tamen *Thaumaturgus noſter Thummius* nouo miraculo vitam vtrique prorogat vſque ad annum 666.

3. Erubuit ad hanc noſtram demon-

monſtrationem frons Prædicantis, ac mox planiſsimis verbis PALINODIAM recantans, pag. 8. fatetur, *Phocam circa annum 610. Heraclij Imperatoris iuſſu necatum eſſe, Bonifacium verò circa annum Domini 607. diem ſuum obijſſe.* IGNOSCO igitur errorem tuum, quia ipſe AGNOSCIS. Quàm autem lepida veſtra contra Pontificem argumentatio ſit ex hoc numero (*666.*) deducta, vide, oro te, apud *Gaſparem Scioppium* Pleſſæomaſtigem. *a.* Scio *Thummi*, ridebis ipſe *Thummium*.

Humanum eſt errare.

a: *In Alexipharmaco regio circa finem.*

CAPVT XX.

FATETVR PRÆDICANS, quos ante Martyres dixerat, non eſſe Martyres.

1. LAmentatus erat Thumius pag. 88. *Conſtantium Chriſti confeſſorum 900. millia intra 30. annos in Galliâ Belgio, Angliâ, Hiſpaniâ per Papiſtas trucidata eſſe.* EOS & SANCTOS ET MARTYRES CHRISTI VOCAT.

2. Interrogaui ego Prædicantem.

Quinam Martyres? *Lutheraníne, an Caluiniſtæ, an Catholici?* Obmutuit elinguis Prædicans. Et categoricè reſpondet NIHIL. Reuerſus tandem nonnihil ad ſe, ait; *900. illa millia* (nam de his erat quæſtio) *fuiſſe illos, qui Papæ corde & calamo contradixerunt, qui vitam æternam gratuito* DEI *fauore & fide in Chriſtum vnicè quæſiuerunt. Eſto aliquos errores ob ignorantiam ſimplicem, & minimè affectatam admixtos habuerint, quos tamen illis* DEVS *gratis per fidem in Chriſtum clementiſsimè remiſerit.* O ter beatos hos Martyres, qui & *Caluiniſtarum*, & *Zvvinglianorum*, & *Lutheranorum* Martyrologijs inſcribi poſſunt? vt Feſtum illorum celebretur Kalendis Græcis.

Martyres Thummiani.

3. Sed ad rem, Decane. Agamus Laconicè. Quæro, Fuerúntne 900. illa occiſorum millia *Lutherani*, an *Caluiniani*, an *Catholici*? CATHOLICI eſſe non poſſunt, nam eos tu non *cœlo*, ſed *orco*; non *Confeſſoribus*, ſed *peruerſoribus* adnumeras. LVTHERANI ergo ſunt? Omnis *Gallia, Hiſpania, Anglia, Italia*, MENDACII te conuincet. Cum pleriq; horum, quos in his regionibus fatalis en-

lis enſis abſtulit, *Lutheranam* fidem nõ minus, quam *Romano Catholicam* exoſi fuerint. Noſtin' *Hugonotas* in Galliâ, *Geiſsios* in Belgio, *Puritanos* in Anglia, *Anabaptiſtas* in Morauiâ, *Caluiniſtas* in Germaniâ, *Zvvinglianos* in Heluetiâ, *Arianos* in Poloniâ, *Romano Catholicos* in toto orbe? Hinc tibi omnes Lutherani? Aude ſis, affirma. Et tamen ſi nõ tota, maxima certè pars tot millenorum necatorum *ex hoc numero* cõſtat. Vnde ergo tu mihi 900 Lutheranorum occiſorum millia conflabis? Forſan CALVINISTAS intelligis: ſed quomodo oro te Caluiniſtæ tibi *Sancti, Confeſſores, Martyres?* cum eos toties *hæreticos, diabolos Incarnatos, diaboli Martyres* appelletis? Taceo reliqua.

Sancti. Beati, Innocentes, Caluiniſtæ.

4. Sed lubet aliquem Lutheranorum Martyrũ Catalogum tibi texere.

AN ergo illi Euangelici tibi MARTYRES, qui quia librum Cõcordiæ recipere detrectarunt, à vobis vel *loco ſuo moti*, vel *in carceres detruſi*, vel *cum coniugibus & liberis in exilium eiecti ſunt?* a.

Martyrologium Thummianum.

AN forte inter Euangelicos MARTYRES recenſes illos Lutherani verbi

Miniſtros, qui ob nequiſsimos mores à Palatinis Caluiniſtis *ſub patibulo exautorati ſunt?* b.

An fortè *Crucigerum, Mollerum, Pezelium, VVideBramum* Theologos VVitebergenſes intelligis, qui anno 1574. iuſſu Euangelici Magiſtratus ob Librum concordiæ *in deterrimum carcerē Lipſiæ detruſi ſunt?* c.

An illos Lutheranos paſtores inſinuas, qui à veſtriſmet hominibus, *pedibus conculcati, maledictis, & calumnijs conſpurcati, truculenter vexati, profligati, atque expulſi ſunt?* d.

An Martyribvs adnumeras, *Cracouium* prædicantem, qui inſtinctu Theologorum Euangelicorum in Lipſienſi carcere *miſerrimam mortem ſubire coactus eſt.* e.

An Confessoribvs tuis accenſes. *Benedictum Thalmannum*, & *Caſparū Peucerum*, quorum ille veſtrorum operâ in *Marchiâ Brandeburgenſi*, iſte *Rochlicij, Dreſdæ, Tergæ, Lipſiæ ſqualidiſsimis carceribus ipſum decennium excarnificatus eſt?* f.

Sed vela contraho. Fateor ſanguinem à Lutheranis fuſum eſſe, ſed

alie-

alienum. Interim *aut* demonſtrandum tibi eſt, 900. Lutheranorum millia à papiſtis ob fidem occiſa eſſe: *aut* fatendum 900. illa millia nec *Lutheranos* adeoque nec *Martyres*, nec *à Catholicis* occiſos eſſe.

a. *Rodulph. Hoſpinianus in præfat. ad librum concordiæ.* b. *Adamus Contzen lib. 2. polit. cap. 18. §. 6.* c. *Hoſpinianus de lib. concord. cap. 7. 8. 40. 48.* d. *Magdeburgenſes Centur. 8. in epiſtolâ dedicat.* e. *Hoſpinianus lib. cit. cap. 7.* f. *Idem loco cit. in literâ c. cit.*

Finem hic facio retractationum tuarum; quas vtinam ſincerè ederes, & S. Auguſtinum imitatus libros aliquot Retractationum ſcriberes. fidelem ego tibi opem hoc opuſculo præſtiti, infinita ferè exempla propoſui, quæ emendatione indigerẽt. admoue manum, age, nundinis proximis ede aliquid dignum tuo ingenio, *Libros Retractationum viginti*, ne puta materiam defore; è duobus libellulis tuis, quos nunc refutaui vberem materiam pro quatuor libris inuenies; quod ad vigeſimum vſque volumen

excurret, id in alijs tuis operibus facile reperies. Saxones ipſi quantam ſiluam ſuppeditabunt, ſuperi? pacem petis, ais te concordiam amare, in promptu habes pacis rationem. Neque ego te vlterius, neque Saxones turbabimus; id vel ſolum dicito, *Quod ſcripſi, nollem ſcriptum.* Certè olim ſic eiulabis, ſerò nimis. Venio ad extremam partem, in qua non te Thummi, ſed facta tua ſpectanda proponam. Caue ne æmuli tui hæc legant: perijt auctoritas tua; ſi te Caluiniſtarum exſcriptorem deprehenderint. Vel enim Caluiniſtam te putabunt, vel proprij ingenij inopem, ſcientiæ alienæ deprædatorem proclamabunt.

PARS.

PARS VII.

FVRTA THVMMIANA.

VLTIMA pars hæc eſt operis mei, quo Lectoribus volui Thummianum ingenium ſpectandum exhibere, deſcriptum ex vno hominis opuſculo, ea vt ſpero, felicitate, vt qui reliquos Thummij libellos inſpexerit, etſi nomen non legat, poſsit facilè patrem ex partu noſcere. Animum illius perturbationibus vehementiſsimis occupatum oſtendit immodeſtia & maledicentia; diſputandi imperitiam, Logicæ prodit ignoratio; fallendi vel errādi pronitatem, manifeſta mendacia craſsiq; errores arguunt; animi fluctuationem & in opinionibus inſtabilitatem atque hæſitantiam, contradictiones recantatæq; ſententiæ declarant; fraudulentiam, talium ſcriptorum, præcipuas artes, callidæ diſsimulationes,

eluſiones, effugia detegunt atque hæc priorlbus partibus abundè proſecutus ſum. Supereſt, vt parte vltima oſtendam, vnde tanta Thummio dicendi copia, quos ille locos, quas argumentorum ſedes habeat, vnde tot librorum quaſi fontiũ pereñium origo ſcaturiat: atque hæc, *Thummiana furta* clariſsimè patefacient. Circa quæ paucis te, Lector beneuole, monitum volo. Primum, Me inter furta reponere tantum illa, quæ *ad verbum* ex alijs auctoribus deſcripſit. nam tametſi procliue ſit credere Thummium feſtinantem ad nundinas res quoque ipſas & ſententias ex aliorum ſcriptis, argumentaque excerpere, atq; aliunde ſumere, quod curtæ ſuppellectilis deeſt domi: tamen nolo miſerum nimis vrgere. forſitan n. bonus quandoque illi fauet Apollo, vt ipſi quoque veniat in mentem, quod alij cogitarunt. Nam & in his verum illud Comici videtur. *a.*

Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius

Et neque in Fidei controuerſijs placent,

cent, qui noua argumenta, nouas ſolutiones ſtudioſius, quàm res exigat, venantur. Eſt n. ſæpe nouitas errorum mater. Cōfirmare vetera, clarius proponere, latius deducere nemo vitio vertet; imò laudabile eſt: nam ſic & in maiorum veſtigijs ſecurius perſiſtitur, & quæ ab alijs dicta ſunt, in notitiam aliorum ſine magno labore deriuantur. Vſitatum id fuiſſe ſanctis quoque patribus reperio, multa Ambroſij Auguſtinus, multa Tertulliani Cyprianus, multa aliorum alij tranſtulerunt in ſcripta ſua, propria tamen oratione & ſtilo mutata. Furtum igitur voco cum non modo ſententiæ & argumentorum neruus aliunde petitur, ſed cum ijſdem verbis paginæ dimidiæ, totæ, tacitis auctoribus deſcribuntur, & ſic fit liber.

Secundum, ex vnico Thummij de Papa Antichriſto opuſculo me exempla huc congeſsiſſe. quæ in alijs opuſculis aliena pro ſuis vendidit, eorum aliqua ſparſim per totum librum annotaui. Tertium, Me verſum vnum alterumq; ſubiectum non æſtimaſſe,

ſed

ſed longiores contextus tantum attuliſſe. Condonaui quoq; formulas loquendi & dicta mea, quæ pro ſuis ex me vſurpat. quæ ſi detrahere voluiſſem homini, librum integrum impleuiſſem. Denique pro exemplo tantum quædam attuli ex certis tantum auctoribus. Quis enim deſcribat omnia? tot enim libri naſcerentur inde, quot Thummius edidit opuſcula: ac nouo Cratino opus foret, qui ſex libros de furtis Menandri Comædi poëtarum antiquorum compilatoris ſcripſiſſe perhibetur. *b.* Quartum, Thummium in his ipſis furtis faciendis morem furum diligenter imitatum, qui notas rerum, è quibus domini noſci poſſent, auferunt ſuaſque earum loco ſubſtituunt. nam I. verbum ſubinde vnum pro altero reponit v.g. *Enim* pro *Nam*; *docent* pro *dicunt*; ſubinde verſu vno orditur aliter, quã auctor è quo deſcripſit, cætera deinde currunt capiſtro Thummiano tracta. 2. Quando pagellas totas ex aliquo *bona fide* vt ait, deſcripſit, eodem charactere, quo ſua, denique ſubiungit

aucto-

auctoris nomen, veluti ſententiolam tantum poſtremo loco poſitam ex illo deſumpſiſſet 3. Interdum profitetur ſe ex alijs relaturum aliqua, neque tamen ſic diſtinguit, vt quid quantúue de alieno ſit, poſsis dignoſcere. Credas verſus pauculos eſſe alienos; & vix vnus eſt proprius. ſic cap. penult. prioris Antichriſti. *Non poſſum*, inquit, *quin hic nonnulla ex aliis præſertim Abbato reſumam. Hic*, inquit. quaſi id alibi non feciſſet, *nonnulla* quaſi paucula, cum eodem illo loco plurima ex Abbato deſcribat. Vide Abbatum p. 213. & Thummium capite citato: prolixitas vetuit, ne cum iactura temporis & Lectoris faſtidio deſcriberem. 4. Quos auctores alij locos ex alijs deſumpſerunt, in margine notarunt, Thummius contextui inſeruit, vt videretur legiſſe, quos ſublegit. Quintum, Thummium tueri ſe aliorum auctoritate; mihi idem crimen obijcere, vtrunque falsò. De auctoritate vide quæ parte 3 c. 1. dicta ſunt. De meo facto præter ea, quæ parte 2. c. 2 ſcripſi, hoc vnum repeto, oſtendat vel

ver-

verſum vnum, quem ex Auctore non citato deſcripſerim; & Thum̃ium veri amantem virum vocabo. quos nomine nec dum illum compello; quia talem nondum reperi. Sextum, Mirari me vehementer cur Thummius pleraque ſua è Caluiniſtis clepat, vel *fide bona*, vt ait, deſcribat: támne illos arbitratur dignos, quos pro præceptoribus habeat? & viderint Tubingenſes, cui credant diſcipulo. an fortè Caluinianos à Luthericolis legi non opinatur, & ſperat furta ſua clam fore: cauſæ aliquid ſubeſſe oportet; non de nihilo eſt, quod Caluiniano Thummius velit ore loqui. Sed ad rem accedo. Lector, vide furta; æſtima, pœnam ſtatue; literarium patibulum meritus videtur.

a. *Terent. in Prolog. Eunuch.* b. *Gyrald. dialog. 7. hiſtoriæ poëticæ.*

CAPVT

CAPVT I.

FVRTA EX FRANCISCO IVNIO.

PRimus prodeat Franciſcus Iunius,& corniculæ Tubingenſi plumas auellat ſuas, vt ſpoliata alienis, quem merita eſt, riſui demum omnium exponatur.

I.

FRANCISCVS IVNIVS pag. 387.

Sciuerunt (patres) vocem *alius* notare quidem indiuiduũ; ſed aut ſingulare atque definitũ quod τοδέτι vocãt, aut commune & indefinitũ, quod ἀδηλόντι ſeu vagũ indiuiduũ dixerunt: quod autẽ de indiuiduo cõmuni ſeu vago adfirmatur, id verũ de ſingulari eſſe *vno* aliquo, nõ cõtra proinde cũ illi de Antichriſto dixerũt, *profecto hoc* ſingulari excludi rationẽ cõmunis noluerunt. Ac Chryſoſtomus *quidem* antichriſti meminit, ſiue vnius Antichriſti ſecundũ repræſentationẽ, ſiue abſolutè vnius numero: *nam* verba ipſius neutrum docent neceſſario. *Tũ* de vno

THVMMIVS pag. 17.

Sciuerunt (patres) vocem *alius* notare quidem indiuiduũ; ſed aut ſingulare atque definitum, quod τόδε τὶ vocant, aut commune & indefinitum, quod ἀδηλόντι ſeu vagum indiuidum dixerunt: quod autem de indiuiduo communi ſeu vago adfirmatur, id verum de ſingulari aliquo, non contra. *Quando ergo illi Antichriſti mentionem fecerunt*, ſingulari hoc rationem communis excludere noluerunt; e. c. Chryſoſtomus Antichriſti *ita* meminit, vt vel *vnus Antichriſtus* ſecundum repræſentationem, vel abſolutè *vnus* numero *intelligi poſſit*: verba enim

de vno ſi dicit, ſecundũ numerũ, *non eſt diſputator neſcius*, quũ quid de vno *diceret* exempli cauſa, eo neutiquã excludi plures. Cyrillus longe pauciora adfert Chryſoſtomo,& eodẽ modo. Ambroſius Antichriſtũ dicit eſſe Satanam (is autem eſt vetus ſerpens) qui tandem in homine ſit appariturus ;eo quod res à Paulo prædictas nõ eſſe hominis vnius numero, aut ſæculi vnius animaduerteret: quumque locũ illũ Ioannis de Antichriſto adducit, nõ excludit Antichriſtos cæteros. Hieronymus poſito ſingulari nomine non excludit commune,ſed contra συλληπτικῶς ſingulari plures intelligit, vt ipſe interpretatur ibidem, adductis Chriſti verbis Matt. 24. *Surgent enim pſeudochriſti & pſeudopropheta, &c.* Auguſtinũ de ſingulari Antichriſto agere ſecundum vnitatem numeri tract.29. in Ioã: nemo probaturus eſt.Nec aliud Theodoretus, Irenæus, alius ſibi voluit quiſquam, ſi bene obſeruabimus. Sic de Antichriſto ſingulari agunt, vt mul-

enim ipſius neutrum docent neceſſario. De vno ſecundum numerum ſi dicit, *nota eſt trita regula:* cum quid de vno exempli cauſa *dicitur*, eo neutiquam excludi plures. Cyrillus longè *quidem* pauciora adfert Chryſoſtomo, eodem tamen modo *& ſenſu.* Ambroſius Antichriſtum dicit eſſe ſatanam (is autem eſt vetus ſerpens) qui tandem in homine ſit appariturus; eo quod res à Paulo prædictas non eſſe hominis vnius numerò, aut ſæculi vnius animaduerteret: quumque locum illum Ioannis de Antichriſto adducit,non excludit cæteros Antichriſtos. Hieronymus poſito ſingulari nomine non excludit cõmune, ſed contra συλληπτικῶς ſingulari plures intelligit,vt ipſe interpretatur ibidem, adductis Chriſti verbis Matt. 24. *Surgent enim pſeudoChriſti Et pſeudopropheta,* &c. Auguſtinum de ſingulari Antichriſto agere ſecundũ vnitatem numeri tract.29. in Ioan. nemo probaturus eſt. Nec aliud Theodoretus Irænæus, *aut* alius ſibi voluit quiſ-

vt multos non negent: Sic de vno vnitate numeri, vt nō negent vnitate iuris, vel repræſentatione & ſubrogatione vnum. Alius *ergo* eſt tum Antichriſtus communiter, tum Antichriſtus ſingulariter.

quiſquam, ſi bene obſeruabimus; ſic enim Patres de Antichriſto ſingulari agunt, vt multos non negent: ſic de vno vnitate numeri, vt non negent vnitate iuris, vel repræſentatione, *vel* ſubrogatione vnum. Alius eſt tum Antichriſtus communiter, tū Antichriſtus ſingulariter.

Modeſtus adhuc eſt noſter Thumius; pauca cœpit *bona fide* deſcribere, vt poſsit Iunius cum Bellione Plautino dicere:

Minus malum hunc hominem eſſe opinor, quàm eſſe cenſebam coquum:

Nam nihil etiam dum harpagauit, præter Cyathum & Cantharum.

Sed vereor, vt ab ingenio recedat; circumſpicit, an quid porrò manus poſsint contrectare rei alienæ.

2.

FRANCISCVS IVNIVS pag. 389.

Nam ſi dixero exempli cauſa ὁ βασιλεὺς πάντων κρατεῖ Rex potitur omniū, perſonam ſingularem noto, ſiue reipſa ſingularem pro eo qnod *eſt* hic rex, ſiue ſingularem ſubrogatione iuris variantem pro eo quod eſt

Rex,

THVMMIVS pag. 25.

Nam ſi dixero exempli cauſa ὁ βασιλεὺς πάντων κρατεῖ Rex potitur omniū, perſonam ſingularem noto, ſiue reipſa ſingularem pro eo quod hic rex, ſiue ſingularem ſubrogatione iuris variantem pro eo, quod eſt rex,

rex, aut quiſquis Rex eſt, ſiue vtramq; ſimul, pro eo quod eſt hic rex, & ſucceſſores ipſius reges: In eundem modum cū dicitur ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἄνομος, perſona ſingularis ſignificatur, numero quidem ſemper vna ordinariè, ſed repræſentatione varians ad continuationem ordinis.

aut quiſquis rex eſt, ſiue vtramque ſimul, pro eo quod eſt hic rex, & ſucceſſores ipſius reges: In eundem modum cū dicitur ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἄνομος, perſona ſingularis ſignificatur, numero quidem ſemper vna ordinariè, ſed repræſentatione varians ad continuationem ordinis.

Præter vnum *Eſt* omnia in Iunij penu ſunt. niſi caues Iuni, vt iſte inceptat, rebus te tuis omnibus euertet.

3.

FRANCISCVS IVNIVS. pag. 397.

(*Vera ſententia eſt*) antichriſtum vnam perſonam eſſe non natura, ſed inſtituto, non numero, ſed ordine ſubrogationis: quæ perſona iam quidem venerat apoſtolorum tempore 1. Ioan. 4. 3. ſed diu latuit, ac non eſt reuelata, dum virtus Chriſti per ſimplicitatem Euangelij obſtitit myſterio iniquitatis eius: poſtea vero ſuo tēpore, cum paulatim ſimplicitas Euangelij *è medio* ſublata eſ-

THVMMIVS pag. 46.

Omnes docent Antichriſtum (*exquiſitè dictum*) vnam perſonam eſſe non natura, ſed inſtituto, non numero, ſed ordine ſubrogationis, quæ perſona (*collectiuè quoad operationem myſterij iniquitatis*) iam quidem venerat Apoſtolorum tempore. 1. Ioan. 4. 3, ſed diu, latuit ac non eſt reuelata, dum virtus Chriſti (*per potentiam Imperij Romani*) & per ſimplicitatem Euangelij obſtitit

ta eſſet, locumque Domini inuaſiſſet prædo, tum demũ impia illa perſona retecta eſt, quam Dominus *tabefacit* paulatim *conſumens* ſpiritu oris ſui, & aboliturus eſt claritate præſentiæ ſuæ in ſecundo aduentu *ſuo* 2 Theſſal. 2. &c.

ſtitit myſterio iniquitatis eius: poſtea verò ſuo tempore cùm paulatim *(maieſtas Imperij imminuta)* & ſimplicitas Euangelij ſublata eſſet, locumque Domini inuaſiſſet prædo, tum demum impia illa perſona retecta eſt, quã Dominus ſpiritu oris ſui *tabefaciendo* paulatim *conſumit*, & claritate præſentiæ ſuæ in ſecundo aduentu *aboliturus eſt*. 2. Theſſal. 2.

Eho, hic iam frugi ſeruus eſt; nam de ſuo peculio vide quantum Iunio adiecerit. Gloſſulas bellulas; quæ in mentem quidem Iunio nunquam veniſſent.

4.

FRANCISCVS IVNIVS pag. 398.

Quam infirma & inania ſint (pleraque patrum teſtimonia) in hoc argumento ipſe quoq; Bellarminus *vidit & cap. 3. proximè confeſſus eſt*. Vno verbo, opiniones ſunt *plurimùm*, quæ tẽporibus illis cum res futuræ è longinquo proſpectabant, probabilitatem aliquã habere viſæ ſunt; nunc verò ex quo contigerunt ſecus multa, ne ſpeciem quidem vllam probabilitatis habent.

THVMMIVS pag. 50.

Quam infirma & inania ſint pleraque patrum teſtimonia, in hoc argumento, ipſe quoque Bellarm. *l. 3. de Pontif. Rom.* cap. 3. *confitetur* vno verbo *coniecturæ, & opiniones*, priuatæ ſunt, quæ temporibus illis cum res futuræ è longinquo proſpectabantur, probabilitatem aliquam habere viſæ ſunt; nunc verò ex quo contigerunt ſecùs multa, ne ſpeciem quidẽ vllã probabilitatis habẽt &c.

Imo ſpeciem magnam habent, non probabilitatis, ſed furti facti, cùm tam largiter hæc deſcripſiſti.

5.

FRANCISCVS IVNIVS. pag. 405.

Dies Iehouæ maximus & reuerẽdus dicitur potiùs, quã terribilis vel horribilis Hebræa voce. *Eſt autem duplex Iehouæ & Chriſti aduentus dies: Vnus, prioris aduentus, quo vocat* in via ſeruandos; *alter poſterioris*, quo colligit è via ſeruatos, & ad vitam tranſmiſſurus eſt. De priore agit Malachias; *Hic de poſteriore accipit, falſò. Demonſtrant hanc noſtram interpretationem tria.* 1. Quòd hæc concluſio omnino reſpondet principio: cap. 3 vbi de priore aduentu Chriſti agitur euidentiſſimè, quo venit in templum, id eſt, Eccleſiam ſuam Euangelij prædicatione. 2. Quòd ait, *Vt conuertatur cor patrum ad filios, &c.* quod opus eſſe *prioris* aduentus Angelus & Zacharias oſtẽdunt Luc. 1. *& omnes facilè animaduertũt.* 3. *quòd* ſubdit poſteà, *ne veniens*

THVMMIVS. pag. 81.

Liquet inde, diem Domini Hebræa voce, maximum & reuerẽdum potius, quam terribilem vel horribilem dicendum eſſe. Et cum duplex ſit Chriſti aduentus, primus, quo vocat in via ſeruandos, & ſecundus, quo colligit è vita ſeruatos, & ad vitam tranſmiſſurus eſt, de priore *& non poſteriore, &c. agere Malachiã tria demonſtrant.* 1. Quia hæc concluſio omnino reſpondet principio cap. 3. vbi de priore aduẽtu Chriſti euidentiſſimè agitur, quo venit in templum, hoc eſt, Eccleſiam ſuam Euangelij prædicatione. 2. Quia ait, *Vt conuertat cor patrum ad filios, &c.* quod op⁹ eſſe *primi* aduentus, Angelus & Zacharias oſtendunt Luc. 1. 17. &c. 3. *Quia* poſteà ſubdit: *ne veniens percutiam terrã anathemate, quaſi* diceret, ne accelerare cogar ſecundum

niens percutiam terram anathemate: tanquam ſi diceret, ne accelerare cogar ſecũdùm aduentum meum, ſi ad priorem iſtum ſeſe non cõparauerint, priorẽ exhibet, de poſteriore minatur.

dum aduentum meum, ſi ad priorem iſtum ſeſe nõ comparauerint. Priorem exhibet, de poſteriore minatur.

Miſera hæc eſt comparatio, Thummi; ſcripturas corrumpere, aliena ſuffurari. Quid in illo aduentu prætendas cauſæ, Thummi, quòd falſa tam multa ſcripſeris, an dices te cæcũ Iunium ſecutum, cum ipſo in foueam cecidiſſe?

6.

FRANCISCVS IVNIVS. pag. 409.

Rectè: nihil ad hanc perſecutionem illæ: (Decij & Diocletiani & aliorum) nam illæ corporales ſolũ, hæc corporalis ſimul & ſpiritualis eſt: illæ per interualla & impetus quoſdam, hæc in deſinẽter: illæ violentæ, hæc violentia pariter & fraude inſtructiſſima: illæ aliquot chiliadas ſemel ad dies, aut annos aliquot perdiderũt: hæc myriadas innumeras promiſcuè in omni tẽpore, &c. imo vix vlla dies inde à Bonifacij VIII. atq; adeò Gregorij VII tempore extitit, quin laniena fuerit exercita aut

THVMMIVS. pag. 89.

Hoc eſt ſuperare Diocletianum, Decium, & alios tyrannos in perſecutionibus. Nam illæ corporales ſolùm, hæc corporalis ſimul & ſpiritualis eſt, illæ per interualla & impetus quoſdam; hæc indeſinenter: illæ violentæ; hæc violentia pariter & fraude inſtructiſſima: illæ aliquod myriades, ſemel ad dies, *menſes*, aut annos aliquod perdiderunt; hæc myriadas innumeras promiſcuè in omni tempore *à reuelatione Antichriſti Romani, ita vt vix* vlla dies inde à Bonifacij III. atque adeò Gregorij

aut diuexatio piorum acerbiſſima.

gorij VII. tempore *extiterit*, quin laniena aliqua aut diuexatio piorum *acerbiſſima, &c.* fuerit exercita.

Debet tibi Iunius gratiam, Thummi, quod hominem memoria lapſum, & pro Bonifacio III. octauum ſuggerentem tacitè admonueris: adeoque furtum hoc tibi in præmium condonat.

7.

FRANCISCVS IVNIVS. pag. 423.

Figura dictionis (*Vt loquuntur*) *fallit: Nam* participiorū *iuſta* interpretatio ex modo verborum, à quibus reguntur, ſæpe cognoſcenda eſt: in primis verò Græcorum aoriſti ex eo dicti ſunt, quod futuri æquè ac præteriti ſignificationem participant. *Quum autem* dicit Apoſtolus, ἵνα κειϑῶσι, πάντες οἱ μὴ πιςεύσαντες &c. *nō id ſibi vult* vt iudicentur omnes, qui nō crediderunt *antehac* veritati, id eſt, Iudæi; ſed potiùs ratione futuri temporis, vt iudicentur omnes, qui non crediderint veritati, ſed acquieuerint in iniuſtitia, &c.

THVMMIVS. pag. 151.

Elencho figuræ dictionis *ludit*: *Legitima enim* participiorum interpretatio *ſæpe* ex modo verborum, à quibus reguntur, cognoſcenda eſt. Inprimis verò Græcorum aoriſti ex eo dicti ſunt, quod futuri æquè ac præteriti ſignificationem participant. *Quando ergo dicit Apoſtolus*, ἵνα κειϑῶσι πάντες οἱ μὴ πιςεύσαντες τῇ ἀληϑείᾳ, vt iudicentur omnes, qui nō crediderunt veritati, &c. non id ſibi vult, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt antehàc veritati, id eſt, Iudæi: ſed potiùs ratione futuri temporis, vt iudicentur omnes, qui non crediderint veritati, ſed acquieuerint in iniuſtitia.

Quis

Quis iſte elenchus eſt, quo noſter Iudit Thummius? an figuræ lectionis? nam quaſi ipſe hæc repererit, ſe iactitat; & aliunde ſublegit. Sed reuera figura dictionis eſt: nam nihil eſt, quod dicit Thummius, quia totum vanum, verborum phaleris figuratum.

8.

FRANCISCVS IVNIVS. pag. 426.

Sedet *enim* Papa, *ſedet autem? imò vero* ſæuit in vera Eccleſia DEI, vt lupus in ouili, vt prædo in domo, vt rebellis in vrbe diſciſſa, vt defector in hæreditate dñi ac principis iuſti ſui: quapropter dicit *Paulus* 2. Theſ. 2. 4. per metalepſin Hebræis frequentatam ἀυτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι ὡς Θεὸν, ipſum ingreſſum in tẽplum DEI ſedere vt DEVM, vt qui non ſit propriè de templo (nec enim vlcus eſt de corpore, licet in corpore) ſed παρεισβάλλων in templum inuolauerit, &c. Vna quidem eſt Eccleſia, at non omnes qui ſunt in Eccleſia vnum ſunt, *ſed* in Eccleſia multi ſunt, qui ſigno ſolùm ſunt vnum

THVMMIVS. pag. 154.

Sedet Papa, *imò non ſedet tantùm, ſed* ſæuit in vera Eccleſia DEI, vt lupus in ouili, vt prædo in domo, vt rebellis in vrbe diſciſſa, vt defector in hæreditate Domini ac Principis iuſti ſui: quapropter. 2. Theſſ. 2. 4 per metalepſin Hebræis frequentatam Paulus dicit, ἀυτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι ὡς Θεὸν, ipſum ingreſſum in templum DEI, ſedere vt DEVM, vt qui non ſit propriè de templo (nec enim vlcus eſt de corpore, licet in corpore) ſed παρεισβάλλων in templum inuolauerit, &c. vna quidem eſt Eccleſia, at non omnes, qui ſunt in Eccleſia, vnum ſunt: *qui de Eccleſia ſunt vnum re & ratio-*

aut diuexatio piorum acerbiſſima.

gorij VII. tempore *extiterit*, quin laniena aliqua aut diuexatio piorum *acerbiſſima, &c.* fuerit exercita.

Debet tibi Iunius gratiam, Thummi, quod hominem memoria lapſum, & pro Bonifacio III. octauum ſuggerentem tacitè admonueris: adeoq́ue furtum hoc tibi in præmium condonat.

7.

FRANCISCVS IVNIVS. pag. 423.

Figura dictionis *(vt loquũtur) fallit: Nam* participiorũ *iuſta* interpretatio ex modo verborum, à quibus reguntur, ſæpe cognoſcenda eſt: inprimis verò Græcorum aoriſti ex eo dicti ſunt, quod futuri æquè ac præteriti ſignificationem participant. *Quũ autem* dicit Apoſtolus, *ἵνα κριθῶσι, πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες* &c. *nõ id ſibi vult* vt iudicentur omnes, qui nõ crediderunt *antehac* veritati, id eſt, Iudæi; ſed potiùs ratione futuri temporis, vt iudicentur omnes, qui non crediderint veritati, ſed acquieuerint in iniuſtitia, &c.

THVMMIVS. pag. 151.

Elencho figuræ dictionis *ludit: Legitima enim* participiorum interpretatio *ſæpe* ex modo verborum, à quibus reguntur, cognoſcenda eſt. Inprimis verò Græcorum aoriſti ex eo dicti ſunt, quod futuri æquè ac præteriti ſignificationem participant. *Quando ergo dicit Apoſtolus, ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ,* vt iudicentur omnes, qui nõ crediderunt veritati, &c. non id ſibi vult, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt antehàc veritati, id eſt, Iudæi: ſed potiùs ratione futuri temporis, vt iudicentur omnes, qui non crediderint veritati, ſed acquieuerint in iniuſtitia.

Quis

Quis iſte elenchus eſt, quo noſter ludit Thummius? an figuræ lectionis? nam quaſi ipſe hæc repererit, ſe iactitat; & aliunde ſublegit. Sed reuera figura dictionis eſt: nam nihil eſt, quod dicit Thummius, quia totum vanum, verborum phaleris figuratum.

8.

FRANCISCVS IVNIVS. pag. 426.

Sedet *enim* Papa, *ſedet autem? imò verò* ſæuit in vera Eccleſia DEI, vt lupus in ouili, vt prædo in domo, vt rebellis in vrbe diſciſſa, vt defector in hæreditate dñi ac principis iuſti ſui: quapropter dicit *Paulus* 2. Theſ. 2. 4. per metalepſin Hebræis frequentatam αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι ὡς Θεὸν, ipſum ingreſſum in tẽplum DEI ſedere vt DEVM, vt qui non ſit propriè de templo (nec enim vlcus eſt de corpore, licet in corpore) ſed παρεισβάλλων in templum inuolauerit, &c. Vna quidem eſt Eccleſia, at non omnes qui ſunt in Eccleſia vnum ſunt, *ſed* in Eccleſia multi ſunt, qui ſigno ſolùm ſunt vnum

THVMMIVS. pag. 154.

Sedet Papa, *imò non ſedet tantùm, ſed* ſæuit in vera Eccleſia DEI, vt lupus in ouili, vt prædo in domo, vt rebellis in vrbe diſciſſa, vt defector in hæreditate Domini ac Principis iuſti ſui: quapropter. 2. Theſſ. 2. 4 per metalepſin Hebræis frequentatam Paulus dicit, αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι ὡς Θεὸν, ipſum ingreſſum in templum DEI, ſedere vt DEVM, vt qui non ſit propriè de templo (nec enim vlcus eſt de corpore, licet in corpore) ſed παρεισβάλλων in templum inuolauerit, &c. vna quidem eſt Eccleſia, at non omnes, qui ſunt in Eccleſia, vnum ſunt: *qui de Eccleſia ſunt vnum re & ratio-*

vnum, παρείσακτοι, ψευδάδελφοι. Galat. 2.4. non oues, ſed canes, mali operarij, *conciſio* Philip. 3. 2. lupi graues Actor. 20. 29. denique Antichriſtus ipſe. 2. Theſſ. 2.	*tione ſunt* : ſed in Eccleſia multi ſunt, qui ſigno ſolùm ſunt vnum, παρείσακτοι, ψευδάδελφοι, Gal. 2. 4 non oues ſed canes, mali operarij. Philip. 3. 2. Lupi graues. Actor. 20. 9. deniq́ue Antichriſtus ipſe. 2. Theſſ. 2.

Omnia conſonant, niſi qnòd Thummius malè inſpexerit, & pro n. 29. poſuerit. n. 9.

Atque hæc è Franciſco Iunio tranſlata ſunt in Thummij ſacculum, manu furtificâ; quæ tamen in patrimonio ſuo ſe habere cupit videri; & alienis diuitijs opulentus; cui poſsit merito Iunius occinere illud, quod Martialis Fidentino cuidam. *b.*

Noſtris verſibus eſſe te Poëtam,
Fidentine, putas, cupiſque credi.
Sic dentata ſibi videtur Ægle
Emptis oſsibus, Indicoq́ue cornu.
Sic quæ nigrior eſt cadente moro,
Ceruſſata ſibi placet Lycoris.
Hac & tu ratione, qua Poëta es,
Caluus cum fueris, eris comatus.

a. *Plaut. in Pſeud. act. 4.* b. *Martial. l. 1. Ep. 73.*

CAP.

CAPVT II.

FVRTA EX MATHÆO SVTLIVIO

HVc quidem herculè haud ibis intrò, ne quid Harpax feceris, a. cautè quidam cauet, qui è frontibus nouit, quod ſit illud hominum genus, b.

Qui hæc habent conſilia, vbi data eſt occaſio,
Rape, clepe, tene, harpaga.

Quæ oculorum acies ſi Sutliuio obtigiſſet, næ ille à libris ſuis Thummium arcuiſſet: nunc quia placidis credidit oculis deceptus, damnum non leue fecit, vt ex ſequentibus fragmẽtis coniecturam facies.

I.

MATHAEVS SVTLIVIVS pag. 644.

(Eſto *dicant* patres) Antichriſtum fore electum diaboli organum, & eum regnaturum eſſe tres annos & dimidium, non tamen ſequitur eos docere, eum ſingularem aliquam perſonam, & certum hominem futurum. Nam hæc duo competere poſſunt Antichriſto, qui vnus eſt in ſpecie, *ipſe enim erit procul* dubio electum diaboli organum.

THVMMIVS. pag. 44.

(Eſto *aſſerant* Patres) Antichriſtum fore electum diaboli organum, & eum regnaturum eſſe tres annos & dimidium, non*dum* tamen ſequitur, eoſ*dem* docere, eũ ſingularem aliquam perſonam & certum hominem futurum; nam hæc duo *ſimul* competere poſsunt Antichriſto, qui vnus eſt in ſpecie, qui ſine dubio erit electum diaboli organum.

Qui iſte homo eſt, ait Sutliuius, qui mea ſcrinia tam audacter compilat? Summanus ſum, inquit Thummius. roganti Sutliuio vocis nouæ rationem,

> *Quia*, inquit, *veſtimenta* (Carmina) *vbi obdormiuit ebrius,*
>
> *Summano, ob eam rem omnes me ſummanum vocant.*

Apageſis, inquit Sutliuius, ſummane; aut tibi manus ſic tuas malleo contundam, vt poſthac nihil tangere audeas. Thummius blandiſsima voce ſutliuianas iras compeſcuit, atque indemnitatem pollicitus hæc tantum paucula abſtulit.

2.

MATHAEVS SVTLIVIVS pag. 644.

Sunt enim (patres) qui numerum certum pro incerto poni putant, vt Auguſtinus in numero regum, *quid*, inquit ille, *ſi numero iſto denario vniuerſitas regum ſignificata eſt. Ipſi denique patres* licet Antichriſtum vnũ eſſe dicant, tamen aggregatione & non numero vnũ eſſe docent. *Generaliter*, inquit Origenes, *vnus eſt Antichriſtus, ſpecies eius multa ſunt.* Auguſtinus etiam aggre-

THVMMIVS. pag. 44.

Sunt enim (Patres) qui numerum certum pro incerto poni putant, vt Auguſtinus in numero Regũ: *Quid*, inquit, *lib. de ciuit.* DEI. *20. c. 23. ſi numero iſto denario vniuerſitas regum ſignificata eſt. Praeterea licet* Patres Antichriſtum vnum eſſe dicant, tamen aggregatione, & non numero vnum eſſe docent. *Generaliter*, inquit Origenes, *tract. 30. in Matth. Vnus eſt Antichriſtus. Species eius mul-*

gregatum quid per Antichriſtum intelligit. *Nonnulli*, inquit, *non ipſũ principem, ſed vniuerſũ quodammodo corpus eius, id eſt, ad eum pertinentem hominum multitudinem, ſimul cum ipſo ſuo principe, hoc loco intelligi antichriſtum volunt.*

multa ſunt. Auguſtinus etiam aggregatum quid per Antichriſtum intelligit. *Nõnulli*, inquit, *lib. 20. de ciuit. Dei. cap. 19. non ipſum Principem, ſed vniuerſum quodammodo corpus eius, id eſt, ad eum pertinentem multitudinem ſimul cum ipſo ſuo principe hoc loco intelligi Antichriſtum volunt.*

Aduertit Sutliuius iterum aliquid loco motum, & audacter Thummium appellauit; ſed ille Auguſtinum, Origenemque à ſe emptos oſtendit, hæc ſe ex ipſis hauſiſſe iurauit, Sutliuio monſtrante: quieuit Sutliuius, vbi audiuit ſe tanto viro auctorem fuiſſe doctrinam è Patribus hauriendi.

3.

MATHAEVS SVTLIVIVS pag. 644.

Nuſquam *dicunt* patres, *quod in antichriſto omnis inhabitatura ſit diabolicæ malitiæ plenitudo corporaliter, ſicut in homine Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, vt falsò affirmat Bellarm: *nam tum* diabolus hominem aſſumeret, & non homo tantùm, ſed diabolus eſſet Antichriſtus,

THVMMIVS. pag. 44.

Nuſquàm *docent* Patres, *quod in Antichriſto omnis inhabitatura ſit diabolicæ malitiæ plenitudo corporaliter, ſicut in homine Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, vt falsò affirmat Bellarminus, *hac namq; ratione* diabolus hominem aſſumeret, & non homo tantùm, ſed diabolus eſſet,

ſtus, quod verè affirmari nõ poteſt: nunquam enim ſacræ ſcripturæ aut patres ita loquuntur.

eſſet Antichriſtus, quod verè affirmari nõ poteſt: eò quod nunquam ſacræ ſcripturæ, aut Patres ita loquantur.

Contempſit Sutliuius hoc furtillum: nam immune facinus eſt prohibere, ne per vineam tranſiens vuam vnam alterámue decerpat. Qua diſsimulatione factus audacior, iterum manum ſterilem libris ſutliuij iniecit.

4.

MATHAEVS SVTLIVIVS pag. 657.

Dicit (Bellarminus) per caput lethaliter vulneratum intelligi Antichriſtum, qui finget ſe mortuum, & arte diabolica ſe iterum excitabit. Sed non opus erat arte diabolica ad eum excitandum, qui tantùm *ſe fingit* mortuum. Præterea, Spiritus ſanctus dicit vnam beſtiam non à ſeipſa, ſed ab alia ſanatũ iri. Nec obſtat, quod Gregorius & aliqui recentiores ex patribus hanc interpretationem aliqua ex parte probaſſe videantur. Nam qui vixerunt ante tempora Antichriſti reuelationis, diuinare non poterant, quid futurum eſſet, qui autem poſt eius reuelationem vixe-

THVMMIVS. pag. 73.

Dicit (Bellarminus) per caput lethaliter vulneratum intelligi Antichriſtum, qui fingat ſe mortuum, & arte diabolicâ ſe iterum excitabit. Sed *reſpond.* non opus *fuiſſe* arte diabolica ad eum excitandum, qui ſe tantùm mortuum *ſimulârit.* Præterea Spiritus ſanctus dicit vnam beſtiam non à ſe ipſa, ſed ab alia ſanatum iri. Nec obſtat quod Gregorius & aliqui recentiores ex Patribus hanc interpretationem aliqua ex parte probaſſe videantur. Nam qui vixerunt ante tempora reuelationis *Antichriſti*, diuinare nõ poterãt quid futurum eſſet: qui autem poſt eius reuelationem

vixerunt, neſciuerunt quid fingerent.

nem vixerunt, neſciuerunt, quid fingerent.

Diſsimulauit & hanc non multorum verſuum rapinam Sutliuius, ratus paruo bolo obiecto quieturum, quamuis rapacem hominẽ, & Thummio ad maiora audenda ſilentio ſuo animum addidit: vnde miluinos vngues exacuens liberalius in Sutliuij loculos infixit, & bonam inde prædam auulſit.

5.

MATTHAEVS SVTLIVIVS. pag. 670.

Nam primò non addunt Hebræi ſexto quoque anno vnam Lunationem; vt *Lunaticus iſte monachus dicit*; ſed tertio quoque anno intercalant mẽſem vnum dierum triginta trium. *Tertio quoque anno*, inquit, *Lalamantius, intercalant menſem vnum dierum triginta trium, non alia ratione, quã vt illorum annus ad curſum Solis etiam congruat, &c:* Deinde non vtebantur Hebræi menſibus Lunaribus, quorum quilibet habet 30. dies, vt ipſe docet *Lalamantius, menſibus inæqualibus, quorũ vnus 30. alter 29. habuit dies:* quod etiam Galenus ſignificat in Epidemicis. Tertiò

THVMMIVS pag. 101.

Nam. 1. non addunt Hebræi ſexto quoque anno vnam Lunationem, vt *Bellarminus opinatur*, ſed tertio quoque anno intercâlant menſem vnum dierum triginta trium. *Tertio quoque anno*, inquit *Adamantius de anni Hebræi ratione, intercalant menſem vnum dierũ triginta trium, non alia ratione, quàm vt illorum annus ad curſum ſolis etiam cõgruat.* 2. Non vtebantur Hebræi menſibus lunaribus, quorum quilibet habet 30. dies, ſed, vt ipſe docet *Adamantius, menſibus inæqualibus, quorum vnus 30. alius 29. habuit dies:* quod etiam Galenus *ſignificat* in Epidemicis. 3. Auguſtinus non docet, ſin-

tiò Auguſtinus nō *docet* ſingulos mēſes apud Hebræos continere 30. dies, ſed potius cōtra Bellarm. teſtatur, eum non continere 30 dies. *Tantus*, inquit, *menſis, quantus & nunc eſt, quem Luna capta & finita concludit*; at ille curſus conficitur 28. diebus vna hora ampliùs. Quartò, anni Hebræorum non continebant duodecim mēſes lunares præcisè; ſed tot menſes, & aliquot dies. *Tantus annus*, inquit Auguſtinus, *quantus & nunc eſt, quem duodecim menſes lunares, additis propter curſum ſolarem quinque diebus & quadrante, conſummant*. Ludouicus Viues longius à Bellarmino diſcrepat: *Menſis*, inquit ille, *Lunaris dupliciter poteſt cōſiderari, &c.* Eius etiam ſententiam refellit Ioannes Lucidus. *Prædictos annos priſcorum patrum* inquit ille, *quos deſcribit Moyſes, non fuiſſe menſtruos. &c.* Hæc ergo oſtēdunt planè nec menſes 42. nec dies vel 1260. vel 1290. tribus annis & medio reſpondere, & *Bellarm. in iſta computatione planè delıraſſe, &c.*

ſingulos menſes apud Hebræos continere 30. dies, ſed potiùs contra Bellarminum teſtatur, eum non continere 30. dies. *Tantus*, inquit, *menſis, quantus & nunc eſt, quem Luna capta & finita concludit*; at ille curſus conficitur 28. diebus, vna hora ampliùs. 4. anni Hebræorum non continebant duodecim menſes lunares præcisè, ſed tot menſes & aliquot dies. *Tantus annus*, inquit Auguſtinus *l.* 15. *de ciuit.* DEI *cap.* 14. *quantus & nunc eſt, quē duodecim menſes Lunares, additis propter curſum ſolarem quinque diebus & quadrante conſummant*. Ludouicus viues longius à Bellarmino diſcrepat: *Menſis*, inquit *ille in Aug. de ciuit:* DEI *l.* 15. *c.* 14. *Lunaris dupliciter conſiderari poteſt, &c.* Eius ſententiam etiam refellit Ioannes Lucidus, &c. *prædictos annos priſcorum patrum*, inquit, *quos deſcribit Moyſes, non fuiſſe menſtruos, &c.* hæc ergo planè oſtendunt, nec menſes 42. nec dies vel 1260. vel 1290. tribus annis & medio reſpondere, ſed Bellarm. *hoc in loco, vt & in alijs ferè omnibus, erraſſe.*

Sen-

Senſit cladem Sutliuius, & diſsimulatione remota, fortius exclamauit, & Thummium furem appellauit manifeſtarium. Perdolitum id eſt Thummio, tanti nominis Decanum tàm probroſa compellatione dedecorari; & dubius hæſit iocóne iniuriam temperaret, an graui aliqua comminatione Sutliuio os clauderet? viſum eſt id primo experiri, & ad riſum compoſitis labellis, *Ne ſæui Pater*, inquit: *non vt mihi vindicarem, hæc ex tuis exemi, ſed vt quàm aptè libro meo conuenirent explorarem, vt ad eorum formam ſimiles mihi ſententias conſarcinarem. Habe tibi tua; ſatis placeat: id modò metuo, vt ſcriba meus imitari poſſit.* Sed Sutliuio iam difficile fuit verba dare, poſtquam alienas manus toties in res ſuas immiſſas deprehendit. Ter igitur quaterque furis appellatione repetitâ mouit Thummium, vt feriâ tandem oratione clamoſum Sutliuium coërceret, & : *Quid tu ſterquilinium Caluinianum*, inquit, *tàm impudenter mihi plagij crimen obiectas? furaciſsime mortalium, nónne te furti alligas reumque profiteris, quando, neſcio quẽ, Lalamantiũ* de anni Hebræi ratione *teſtem allegas, deceptus ab auctore tuo qui* Lalamantium *pro* Adamantio *ſcripſerat. Si ipſum tu Adamantium inſpexiſſes, non nobis nouum* Lalamantium *obtruſiſſes.* Attonitus Sutliuius inopinata Thummij reprehenſione conticuit,

& viri

& viri tacitus eruditionem miratus, qui tam occultum furtum notauerit, conſtituit impoſterum potius quiduis perpeti, quam crabrones poſthac Thummianos irritare, qui tam acriter pungerent. Iuſsit proinde Thummium de ſuis ſumere, quæ vellet; id modò de *Lalamantio* ne inuulgaret. Ab eo tempore liberum fuit Thummio ſcriptis Sutliuianis pro ſuis vti. Tantum potuit nouus *Adamantius de ratione Hebræi anni* repertus, quem fortè nec Thummius quis ſit nouit. Certè mihi Adamantij huius editionem, locum, annum nomiari vellem: Valde vereor in Thummij cerebro natum, ſepultumq́ue putreſcere.

6.

MATHAEVS SVTLIVIVS pag. 676.

Deinde non dicunt Auguſtinus & Gregorius, *ſæuiſſimam Antichriſti perſequutionem breuiſsimā fore, quia aliâs multi perirent, qui aliâs perituri non eſſent*, vt dicit Bellarminus, ſed loquitur ille de credentibus & credituris, *quorum fragilitati dicit conſultum, dum ſatanæ datum eſt tantum modicum tempus ſæuire.* Hic ne verbulum quidem vnum habet de Antichriſti perſecutione,

THVMMIVS pag. 106.

Deinde non dicunt Auguſtinus lib. 20. de ciuit. DEI. c. 8. & Gregorius lib. 33. moral. c. 12. *ſæuiſsimam Antichriſti perſecutionem breuiſsimam fore, quia aliâs multi perirent, qui aliâs perituri non eſſent*, vt dicit Bellarminus, ſed loquitur ille de credentibus & credituris, *quorum fragilitati dicit conſultum, dum ſatanæ datum eſt, tantum modicum tempus ſæuire.* Hic ne verbulum quidem vnum

tione, ſed oſtendit, *hamo attractum Leuiathan, ne quos vellet, deciperet.* Sed quid iſta ad tres annos & dimidiũ, quos ex verbis iſtis elicere debuit Bellarminus?

num habet de Antichriſto perſecutione, ſed oſtendit, *hamo attractum Leuiathan, ne, quos vellet, deciperet*; ſed quid iſta ad tres annos & dimidium quos ex verbis iſtis elicere debuit Bellarminus?

7.

MATHAEVS SVTLIVIVS pag. 677.

Ridiculè hoc ſignum (cõſummationem mundi) ponit aduentus Antichriſti, quod non niſi poſt interitum Antichriſti complendum erit: pariterque facit, ac ſi brumam diceret eſſe ſignum æſtatis, aut autumni, quæ non niſi diu poſt ſequitur. Præterea, ineptè confundit aduentum & interitum Antichriſti, inter quæ duo maximum eſt interuallum. nam maturè dicimus adueniſſe, & diu poſt regnaſſe, & ſub finẽ ſeculi credimus interiturũ; *Tunc*, inquit Paulus, *reuelabitur ille iniquus, quem Dominus* IESVS *interficiet ſpiritu oris ſui.*

THVMMIVS pag. 112.

℞. 1. *ſignum hoc (conſummationem Mundi) aduentum Chriſti omnino non deſignare*, cum non niſi poſt interitum Antichriſti complendum *ſit*, pariterque facit, ac ſi brumam diceret eſſe ſignum æſtatis, aut autumni, qui non niſi diu poſt ſequitur. 2. ineptè confundit aduentum & interitum Antichriſti, inter quæ duo maximum eſt interuallum; nam maturè dicimus aduenîſſe, & diu poſt regnaſſe, & ſub finem ſeculi credimus interiturum; *Tunc*, inquit Paulus 2. Theſſ. 2. 8. *patefiet iniquus ille, quem Dominus conficiet ſpiritu oris ſui, &c.*

Diligentem Thummi nactus es amanuenſem, nihil omiſit deſcribere.

8.

MATHAEVS SVTLIVIVS. pag. 697.

Hilarius *eos in Antichriſti ſpiritum & nomen proficere* dicit, *qui creaturæ adoptiuum nomen, potius quam verum* DEI *filium* IESVM *Chriſtum confitentur.* Vnde colligitur, Antichriſtum Chriſtum verbo confeſſurum eſſe, potiùs quàm negaturum. Chriſtum enim fatebitur eſſe filium DEI adoptiuum ſecundùm Hilarij ſententiam. Vbi autem Hilarius dixerit, *Antichriſtum nomen Chriſti funditus extincturum*, quod Bellarminus affirmat, nullus, credo, facilè reperiet. Auguſtinus lib. de ciuit. Dei 20. c. 8. non loquitur de Antichriſto, ſed *de* diabolo. Atque vt intelligamus diabolum eo modo per Antichriſtum ſæuiturũ; oſtendit tamen eum à pijs vincendum eſſe, quamuis nõ eſſet ligatus. De Antichriſti publica abnegatione Chriſti, nullum extat apud Auguſtinnm veſtigium. Hieronymus dicit Antichriſtum exoriturum ex gente Iudæorum, ſed multa etiam alia de Anti-

THVMMIVS pag. 169.

Hilarius lib. 6. de Trinitat. dicit: *Eos in Antichriſti ſpiritum & nomen proficere, qui creaturæ adoptiuum nomen potiùs, quàm verum Dei filium Ieſum Chriſtum confitentur.* Vnde colligitur Antichriſtum verbo confeſſurum eſſe potiùs, quàm negaturum filium. Chriſtũ enim fatebitur eſſe filium Dei adoptiuum ſecundum Hilarij ſententiam. Vbi autem Hilarius dixerit, *Antichriſtum nomen Chriſti funditus extincturum*, quod Bellarminus affirmat, nullus facilè reperiet. Auguſt. lib. de ciu. Dei 20. cap. 8. non loquitur de Antichriſto, ſed diabolo. Atque maximè vt ita intelligamus, diabolum eo modo per Antichriſtum ſæuiturum; oſtendit tamen, eum à pijs vincendum eſſe, quamuis non eſſet ligatus. De Antichriſti publica abnegatione Chriſti, nullum extat apud Auguſtinum veſtigium. Hieronymus in cap. 11. Dan. dicit: Antichriſtum exoriturum ex gente Iudæorum: ſed mul-

Antichriſto parum probabilia. *Verùm vt ex Iudæis oriturus eſſet; non tamen omnes qui gente ſunt Iudæi, Chriſtum abnegant.* Non ſenſiſſe Hieronymum Antichriſtum palàm Chriſtum abnegaturũ, rectius ex hoc loco colligitur, dicit enim eum fraudibus regnum acquiſiturum, & *ſimulaturum ſe ducem eſſe fœderis & teſtamenti* Dei. At ſi palàm & omnibus modis Chriſtum abnegaret, parum illi⁹ fraudes apud Chriſtianos proficerent. Gregorius etiam & Sedulius oſtendunt *Antichriſtum inſtauraturum Iudæorũ cæremonias.* Sed probare debuit Bellarminus Antichriſtum Chriſtum abnegaturum eſſe palàm, & omnibus modis, illud autem ex Gregorij & Sedulij dictis non probatur. nam Pſeudoapoſtoli, de quibus loquitur Paulus in Epiſtola ad Galatas, & Nazaræi, Cerinthiani, aliquot alij hæretici cum fide Chriſti ſeruandas cenſuêre cæremonias legis Moſis. Noſtri etiam aduerſarij, ipſique Pontifices Romanas multas legis Moſaicæ & Iudæo-

multa etiam alia de Antichriſto dicit parùm probabilia. Non ſenſiſſe *autem* Hieronymum, Antichriſtũ palàm Chriſtum abnegaturum, rectius ex hoc loco colligitur: dicit enim, eum fraudibus regnum acquiſiturũ, & *ſimulaturum ſe ducem fœderis, & teſtamenti Dei.* At ſi palàm & omnibus modis Chriſtum abnegaret, parùm illius fraudes apud Chriſtianos proficerent. Gregorius etiam lib. 11. Epi. 3. & Sedulius in 2. ſeſſ. 2. oſtendunt *Antichriſtum inſtauraturum Iudæorum cæremonias.* Sed probare debuit Bellarminus Antichriſtum Chriſtum abnegaturum eſſe palam, & omnibus modis, illud autem ex Gregorij & Sedulij dictis non probatur, nam pſeudoapoſtoli, de quibus loquitur Paulus in Epiſtola ad Galatas & Nazaræi & Cerinthiani & aliquot alij hæretici cũ fide Chriſti ſeruandas cenſuêre cæremonias legis Moſis. Noſtri etiam aduerſarij ipſique Pontifices Roman, multas legis Moſaicæ & Iudæorum cæremonias in téṗla & ſacra ſua tranſtulerũt mul-

dæorum cæremonias in tẽpla & ſacra ſua trãſtulerunt. Multas in Sacerdotibus & Eccleſiaſtica diſciplina inſtaurarunt, quas tamẽ Chriſtum planè & prorſus abnegaſſe, non dicet Bellarminus. Hippolyti oratio de cõſummatione mundi adulterina eſt. Præterea nihil ille certò affirmat; *Scimus fortaſſe*, inquit ille, *figuram ſigilli eſſe* ἀρνῦμαι, *nego*. Poſtremò, non loquitur de publica Antichriſti abnegatione; ſed de eorum tantùm abnegatione, qui ipſi adhærebunt. Poſtremò, vt aliquid haberent Patres in rem Bellarm. tamen vt ſæpe monuimus, non erant illi Prophetæ, vt de rebus certis diuinare poſſent: & nonnunquam ingenuè fatentur ignorantiam ſuam. *Atque vt non faterentur*; omnes *tamen* vident multùm eorum pleroſque in hoc argumento hallucinatos eſſe, &c. *At*, inquit Bellarminus, *ob vehementiam perſecutionis ceſſabunt publica officia, & ſacrificia diuina, ex quibus euidens eſt Antichriſtum non deprauaturum doctrinam Christi ſub*

nomi-

multas in Sacerdotibus & Eccleſiaſtica diſciplina inſtaurarunt, quas tamẽ Chriſtum planè & prorſus abnegaſſe nõ dicet Bellarm. Hippolyti oratio de conſumãtione mundi adulterina eſt; præterea nihil ille certò affirmat, *Dicimus fortaſſe*, inquit ille, *figuram ſigilli eius eſſe* ἀρνῦμαι, *nego*. Tandem non loquitur de publica Antichriſti abnegatione, ſed de eorum tantùm abnegatione, qui ipſi adhærebunt. 2. *licet aliquid habeant* Patres in rem Bellarm. tamen, vt ſæpe monuimus, non erant illi prophetæ, vt de rebus *futuris* certo diuinare poſſent, *quam ob cauſam etiam* nonnunquam ingenuè ſuam ignorantiam fatentur; vt omnes videant multum eorum pleroſque in hoc argumento hallucinatos eſſe. At inquit Bellarm. *ob vehementiam perſecutionis, ceſſabunt publica officia, & ſacrificia diuina; ex quibus euidens eſt Antichriſtum non deprauaturum doctrinam Christi, ſub nomine Chriſtianiſmi &c.* *Reſpond.* I. *Bellarm. &c. falſum aſſumit: ſi enim omnia*

pub-

nomine Chriſtianiſmi : ſed neque illud verum eſſe poteſt, interiret enim Eccleſia abſque verbi, & Sacramentorum nutrimento. Neque, vt publica officia ceſſarent, propterea neceſſe eſt Antichriſtum abnegare Chriſtũ: nullæ enim ſæuiores eſſe ſolẽt perſecutiones, quàm quæ fiunt ab hæreticis ſub Chriſti nomine, vt nos tempeſtates &c. excitatæ docent. ceſſabunt itaq; quodammodo publica religionis exercitia, ſed tamen in locis deſertis, vbi Chriſtus Eccleſiam afflictam alet, & Deus ritè inuocabitur, & Sacramenta ſincerè adminiſtrabuntur: nec hoc Pontifex Romanus in Eccleſiæ tenebris vnquam impedire potuit. Quod autem *dixi*, non ceſſaturum omnem Chriſtianæ religionis vſum, omneſque cultus diuini cæremonias, etiam tẽpore perſecutionis Antichriſti conſtat primò, quia Chriſtus ſe cum Eccleſia vſque ad mundi conſumationem futurum dicit &c. Secundò Chriſtus diſcipulis in mandatis dedit, vt prædicarent & baptizarent: atq; hæc mandata

publica officia & ſacrificia ceſſarent, tota Eccleſia abſque verbi & Sacramentorũ nutrimento interiret; neque vt *maximè* publica officia ceſſarent, propterea neceſſe eſt Antichriſtum abnegare Chriſtum; nullæ enim ſæuiores eſſe ſolent perſecutiones, quàm quæ fiunt ab hæreticis ſub Chriſti nomine, *vti vel ſola triſtis experientia loquitur*, ceſſabunt itaque quodammodo publica religionis exercitia, ſed tamen in locis deſertis, vbi Chriſtus Eccleſiam afflictam alet, & Deus ritè inuocabitur, & Sacramenta ſincere adminiſtrabuntur, nec hoc Pontifex Romanus in Eccleſiæ tenebris vnquam impedire potuit. *quod autem nõ omnis religionis Chriſtianæ vſus ceſſaturus ſit etiam tempore perſecutionis Antichriſti probamus.* 1. quia Chriſtus ſe cum Eccleſia vſque ad mundi conſummationem futurum dicit Matt. 28. 202. Chriſtus diſcipulis *ſuis* in mandatis dedit, vt prædicarent & baptizarent, *qua ſanè* mandata eorum ſucceſſores ligant vſque ad finem

data eorum ſucceſſores ligāt vſque ad finem ſæculi. Tertiò Chriſtus præcepit commemorationem ſuæ mortis in ſacra Euchariſtia celebrari, *vſq; ad aduentum ſuum.* Quartò oſtendit Ioannes quoſdam futuros tam fortes; *vt beſtiam non ſint adoraturi.* Quintò &c. Poſtremò, oſtendit Auguſtinus adeo fortes futuros in perſecutione Chriſtianos, vt nullo periculo à baptizandis liberis deterreri poſſint.

finem ſæculi. 3. Chriſtus præcepit cōmemorationem ſuæ mortis in ſacra Euchariſtia celebrari *vſq; ad aduentum ſuum.* 1. Corinth. 11. 25. 26. 4. Oſtendit Ioannes quoſdam futuros tam fortes, *vt beſtiā non ſint adoraturi.* Apocal. 20. 4. 5. &c. 6. Oſtendit Auguſtinus lib. 20. de ciuitat. Dei cap. 8. adeò fortes futuros in perſecutione Chiſtianos, vt nullo periculo à baptizandis liberis deterreri poſſint.

Ohe Thummi, ohe ſatis eſt. nihil alioqui Sutliuio ſupererit. Nonne hoc eſt libros ſcribere? adeſte Typographi ducenti; Thummius quod agatis, dabit. Veterum auctorum nomina inducite, Thummij ſubſtituite; & quæ non Thummij extabunt opera? quicquid alij ſcripſerunt, Thummius tanquam ſuum vendet, quia quod alij ſcripſerunt, ipſe emit; iuxta illud: *c.*

Carmina Paulus emit, recitat ſua carmina Paulus;
Nam quod emis poſſis dicere iure tuum.

9.

MATHAEVS SVTLIVIVS pag. 700.

Dicit etiam Patres *hoc paſſim docere. Sed* tantum abeſt, vt paſſim; vt nuſquam hoc

THVMMIVS. pag. 173.

Tandem addit Ieſuita Patres, hoc paſſim docere. ℞. tantùm obeſſe vt paſſim, vt nuſ-

hoc doceant. Dicit quidem Irenæus, *Antichriſtum tentaturum ſe Chriſtum oſtendere*; ſed hoc, quia miracula faciet, & DEI ſibi arrogabit, potentiam, non autem quia ſe Chriſtum palàm nominabit. *Ex ſcripturis etiam diſputabit ſe Chriſtum eſſe*, inquit Ambroſius. Sed multi cupiunt id videri, quod nominari non ſuſtinent: cupit quidem Pontifex Romanus ſe DEVM videri in terris: at palàm tamen ſe non appellat DEVM. Præterea ex ſcripturis diſputat ſe eſſe Chriſti Vicarium, & omnem Chriſti habere in terris poteſtatem, licet non apertè ſe Chriſtum dicat. *Theodoretus non Antichriſtum, ſed diabolum dicit ſe Chriſtũ & DEVM nominaturum*. Atque vt hæc verba de Antichriſto intelligamus; non tamen ſequitur eum palàm & nullis ambagibus vtentem, ſe Chriſtum nominaturum. nam ſi ita faceret, Chriſtianos fallere eiſque obrepere non poſſet. Cyrillus quidem exiſtimat Antichriſtum *ſe Chriſtum appellaturum*: ſed multa ille malè e-

nuſquam hoc doceant, dicit quidem Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſ. *Antichriſtum tentaturum ſe Chriſtum oſtendere*, ſed hoc quia miracula faciet, & Dei ſibi arrogabit potentiam, non autem quia ſe Chriſtum palàm nominabit. *Ex ſcripturis etiã*, pergit Bellarm. *diſputabit ſe Chriſtum eſſe teſte Ambr: in c. 21. Luc*: *Reſpond.* Multi cupiunt id videri, quod nominari non ſuſtinent: cupit quidem Pontifex Romanus ſe DEVM videri in terris; At palàm tamen non appellat ſe DEVM. Præterea ex ſcripturis diſputat, ſe eſſe Chriſti Vicariũ, & omnem Chriſti in terris habere poteſtatem, licet nõ apertè ſe Chriſtum dicat. Theodoretum quod concernit in 2. Theſſ. 2. *Non Antichriſtum*, ſed *Diabolum* dicit ſe *Chriſtum &* DEVM *nominaturum*; atque vt hæc verba de Antichriſto intelligamus, non tamen ſequitur eum palàm & nullis ambagibus vtentem ſe Chriſtum nominaturum; nam ſi ita ageret Chriſtianos fallere, eiſque obrepere non poſſet. Cyrillus quidem exiſti-

mat,

lè exiſtimat. Prætereà non dicit eum hoc palàm & publicè facturum :nam aliàs plures ex gentibus alienaret, quàm ex Iudæis ſibi conciliaret.

mat, *Antichriſtum ſe Chriſtum appellaturum*:ſed multa *eiuſmodi* ille malè exiſtimat; præterea non dicit eũ hoc paſſim & publicè facturum; nam aliàs plures ex gentibus alienaret, quàm ex Iudæis ſibi conciliaret.

Atque hæc ex Matthæo Sutliuio hic donata, ſiue mutuo data, ſiue iñominato contractu alio accepta Thummius ſua fecit.

Sed ne vnum depauperaret, placuit aliorum quoque loculamenta excutere, bonaque Lauerna diteſcere.

a. *plaut. in Pſeud. act. 2.* b. *Ibidem act. 1.* c. *Martial. l. 2. epig. 20.*

Capvt III.

FVRTA EX ROBERTO ABBATO.

Mirabar ſæpè vnde Thummio tanta eſſet facultas tam breui tempore tam multos in lucem libros efferendi; & varia mecum ipſe agitabam, variaſque cauſas apud animum meum inſtitui. Verum poſtquam artificium hominis ex veſtigijs aliquibus deprehendi, & quod alienis paginis volumina illius creſcerent.

Deſino

Deſino mirari; centones iungere, Thummi
Eſt facilè: at librum ſcribere difficilè eſt.

Produxi exempla ex Iunio, Sutliuio; vt omne trinum ſit perfectum, adijciam his Robertum Abbatum, quem miſeris modis tractauit Thũmius, ſcriptaque eius in arculam ſuam furtim congeſsit. Si potuiſſet id aduertere Abbatus, profectò Patronum aliquem vindicem quæſiuiſſet, vt Martialis olim cum ſcripſit.

Commendo tibi Quintiane noſtros,
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſum, quos recitat tuus Poëta.
Si de ſeruitio graui queruntur
Aſſertor venias, ſatiſque præſtes,
Et cum ſe Dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos, manuq́; miſſos.
Hoc ſi terque quaterque clamitaris,
Impones PLAGIARIO *pudorem.*

Sed ſerò nimis hæc Abbatus: nam vide quæ, quanta plagiarius abſtulerit.

I.

ROBERTVS ABBATVS. pag. 65.	THVMMIVS. pag. 50.
Ille (Hilarius) verborum Chriſti ſententiam exponens, *Tum per omnes orbis partes*, inquit, *Viris Apoſtolicis diſperſis Euangelij Veritas prædicabitur. Et cum Vniuerſis*	Ille (Hilarius) ſententiã verborum Chriſti exponens. *Tum per omnes orbis partes*, inquit, *Viris Apoſtolicis diſperſis Euangelij Veritas prædicabitur. Et cùm Vniuerſis fuerit*

uerſis fuerit cognitio Sacramenti cœleſtis inuenta, tum Hieruſalem occaſus & finis incumbet, Vt prædicationis fidem infidelium pœna, & metus eruta ciuitatis conſequatur. Theophilaſtus quoque in eandem ſententiam, *Tunc Veniet conſummatio nõ mundi, ſed Hieruſalem, &c.* & reliqua.

fuerit cognitio Sacramenti cœleſtis inuecta, tum Hieruſalem occaſus & finis incumbet, Vt prædicationis fidem infidelium pœna & metus eruta ciuitatis conſequatur. Teophylaſtus *etiam* in eandem ſententiam, *Tunc Veniet conſummatio non mundi ſed Hieruſalem, &c.*

Quid hoc ne furtum ſit? ait Thummius: Et Hilarium penes me habeo, & Theophylaſtum ære meo mihimet comparaui: licuit exſcribere è meis libris; Etiam ex Abbato licuit, quia & ille tuus eſt.

2.

ROBERTVS ABBATVS. pag. 617.

Neque enim (Tertullianus) vllam relinquit orbis partem, ad quam non Euangelium perueniſſe fidem faciat, qui illud perueniſſe affirmat ad *abditas gentes, & inſulas ac prouincias* eruditis antiquitùs ignotas, quos conſtat trinum illum orbem *Aſiæ, Europæ,* & *Africæ* ſatis exploratũ habuiſſe, &c. Porrò è gentibus ipſis quædam hoc certiſſimum eſſe conuincunt, quando apud Inſulas

THVMMIVS. pag. 56.

Neque enim (Tertullianus) vllam relinquit orbis partem, ad quam Euangeliũ non perueniſſe fidem *faciat Bellarm.* qui illud perueniſſe *confirmat* ad *abditas Gentes & inſulas ac prouincias eruditis antiquitùs ignotas,* quos conſtat trinum illum orbem Aſiæ, Europæ & Africæ ſatis exploratum habuiſſe *Imò è gentibus* ipſis quædã hoc certiſſimum eſſe conuincunt, quando apud Inſulas

laſ ab Hiſpanis recens inuẽtas, etſi nulla veterum memoria nobilitatas, & Chriſti iam nomen quidem habentes, monimenta tamẽ Chriſtianæ fidei ſepulta in terris, vt refert Oſorius, fodiendo reperta ſunt. Quidquid ergo tibi videtur de nouo orbe tẽporibus Apoſtolorum nondum cognito, certè nos arbitramur non incognitum illi fuiſſe, qui dixit Apoſtolis. *Euntes in mundum vniuerſum, &c.*

las ab Hiſpanis recens inuẽtas, etſi nullâ veterum memoria nobilitatas, & Chriſti iam ne nomen quidem habentes, monimenta Chriſtianæ fidei ſepulta in terris. vt refert Oſorius, *& Petrus Martyr*, fodiendo reperta ſunt. Quidquid ergò *Bellarmino* videatur de nouo orbe temporibus Apoſtolorum nondum cognito, nos certò *ſcimus*, non incognitum illi fuiſſe, qui dixit Apoſtolis. Matt. 18. 19. *Euntes in mundum vniuerſum, &c.*

In vniuerſum fama diuulgabit, fuiſſe prædicantem Tubingenſem, qui non potuerit libros ſcribere, niſi ſcriptis alienis inſidias ſtrueret, & inde chartas ſuas collocupletaret; & quidem illum Prædicantem, qui maximè doctus videri cuperet.

3.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 59.

Habemus ex Pontificijs qui ſentẽtiam noſtram propugnant, Renatum Laurentium in obſeruationibus illis, quas ad librum *Tertulliani* contra *Iudæos* adnotauit. Quare cum locupletiſſimis authorum teſtimonijs comper-

THVMMIVS. pag. 61.

Ex pontificijs habemus qui ſententiam noſtram propugnant, *nimirum Renatum Laurentium* in obſeruationibus illis, quas ad librum Tertulliani contra Iudæos adnotauit. Quare *cùm tàm è ſcriptura*, *quàm* ex locuple-

pertum ſit, fidem Chriſti ab ipſis Apoſtolis per totum orbem fuiſſe peruulgatam, &c.	pletiſſimis authorum teſtimonijs compertum ſit, fidẽ Chriſti ab ipſis Apoſtolis per totum orbem fuiſſe peruulgatam, &c.

Moneri ſæpius abs te tuos Auditores, ne Caluiniſtis credant, vix dubitat, qui Thummium pro Lutherano Doctore habet. Sed quin ipſe tibi monitum idem identidem inculcas, *Thummi ne Caluiniſtis credito?* En quàm albę mentis homo ſis: credidiſti Abbato, Renatum Laurentium in ſuis ad Tertullianum obſeruationibus contradicere nobis aſſerentibus, non in omnes omninò prouincias, in omnes vrbes, ad omnes homines ipſorũ Apoſtolorum prædicatione perueniſſe Euangelium, tametſi in præcipuas partes quaqua verſum, ſiue ipſorum immediatè Apoſtolorum ſtudio, ſiue virtute & quaſi in ſemine peruulgatum ſit. de quo plura ſupra parte II. cap. x. & xI. & in noſtro Antichriſto Thummiano à Theſ. 14. His ais contradicere Renatum: Ratio eſt, quia Abbatus ſic ſcripſerat, tu Abbato credideras. Sed ſi Renatus nihil aliud diſputet, quam. I. Reperiri Antipodes, ad quos etiam Apoſtolorum tempore perlatum ſit Euangelium. 2. Non his primùm temporibus in Americam, Floridam terram & alias quaſdam barbaras prouincias perueniſſe Chri-

ſe Chriſti notitiã, ſed iam olim vel per Apoſtolos, vel per Apoſtolicos viros illatam fuiſſe, cõtra nos non pugnat, pro vobis ſententiam veſtram non propugnat, adeoq́ue per crimen falſi citatus à te tuoq́ue Abbato eſt : ſed nihil aliud diſputat : ergo Maioris ſequela eſt euidens, quia nos idem dicimus, vt loci citati clarè oſtendunt ; vos hoc non docetis, ſed illud, ad omnes vrbes, ad omnes Prouincias, ad omnes angulos, ad omnes homines perueniſſe, & nullum locum ſupereſſe ad quem non peruenerit. Miror, quod duo tantum illa doceat Renatus. Ex ipſo pete Lector, in editione Pariſienſi anno 1580. apud Guilielmum Iulianum, primum de Antipodibus à S. Thoma inſtructis habet pag. 107. n. 4. lit. F. & G. alterum habet pag. 106. n. 3. lit. D. & pag. 438. n. 5. lit. F. Vide Thumi, & diſces maiorem nobis Catholicis, quam Caluiniſtis fidem habendam eſſe.

4.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 59.	THVMMIVS. pag. 71.
Imperium quod (Bellarmine) fingis, *vnica eſt Imperij prouincia, tenuis quadam vmbra magni corporis, ac ne vmbra quidem, corpuſculum exangue, vix oßibus hærens, regnum ſuper reges terra*	Imperium *quod Bellarm. fingit, vix vnica eſt Imperij prouincia, ac tenuis quadam vmbra magni corporis, ac ne vmbra quidem, corpuſculum exangue vix oßibus hærens.* Et vt ſit imperium, *certè olim*

terra habet nullum. Et vt ſit imperium, certè Romanum imperium dici nō debet, &c. neque enim Babylonicum erat dicendum imperium, quod Babylon amiſerat, etſi gentes adhuc eædem imperio ſubiacerent, & cecidit Perſarum imperium, vbi apud Perſas ſumma rerum poteſtas eſſe deſijt. &c. ſed eſto tamen, vt imperium Romanum dicatur, quod ius imperij ab vrbe Romana dependeat, certè ſimul cum vrbe ipſa titulum imperij tranſire neceſſe eſt Qui ergo Imperatorem ab vrbe, & vrbem ab imperio ſubmouerit, nomen ille Romani imperij *ſiue Romani Imperatoris* otioſum præſtabit. Vrbs autem te ipſo teſte, imperium amiſit, & Imperator vrbem. Imperium quoque collapſū eſt, & partem eius poſt Saracenos Turcæ, partes alias Chriſtiani Principes occuparunt. Imperator, &c. in Germaniæ angulum contruſus, *vix centeſimam partem orbis terrarum ſuperſtitem habet.* Quòd ſi & orbem & vrbem amiſerit, quid tu illum

lim Romanum dici nullo modo poteſt &c. Neque enim Babylonicum erat dicendū imperium, quod Babylon amiſerat, etſi gentes eidem imperio ſubiacerent, & cecidit Perſarum imperium, vbi apud Perſas ſumma rerum poteſtas eſſe deſijt ſed eſto, vt imperium Romanum dicatur, quod ius imperij ab vrbe *Roma* dependeat, certè cum vrbe ipſa titulum imperij tranſire neceſſe eſt. Qui ergo Imperatorem ab vrbe & vrbem ab Imperio ſubmouerit, nomen ille Romani imperij otioſum præſtabit. Vrbs autem, ipſo Bellarmino teſte, imperium amiſit & imperator vrbem. Imperiū quoque collapſum eſt, & partem eius poſt Saracenos Turcæ, partes alias Chriſtiani principes occuparunt. Imperator in angulum Germaniæ contruſus *vix centeſimā partem orbis terrarum ſuperſtitem habet.* Quod ſi (*ex hypotheſi, qua tamen non dabilis*) & orbem & vrbem *amitteret qui Bellar: illum* tandem imperium Romanū ſine vrbe & orbe tenere defen-

lum tandem imperium Romanum ſine vrbe Româ tenere defendis? Et qui neque ciuitatem Romanam, neque prouincias olim Romanas poſſidet, quomodo tu illum Romanum Imperatorem dixeris appellandum?

ſendere poterit; & qui neque ciuitatem Romanam, neque prouincias olim Romanas poſsidet, quomodo illum Romanum Imperatorem dixerit appellandum.

O te felicem Thummi, qui hæc ex Caluiniſta deſcripſeris. Nam alioqui quomodo te defenderes, ſi quis ad Imperatorem nomen tuum deferret, quod neges illum eſſe Romanorum Imperatorem? hoc habes, quo te tuearis, *à Caluiniſta ſic doctus ſum: veniam date, Caluiniſtæ me in fraudem induxerunt*. Sed videſne, miſer, defenſionem tuam momenti nullius eſſe? quis iuſsit Caluiniſtis credere? quis eos imitari ſuaſit? Sed omitto tangere hoc vlcus. Illud lepidum eſt, quod contra Bellarminum diſputes (qui Romanum adhuc imperium ſtare, & antequam Antichriſtus veniat, diſſolutũ iri docuerat) & quæras: Quomodo Bellarminus poſsit defẽdere Imperatorẽ tenere Imperium Romanum ſine vrbe & orbe, ſi & orbem & vrbem amiſerit (ex hypotheſi, quæ tamen non dabilis)? ridiculè; ſi hypotheſis iſta: *Imperator vrbem & orbem amiſit* non eſt *dabilis*, (vt elegantiarum faſtidioſus cenſor loqueris) recte Bellarminus defendit, Romanum adhuc Imperium

riũ ſtare. Abbatus dictis ſuis magis conſequẽter pugnabat contra Bellarminum: tu illi haſtam ſuffuratus infeliciter vſus es in caput tuũ retorquendo: vt proinde furtum hoc tibi Abbatus ſit condonaturus, quod malè vtendo tuum feceris, vt Martialis olim malo poetæ furta remiſit ſua. *c.*

Quem recitas, meus eſt, ô Fidentine libellus:
Sed malè cùm recitas, incipit eſſe tuus.

5.

ROBERTVS ABBATVS. pag. 60.

Quia, inquis, *ſuccedit alteri Romano Imperatori in eadem dignitate & poteſtate.* At in eo non ſuccedit, vnde Romani nomen petendum eſſet, quia Romam imperij ſedem nec re, nec iure poſſidet. Neque verò aliâs ſuccedit veteribus illis Imperatoribus in eadem dignitate & poteſtate. Nam ad imperij dignitatem pertinet inprimis ſubditarum gentiũ multitudo. Tu Imperatorem vides præ antiquis illis toto orbe dominãtibus pene ſolitarium permanere. De Imperatore vetus Eccleſia profitetur: *Colimus Imperatorem vt hominem à Deo ſecun-*

THVMMIVS. pag. 72.

Quia, inquit, *ſuccedit alteri Romano Imperatori in eadem dignitate & poteſtate.* Reſpond: Imperatorem in eo non ſuccedere, vnde Romani nomen petendum eſſet, quia Romam imperij ſedem, nec re nec iure *amplius (vt Papa ſatellites contendunt)* poſſidet. Neque verò aliâs ſuccedit veteribus illis Imperatoribus in eadẽ dignitate & poteſtate; nam ad Imperij dignitatem pertinebat imprimis ſubditarum gentium *(in Aſia, Africa, Europa)* multitudo. *Vnũ* Imperatorem iam *videmus* præ antiquis illis toto orbe dominantibus pene *derelictum*

ſecundum, ſolo Deo minorem,&c.

ctum & Solitarium ferè permanere. De Imperatore vetus Eccleſia profitetur. *Colimus Imperatorem vt hominẽ à* DEO *ſecundum, Solo* DEO *minorem,&c.*

Hæc tu ex Abbato habes, homine externo; ſed cur eadem ſcribis in Imperio? Et illa vnde habes in Papa Antichriſto pag. 74. *Per caput beſtiæ lethaliter vulneratum, imperium Romanum, cui Carolus Magnus præfuit intelligimus, quod à Pontifice Romano, (qui Romanis perſuaſit, vt relicto Imperatore ordinario, atq; legitimo ſuo Magiſtratu Carolum pro Romano Cæſare ſuſciperent) quodammodo reſtitutum.* Quid iſtud eſt Thummi? hucoine tendebant, quæ de Romani Imperij euerſione capite illo diſputaueras, vt Carolum Magnum inuaſorem Imperij diceres? vt ab ordinario & legitimo Magiſtratu Romanum Imperium abductum nunc inuaſoribus pareat? Ergo Inuictiſſimus Imperator Ferdinandus II. legitimus Imperator non eſt, vt qui imperium iniuriosè abreptum ab illis,ad quos iure & legitimè pertinebat, nunc teneat?ſed hæc alij loco reſeruo.

6.

ROBERTVS ABBATVS. pag. 76.

Obſeruandum eſt vnicam eſſe & de re vna prophetiam, quam ſi abſque illo Eliæ aduen-

THVMMIVS. pag. 76.

Notandum vnicam & de re vna eſſe hanc prophetiam, quam ſi abſque illo Eliæ aduen-

uentu, quem Pontificij ſomniant completam eſſe demonſtremus , ſequetur ad futuram aliquam Eliæ apparitionem accommodari non poſſe. Iam illud manifeſtum eſt, quod Iudæi quoque viderunt prius illud, *Ecce ego mitto Angelum meum , & præparabit viam ante faciē Domini*, & illud poſterius, *Ecce ego mittam Eliam Prophetam &c.* ad vnum & idem eſſe referenda. At priùs illud in Ioanne Baptiſta Chriſtus effectum dedit. *Hic eſt enim,* inquit Chriſtus, *de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Itaque poſterius quoque in Ioanne Baptiſta completum eſt. Porrò quod ſub Eliæ nomine vaticinatur, mittendum illum eſſe, *vt uertat corda patrum ad filios, &c.* id ad Ioannis officium pertinuiſſe, quod erat parare viam Domino , confirmat Angelus qui vtrumq; in vnum componit dicens. *Multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum ; & præcedet ipſe ante eum in ſpiritu & virtute*

uentu, quem Pontificij ſomniant , completam eſſe demonſtremus, ſequetur ad futuram aliquam Eliæ apparitionem accomodari nō poſſe; manifeſtum autem eſt Iudæos quoque prius illud Malach.3. 1. *Ecce ego mitto argelum meum , & præparabit viam ante faciem meam* : & illud poſterius. c. 4. 5. *Ecce ego mittam Eliam Prophetā, vidiſſe, ad* vnum & idem eſſe referenda; At prius illud *de* Ioanne Baptiſta Chriſtus Matt. 11. 10. *Explicuit. Hic eſt enim,* inquit, *de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mittam Angelū meum ante faciem tuam*; *ergo etiam* poſterius in Ioanne Baptiſta completum eſt, &c. quòd autem *conuertenda eſſe corda patrū ad filios* &c. vaticinatur, id ad Ioannis officium pertinuiſſe, quod erat *parare viam Domino*, confirmat Angelus Luc. 1. 16. 17. vtrumque in vnum componit dicens : *Multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominū Deum ipſorum ; & ipſe præcedet ante illum cum ſpiritu & virtute Eliæ , vt conuertat corda patrum ad filios, & inobe-*

tute Eliæ, vt conuertat corda patrum ad filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, vt paret Domino plebem perfectam. Quòd ſi Ioannes *parans Domino plebem perfectam*, idipſum agat & impleat, quod Eliæ proprium eſſe deſcribitur, *conuertere cor patrum ad filios, &c.* certè non alterum Eliam, alterum Ioannem, ſed vnum & eundem Ioannem ſimul & Eliam intelligi neceſſe eſt. Itaq; cum illum *Eliam* Propheta nominet, Angelus oſtendit, quia *Dominum præcedit in ſpiritu & virtute Eliæ*, vt Elias quodam modo eſſe videatur, non vnitate perſonæ, ſed virtute ſpiritus & officij poteſtate, &c. Et hanc quidem illius Prophetiæ mentem aperuit Hieronymus: *Dominus noſter*, inquit, *in Euangelio, &c.* & quæ ſequuntur.

inobedientes ad prudentiam iuſtorum, vt paret Domino plebem perfectam. Quòd ſi Ioannes, *parans Domino plebem perfectam*, idipſum agat & impleat, quod Eliæ proprium eſſe deſcribitur, *conuertere corda patrum ad filios*, &c. certè non alterum Eliam, alterum Ioannem, ſed vnum & eundem Ioannem, ſimul & Eliam intelligi neceſſe eſt; cur autem ipſum *Eliam* Propheta nominarit, Angelus expreſsè oſtendit v. 17. *quia Dominum præcedet in ſpiritu & virtute Eliæ*, vt Elias quodamodo eſſe videatur, non vnitate perſonæ, ſed virtute ſpiritus & officij poteſtate: & hanc ipſam Prophetiæ mentem aperuit Hieronymus: *Dominus noſter*, inquit, *in Euangelio* &c.

Hæc igitur ex Abbato, qui cum verba è S. Hieronymo recitaſſet, ſubiungit alio charactere, ne pro verbis Hieronymianis haberentur, iſta: *Quod ſi de Ioanne Btptiſta dixit Malachias,* Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam &c. *de altero certe Elia in fine ſeculi venturo intelligi non*

 poteſt.

poteſt. Quæ tu totidem verbis nobis adnumeras, ſed eodem prorſus charactere cum ijs, quæ ex S. Hieronymo deſcripta fuerant, vt non illatio tua, ſed S. Hieronymi crederetur in quo non tantum compilatorem te præſtitiſti, ſed deceptorem agere quoque voluiſti, Abbato deterior.

7.

ROBERTVS AABATVS. pag. 84.	THVMMIVS pag. 78.
Diem ergo Domini magnum & horribilem vides primum quidem eſſe Chriſti aduentum, ſed ferentem ſecum incredulæ gentis exitium, & improbè contumaces diro anathemate vincientem. Nam cum illos ad pœnitentiam, nec prædicatio Ioannis, nec Chriſti miracula permouerent, effudit: in illos DEVS iram ſuam, & memorabili poſteris exemplo, dilectam in patribus gentem, *in perfidia ſua* peroſam cæcitate ſua morituram abiecit. *Venit, Ioannes, & prædicauit*, ait Ferus, *ſed quia noluerunt credere, ſubſecuta eſt dies Domini horribilis, iudicium ſcilicet Dei, tēpore* Titi & Veſpaſiani, *& percuſſit terram eorum anathemate.*	*Primum ergo aduentum, Diem magnum & horribilem eſſe patet &c. terribilem verò, quia* ſecum incredulæ gentis exitium *tulit*, & improbè contumaces diro anathemate *vicit*. Nam cum illos ad pœnitentiam nec prædicatio Ioannis, nec Chriſti miracula permouerent, effudit in illos Deus iram ſuā, & memorabili poſteris exēplo dilectam in patribus gētem, cæcitate ſua morituraā abiecit. *Venit Ioannes & prædicauit*, ait ferus in c. 11. Matt. *ſed quia noluerunt credere, ſubſecula eſt Dies Domini horribilis Iudicium ſcilicet DEI, tempore Titi & Veſpaſiani, & percuſſit terram eorum anathemate.*

Fa-

Fatigor propemodum tot è duplici au-ctore ijſdem ferè verbis exſcribendo, & vereor ne Lectori faſtidium faciam. Sed & me & Lectorem meum excitare debet incredibilis Thummij labor, qui multo plura deſcripſit.

8.

ROBERTVS ABAATTVS. pag. 74.

At inquis fortaſsè, qui tandem daturus eſt gentibus pœnitentiam qui tranſlatus eſt, niſi in hanc vitam rediturus credatur? Attende verò Græcam ſententiam, & intelliges eum translatum, vt ſit ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς, hoc eſt, vt vertit ad verbum Arias Montanus, *exemplum pœnitentia generationibus.* Ex quo manifeſtum eſt quid voluerit illo loco Syracides: gentes ab Enocho non futuro aliquo miniſterio, ſed exemplo præterito ad pœnitentiam informari oportere. Nam qui in illo videmus tā tam pietatis & iuſtitiæ mercedem præceſſiſſe, monemur illius exemplo corruptelam huius ſæculi vitare, & pietatem eius imitari, vt eandem cum illo immortalitatem conſequamur.

THVMMIVS. pag. 82.

Sed *excipit fortaſſe*, qui poterit pœnitentiam dare gentibus niſi in hanc vitam *venturus* credatur? Reſpond: *ſi attendatur textus originalis Gracus, cuiuis patet Henochum ita eſſe translatum,* vt ſit ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς, hoc eſt, vt vertit Arias Montanus, *verſ: interlineari, exemplum pœnitentia generationibus.* Ex quo manifeſtum eſt, quid voluerit loco illo Syracides, nimirum gentes ab Enocho non futuro aliquo miniſtro, ſed exemplo præterito ad pœnitentiam informari oportere. Nam qui in illo videmus tantam pietatis & iuſtitiæ mercedem præceſſiſſe, monemur illius exemplo corruptelam huius ſæculi vitare, *& fidem ac* pietatem eius imitari, vt eandem cum illo immortalitatem conſequamur.

Ah mi Thummi tardè immortalitatem conſequeris: ſi. n. verum eſt, quod in ſynopſi tua pag. 68. doces, animas humanas à parentibus propagari, ſicut ipſis corpus propagatur, tunc mortalem nactus es animam, & quoad hanc quoque *vnus iumentorum* & tuus erit *interitus, nec habes quid amplius* d quod fortè olim optabis, iuxta illud: e *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille* quando ſerò tandem agnoſces, quibus te tenebris errorum inuolueris, & alios tecum pertraxeris.

9.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 70.

Inde fabula contexta, futurum, vt Iudæi Antichriſto Duce, cuius ſe obſequio tradituri ſunt, Hieroſolymitanam vrbem occupent; ſub illo tempore duos illos teſtes adfuturos *qui perfidis iſtis Iudæis Anchriſto ſemet opponant:* Duos illos teſtes interpretantur *Enoch & Eliam* quos hucuſque viuos alicubi cõſeruatos aſſerunt, vt huic ſæculo reſtituti Antichriſto reſiſtant: futurum verò vt ab eodem *tandem* occiſi, poſt tres dies & dimidium reuiuiſcant, eoque miracu-

THVMMIVS pag. 84.

Reſpond: *Ex hoc textu &c.* fabulam hanc eſſe contextã, futurum, vt Iudæi, Antichriſto Duce, cuius ſe obſequio, tradituri ſunt, Hieroſolymitanam vrbem occupent; ſub illo tempore; duos illos teſtes interpretantur *Enoch* & *Eliam*, quos hucuſque viuos alicubi conſeruatos aſſerũt, vt huic ſæculo reſtituti, Antichriſto reſiſtant; futurum verò vt ab eodem occiſi poſt tres dies & dimidium reuiuiſcant, eoque miraculo Iudæi conuerſi, Antichriſtum in Olìueti monte confodiant, &

raculo Iudæi conuerſi, Antichriſtum in Olïueti monte cōfodiant, & deinceps Chriſto non iam *poſt quadraginta quinq; dies* venturo ſe accommodent.

& deinceps Chriſto mox iam venturo ſe accomodent.

Vt canis à corio non abſterrebitur vncto f. Ita Thummius poſtquam in hoc Abbati caput os auidum immerſit ſuum, abſterreri non poteſt, quin quicquid in illo eſt medullitus exugat totum. ſic venena ſapiunt araneis.

10.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 85.

Quod enim viuat Enoch credimus, quia legimus, *Enoch translatus eſt, ne videret mortem:* quòd autem viuat in carne mortali, aliquādo moriturus, non credimus, quia non legimus; imò reijcimus, quia huic quod legimus aduerſatur, niſi fortè quod legimus, *translatus eſt ne videret mortem*, improbè velis exponere, tranſlatus eſt vt ſub finem ſæculi videret mortem. De *Elia* plus ambigitur, quia nihil expreſsè legitur, vtrum exuto corpore, an corpore quoque raptus in cœlum credendus ſit. Quanquam vt demus illum

THVMMIVS pag. 86.

Quod enim viuat Enoch, credimus quia legim9 Hebr. 11. 5. *Enoch translatus eſt, ne videret mortem:* quòd autē viuat in carne mortali aliquando moriturus, non credimus, quia non legimus; imò reijcimus, quia huic, quod legimus, aduerſatur, niſi fortè, quod legimus, *translatus eſt, ne videret mortem*, exponere velit *Bellarm.* translatus eſt, vt ſub finem ſæculi videret mortē. De *Elia* magis ambigitur, quia nihil expreſsè legitur, vtrum exuto corpore, an corpore quòque raptus in cœlū credendus ſit. Quanquam vero

lum adhuc eſſe corpore ſuperſtitem, longè tamen abeſt, vt propterea viuat in carne mortali aliquando moriturus, nec id potes argumento aliquo vel probabili effectum dare. Quæ enim ex patribus affers eiuſmodi ſunt, vt ex Patribus habeamus, cur illa nobis ambigua & incerta eſſe debeant. Ac de Enocho quidem Gregorius Nazianzen. *Enochus tranſlatus eſt ille quidem, nondum tamē liquet, naturamne* Dei *comprehendat, an adhuc comprehenſurus ſit.* At liquet non comprehendiſſe, ſi liqueat quod vult Bellarminus; viuere illum adhuc in carne mortali, quia in carne mortali naturam Dei cōprehendere nemo poterit. Et de eodem Chryſoſtomus: *Si quis curioſius rogare velit & dicere, & quo ipſum trāſtulit, & num vſque ad præſens vixerit?* (ſcilicet in carne mortali) *diſcat non conuenire humanis mentibus curioſius ea quæ à Deo fiunt, explorare, ſed credere his quæ dicuntur, ſcriptura dixit, quod tranſtulit illum Deus, quo autem illum tranſtule-*

Verò lubenter demus illum adhuc eſſe corpore ſuperſtitem, longè tamen abeſt, vt propterea viuat in carne mortali aliquando moriturus, nec poterit *vel probabiliter id indemonſtratis ſuis demonſtrationibus firmare Bellarm.* Quæ enim ex patribus affert, eiuſmodi ſunt, vt ex patribus habeamus, cur illa nobis ambigua & incerta eſſe debeant. Ac de Enocho quidem Gregorius Nazianzenus de Theol. orat. 2. *Enochus translatus eſt, nondum tamen liquet, naturāne* D E I *iam comprehendat, an adhuc comprehenſurus ſit.* At patet non comprehendiſſe, ſi verum eſt quod vult Bellarm. viuere illum adhuc in carne mortali, quia in carne mortali naturam DEI comprehendere nemo poterit; & de eodem Chryſoſto in Gen. Hom. 21. *ſi quis curioſius rogare velit & dicere; & quo ipſum tranſtulit; & num vſque ad præſens vixerit?* (ſcilicet in carne mortali) *diſcat non conuenire humanis mentibus curioſius ea, quæ à Deo fiunt, explorare, ſed credere his quæ dicuntur:*

ſtulerit, quomodo nunc agat, hoc non adiecit, &c. Quod ſi ſcriptura nihil vltrà ſignificet, Auguſtini regula nobis metam figit. Vbi de re obſcuriſſima diſputatur.

tur: ſcriptura dixit, quod tranſtulit illum Deus, quo autem illum tranſtulerit, quomodo nunc agat, non adiecit. Si igitur ſcriptura nihil vltrà ſignificet, Auguſtini regula de pecc: mer. & remiſſ. lib. 2. c. 36. nobis metam figit. vbi de re obſcuriſſima diſputatur, &c.

Ain'verò Thummi, non legiſti Enoch moriturum? quid eſt illud, *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori* g. Ergo ſolus Enoch exlex *ſuperueſtietur non ſpoliatus?* omnes morimur ab illa lege, *Morte morieris* h. vbi legiſti Enoch exemtum vt nunquam moreretur? O interpretes.

II.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 96.

Sed in eo magnum cauſæ tuæ præſidium eſſe putas (Bellarmine) quod *à nobis putas* indicari non poſſe, *quando cœperit perſecutio illa, quam dicimus, nec certũ notari tempus quando venerit vel perſecutionem inchoauerit Antichriſtus. Qua de re ſatis iam antè tibi reſponſum eſt*, in ijs quæ paulatim naſcuntur, momenta temporum obſeruari non poſſe; initia non ſemper, imò ferè nun-

THVMMIVS. pag. 93.

Tandem in eo magnum cauſæ ſuæ præſidium eſſe putat Bellarminus, quòd autumat, indicari non poſſe, *quãdo cœperit perſecutio illa, quam dicimus, nec certum notari tempus, quando venerit vel perſecutionem inchoauerit Antichriſtus.* Reſpondem. In ijs quæ paulatim naſcuntur, momenta temporum obſeruari non poſſe; initia non ſemper imò ferè nunquam percipiuntur eo-

 rum

'nunquam percipi eorum, quæ non repentina mutatio, manifeſta ſtatim nouitate, ſed conſuetudo induxit ſenſim deflexa de via: Antichriſtum ab ipſo ferè Apoſtolorum ſæculo ſeminatum, in Eccleſia, non niſi gradatim incrementum cœpiſſe, tandem verò natum in Eccleſia Romana, vbi quod ambitioſa quadam Romanorum Epiſcoporum vſurpatione ſedi illi propter imperij honoré paulò antè quadantenùs delatum eſſe cœperat (qui ſi exitum rerum reſciſſent, plerique fortaſſe conſilium ſuum Eccleſiæ tam pernitioſum cum lachrimis & fletu damnaſſent) imperatorio quaſi diplomate confirmatum eſt, vt Romanus Epiſcopus vniuerſalis totius Eccleſiæ Epiſcopus haberetur. Qui deinceps fracto paulatim Imperatore, viribuſque ſibi in dies auctis, captiuam ſibi magis magiſque fecit Eccleſiam, donec omnia ſibi ſubijciens apertum cum Euangelio Chriſti bellum exercuit. Quantas verò interim tragædias fecerit pro cultu imaginum pro tranſubſtantiatio-

rum, quæ non repetina mutatio, manifeſta ſtatim nouitate, ſed conſuetudo *ſenſim de via deflexa induxit*; Antichriſtus ab ipſo Apoſtolorum ſeculo ſeminatus in Eccleſia, non niſi gradatim incrementum cœperit, tandem vero natus in Eccleſia Romana, vbi, quod ambitioſa quadam Romanorum Epiſcoporum vſurpatione, ſedi illi propter imperij honorem, paulò antè quadantenus delatum eſſe cœperat (qui ſi exitum rerum præſciuiſſent, plerique fortaſſe cōſilium ſuum Eccleſiæ tam pernitioſum cum lachrimis & fletu damnaſſent) imperatoris quaſi diplomate confirmatum eſt, vt Romanus Epiſcopus vniuerſalis totius Eccleſiæ Epiſcopus haberetur, qui deinceps fracto paulatim Imperatore viribuſq; ſibi in dies auctis, captiuam ſibi magis magiſq; fecit Eccleſiam, donec omnia ſibi ſubijciens, *partim dolo & fraude, partim vi & armis* cum Euangelio Chriſti bellum exercuit. Quantas verò interim tragœdias fecerit pro ſanctorum inuocatione, pro

tione, pro Papali illa omnipotentia introducenda, nemini obſcurum eſſe poteſt, *cuilibet in monumentis temporum illorum vel mediocriter verſato.* Nec verò tu quidquam aliud quam lectori caliginem offundis, cum certum annum requiris aduentus Antichriſti, ac ſi qui hydropiſin lethalem contraxerit, negaret ſe hydropiſi laborare, quia non poteſt à medico certũ oſtendi momentum temporis, quo cœpit humor noxius ad perniciem corporis abundare. Quanquam verò diuerſæ ſint noſtrorum opiniones, quo tempore Antichriſtus maximè eſſe cœperit, quas tu (Bellarmine) ſpecie magis quàm reipſa diſcrepantes, ad ineptas ſententias vafrè detorques, vix tamen quiſquã eſt, *quod ſciam*, qui non agnoſcat Bonifacium primo Antichriſti cathedrã in Eccleſia Romana conſtituiſſe, & ſedem illam Antichriſti ſolium & metropolin deinceps futuram dedicaſſe.

pro tranſubſtantiatione, pro papali illa omnipotentia introducenda, nemini obſcurum eſſe poteſt. Nec verò quidquam aliud, quàm Lectori caliginem offundit Bellarminus, cum certum annũ requirit Antichriſti aduentus: ac ſi quis hydropem lethalem contraxiſſet, negaret ſe hydrope laborare, quia non poteſt à medico certum oſtendi temporis momentum, quo cœpit humor noxius ad pernitiem corporis abundare. Quanquam verò diuerſæ ſint noſtrorum opiniones, quo tempore Antichriſtus maximè *conſpicuus* eſſe cœperit, quas Bellarminus ſpecie magis, quàm reipſâ diſcrepantes, ad ineptas ſententias vafrè detorquet, vix tamen quiſquam eſt, qui non agnoſcat *circa tempora Bonifacij III. Anno Chriſti 607. & ſeqq. Antichriſti cathedram in Eccleſia Romana perſpicuè reuelari cœpiſſe, & Romanam ſedem, ſolium &* metropolin Antichriſti Occidentalis deinceps futuram opere ſatis *comprobatum fuiſſe.*

Cur-

Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi i
Creſcit opus Thummij
Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.

Quicquid id eſt, qualecunque eſt, Thummij eſt, nam filum ipſe tenero deduxit pollice.

12.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 117.

Neque obſtat quòd per trecentos annos perſecutiones illæ durarunt, qui *modici temporis* appellationem excedere videri poſſunt, quum non ſint hic temporum ſpatia humano ſenſu metienda, ſed ex illius voluntate nuncupanda, cui *Vnus dies perinde eſt Vt mille anni, & mille anni Vt Vnus dies. Quid?* cui *hora* eſt totum tempus quod inter primum & ſecundum Chriſti aduentum intercedit: qui de cœlo denuntiat ante mille quingentos annos, *Ecce Venio citò, & indicaſſe ſe*, ait, *ſeruis ſuis quæ oporteat fieri citò*, qui nec dũ tamen aduenit, nec quæ prædixit, adhuc omnia complenit, an aliud illi quàm modicum ſiue exiguum tempus eſt, quod paucis annorum centurijs terminatur? Quare vt ad

THVMMIVS. pag. 106.

Reſpondemus: Non obſtare, quòd per annos benè multos perſecutiones illæ durarunt, quæ *modici temporis* appellationem excedere videri poſſunt, cum non ſint hîc tẽporum ſpacia humano ſenſu metienda, ſed ex illius voluntate nuncupanda, cui *Vnus dies perinde eſt, Vt mille anni, & mille anni, Vt Vnus dies*, 2. Petr. 3. 8. vel cui *hora*, 1. Ioan. 2. verſ. 18. eſt totum tempus, quod inter primum & ſecundum Chriſti aduentum intercedit, qui de cœlo denuntiat ante mille quingentos annos, *Ecce Venio citò*, Apoc. 22. 21. qui nec dum tamẽ aduenit, nec quæ prædixit, adhuc omnia compleuit, nec aliud illi, quàm modicũ ſiue exiguum tempus eſt, quod paucis annorum centurijs terminatur; qua-

vt ad Antichriſtum accomodes, nihil erit incommodi, neque quicquam impedit, quominus potuerit totũ illius regnum modici temporis periodo definiri.

quare ſi ad Antichriſtum accommodetur, nihil erit incommodi, neque quicquam impedit, quò minùs potuerit totum illius regnum modici temporis periodo definiri, &c.

Iam deſino mirari cur tam multa ſuffurans Thummius, non erubeſcat, aut pœnam metuat. nam cui tantorum temporum ſpacia, tam exigua videntur, vt trecentos annos modicum tempus appellari putet; is furta quoque trecenta pro modico habebit. ſcit autem de modicis non curare prætorem.

13.

ROBERTVS ABBATVS. pag. 124.

Illud rectiſſimè dici poteſt, Antichriſtum, poſtquam tẽpus ſuum expleuerit, propinquante iam Chriſti aduentu, detectum iri, fraudes eius & imposturas ex verbo DEI patefaciendas, & poteſtatem eius magis magiſque imminuendam fore, donec adueniens Chriſtus illum prorsùs de ſuperbiæ throno deijciat, & cum dracone præcipitem agat in ignem æternum. Atque hoc iam pridem, Bellarmine, cæptũ eſt fieri, & oblatrantibus vobis

THVMMIVS. pag. 112.

Illud verò rectiſſimè dici poteſt, Antichriſtum, poſtquam tempus ſuum expleuerit, propinquante iam Chriſti aduentu, detectum iri, fraudes eius & impoſturas ex verbo Dei patefaciendas, & poteſtatem eius magis magiſq; immunuendam fore, donec adueniens Chriſtus illum prorsùs de ſuperbiæ throno deijciat, & cum dracone præcipitem agat. Atque hoc iam pridem cœptum eſt fieri, oblatrantibus *licet*, *&* ſæuientibus *Pontificiis*

bis &c. & ſæuientibus proſperè ſuccedit; Neque enim ampliùs ita cæcus eſt orbis, vt Pontificis tui præſtigias non optimè intelligat, & lucente iam in ſcripturis ſole iuſtitiæ, planè *agnoſcunt*, quicunque lucem illam hauſerunt, huncillum eſſe Antichriſtum quem luculenta deſcriptione ſcriptura nobis cauendum præmonſtrat, Babylonem videmus ex parte cecidiſſe, & execrabile iam factum eſſe Romanum illud proſtibulum, cuius ſtupris & inquinamentis paſſim Ecclesia Chriſti fædiſſimè contaminata eſt. Quare non dubitamus, quin aduentum ſuum Chriſtus acceleraturus ſit, & breui ſceleratum illum in æternum profligaturus.

ficijs: neque enim ampliùs ita cæcus eſt orbis, vt Pontificis præſtigias non optimè intelligat, & lucente iam in ſcripturis ſole iuſtitiæ, planè agnoſcat, quicunque *lucem illam non negligit*, hunc illum eſſe Antichriſtum, quē luculenta deſcriptione ſcriptura nobis cauendum præmonſtrat. Babylonem videmus ex parte cecidiſſe, & execrabile iam factum eſſe Romanum illud proſtibulum, cuius ſtupris & inquinamentis paſſim Eccleſia Chriſti fœdiſſimè contaminata eſt. Quare non dubitamus, quin aduentum ſuum Chriſtus acceleraturus ſit, & breui ſceleratum illum in æternum profligaturus.

Si verum eſt, quod emptus abs te Abbatus ſcribit, Thummi, *& verbo Dei pateſiunt iam Pontificis fraudes & iam cœptus eſt de throno deijci & preceps agi*, tunc vel illud *cæptum eſt fieri* Caluinianis inualeſcentibus, vel Lutheranis: neutrum poteſt dici; ergo non eſt verum quod Abbatus ſcribit. Maior *luce ſua radiat*, vt Thummiano loquar ore. nam Pontificis fraudes deteguntur, & poteſtas eius minuitur, verâ contra illū doctrinâ

ctrinâ in lucem prolatâ, ergo vel id *cœptum eſt fieri* Lutheranis vel Caluinianis inualeſcentibus, qui veram contra Pontificem doctrinam extuliſſe gloriantur. Minor eſt euidens: non Caluinianis inualeſcentibus; nam illi te iudice falſi ſunt doctores, per quos Deus non deſtruet Pontificem: non Lutheranis, cum ante octoginta annos plures fuerint Lutherani, quam iam ſint, & paſsim ſecta illa labaſcere & deſinere incipiat, vel hauſta à Caluiniſtis, vel à Catholicis in viam reducta, vel mutuis & capitalibus diſsidijs collapſura. Verbum autem Dei, quo papatus, vt vocas, per totum orbem tam latè diffuſus exſcindẽdus eſt, debet inualeſcere, creſcere, vt, quando olim Iudaiſmus & Gentiliſmus erat imminuendus, creuit, act. 6. v. 7. cap. 12. v. 24 cap. 19. v. 20. alioqui ſi papatus in flore manet, falſum eſt quod ſcribitis eum cæptum eſſe deijci, & in dies magis profligatum iri. Et certè prorſus falſum eſt quod ſcribitis; nam papatus ecce floret, & in inſulis quoque magnum nomen eius.

14.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 129.

Habe tibi vnicam (Bellarmine) pro tuis omnibus demonſtrationem, qua illũ Antichriſtũ eſſe probamus,

&

THVMMIVS. pag. 124.

Pro ipſius (Bellarmini) *demonſtrationibus* omnibus *hunc vnum ſyllogiſmum, quo* illum Antichriſtum eſſe pro-

bamus,

& quam tu vitare nunquam poteris. De quo enim nulla demonſtratio ſecundũ ſcripturas dari poteſt, quòd non ſit Antichriſtus, is eſt Antichriſtus: De Romano Pontifice nulla demonſtratio ſecũdum ſcripturas dari poteſt quòd non ſit Antichriſtus: Pontifex ergo Romanus eſt veriſſimè Antichriſtus. Neque enim quidquam in ſcripturis Antichriſto attribuitur quod non in Romanum Pontificem plurimum & optimè conueniat.

bamus, reponimus: De quo nulla demonſtratio ſecundũ ſcripturas dari poteſt, quòd non ſit Antichriſtus; *is ab obiectatione Antichriſtiani nominis ſe liberare nõ poteſt.* De Romano Pontifice nulla demonſtratio ſecũdum ſcripturas dari poteſt, quòd non ſit Antichriſtus, *Ergo Pontifex Romnus ab obiectatione Antichriſtiani nominis ſe liberare non poteſt.* Neq; enim quicquam in ſcripturis Antichriſto attribuitur, quod non in Romanum Pontificem plurimùm & optimè conueniat.

Demonſtrationem hanc Thummius in Papa Magno Antich. pag. 113. *Syllogiſmum ſuum* vocat. Aqui Thumi, Abbatus *ſuum* eſſe ait. Quod ſi notis ille ſigniſque vicerit, iurato nihilominus tuum eſſe, & conuinces illum eſſe tuum. Quod deſcripſerim, inquis? non. quod emuerim, inquis? non. Sed quod eſt conſimilis tibi, facilè conuinces eſſe tuum. *Nam illi nihil vitij eſt relictum, quin id itidem ſit tibi: Tum præterea talem, niſi tu, nemo faceret.* Vide quæ de illo dixi in meo Antich. Thum. pag. 47.

Rober-

15.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 225.

Ad communem *quidem illum* characterem pertinet, vt diximus, quæ in communi omnium Chriſtianorum vſu eſſe mandauit, (ſummus Pontifex) cuiuſmodi ſunt, Ieiuniorum & feſtorum ab illo inſtitutorum obſeruatio, Miſſalis numinis adoratio, oſculatio pacis, auricularis confeſſio, pœnitentialium rituum perfunctio, & cætera ab illo, non à DEO præcepta, in quibus tamen per illum Chriſtiani hominis tota vita conſiſtit.

THVMMIVS. pag. 134.

Ad communem (characterem) pertinent ea, quæ in communi omnium Chriſtianorum vſu *eſſe mandat Papa:* cuiuſmodi ſunt ieiuniorum & feſtorum ab illo inſtitutorum obſeruatio, Miſſalis numinis adoratio, oſculatio pacis, auricularis confeſſio, pœnitentialium rituum perfunctio, & cætera ab illo, non à Deo præcepta, in quibus tamen per illum Chriſtiani hominis vita tota conſiſtit, &c.

Tria verba omiſit; cætera rectè deſcripta ſunt: ita teſtor.

16.

ROBERTVS ABBATTVS pag. 45.

Beſtiam inprimis conſtat hic & Apoc. 17. eandem intelligi, quæ vtrobique iiſdem verbis deſcribitur, *beſtia qua aſcendit ex abyſſo.* Sedes ergo beſtiæ huius non alia eſſe debet, quàm quæ ibi narratur. Ibi vero ſedes beſtiæ ſeptem montium celebritate definitur. Septem montes pro-

THVMMIVS. pag. 155.

Beſtiam inprimis conſtat his & Apocal. 17. 8. eandem intelligi, quæ vtrobique iiſdem verbis *ita* deſcribitur, *beſtia, qua ex abyſſo aſcendit.* Sedes ergo beſtiæ huius non alia eſſe debet, quàm quæ ibi narratur; ibi verò ſedes beſtiæ ſeptem montium celebritate definitur, *& Vrbs* ma-

proprij ſunt, vt ante vidimus, Romanæ ciuitatis: Roma ergo ſedes eſt beſtiæ, per quam duo illi teſtes occidendi ſunt. Quare qui hic commemorat *plateas magnæ ciuitatis*, exponit ibi quam appellet *magnam ciuitatem: Magna*, inquit, *ciuitas quæ regnum habet ſuper reges terræ.* Erat autem Roma non Hieruſalem, quæ regnũ habebat ſuper reges terræ. Et illa quidem ſpiritualiter dicta Sodoma, propter nefandas fornicationum turpitudines, & ſuperſtitionum veneres abominandas & ſpiritualiter Ægyptus propter Tyrãnidem, quâ Eccleſiam ſemper oppreſſit, &c.

magna abſolutè dicitur: Septem *autem* montes proprij ſunt Romæ ciuitatis, &c. Roma ergò ſedes eſt beſtiæ, per quam duo illi teſtes occidẽdi ſunt; quare quid hîc *plateas magnæ ciuitatis* commemorat, ibi per *magnam ciuitatem* exponit. *Magna*, inquit cap. 17. 18. *ciuitas, quæ habet regnũ ſuper reges terræ.* Erat autem Roma non Hieruſalem, quæ regnum habet ſuper reges terræ: & illa quidem ſpiritualiter dicta Sodoma, propter nefandas fornicationum turpitudines, & ſuperſtitionum veneres abominandas: & ſpiritualiter Ægyptus, propter Tyrannidem quâ Eccleſiam ſemper oppreſſit, &c.

Etiam hic officio ſuo functus eſt ſcriba probè: in verbo vno alteroue variat codex, ſed nihili eſt ea variatio.

17.

ROBERTVS ABBATTVS. pag. 280.

Hoc verò totum in Romanum Pontificem ita competit, vt Antichriſto nihil omnino propinquius, nihil ſimilius cogitari poſſit. Nam ille ſe proprio Chriſti *caput*

Eccle-

THVMMIVS. pag. 174.

Hoc verò totum in Romanum Pontificem ita competit, vt Antichriſto nihil omnino propinquius, nihil ſimilius cogitari poſſit. Nam ille ſe proprio Chriſti *nomine ca-*

Eccleſia profitetur, nec id modò, ſed vnum & idem cũ Chriſto caput eſſe denuntiat, *Eccleſia*, inquit, *vnius & vnica vnum corpus, vnum caput: non duo capita quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet & Chriſti vicarius Petrus, Petriq; ſucceſſor.* Quare aſſumit ipſe ſibi quæ per ſacras ſcripturas, nonniſi Chriſti eſſe poſſunt. Nam ad poteſtatẽ Romani Pontificis accomodantur illa, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & terra*; *& Dominabitur à mari vſq; ad mare, à flumine, vſq; ad terminos terræ:* & illud apud Salomonem, *per me reges regnant*, vnde ad Papã, Imperij Romani moderationem pertinere concludunt, & illud quoq; quod de Chriſto ſolo legitur apud Ioannem: *De plenitudine eius omnes accipiunt.* Gregorius ſeptimus aptauit ſibi quæ de Chriſto pſalmo ſecundo ſcripta ſunt, *Quare fremuerunt gentes* &c. Alexander quintus iam moriturus Chriſti valedictionem impudenter vſurpat, *Pacem meam do vobis; pacem meam relinquo vobis.* Innocentius quar-

ne caput Eccleſia profitetur, nec id modò, ſed vnum & idem cum Chriſto caput eſſe denuntiat; *Eccleſia*, inquit, *vnius & vnica vnum corpus, vnum caput: non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti vicarius Petrus, Petriq; ſucceſſor.* Quare aſſumit ipſe ſibi, quæ per ſacras ſcripturas non niſi Chriſti eſſe poſſunt; nam ad poteſtatem Romani Pontificis accomodantur illa, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, & dominabitur à mari vſque ad mare, à flumine vſque ad terminos terra*, & illud apud Salomonem, *per me reges regnant*, vnde ad Papam, Imperij Romani moderationem pertinere concludunt, & illud quoque quod de Chriſto ſolo legitur apud Ioannem: *De plenitudine eius omnes accipiunt.* Gregorius ſeptimus aptauit ſibi quæ de Chriſto pſalmo ſecũdo ſcripta ſunt: *Quare fremuerunt gentes* &c. Alexander quintus iam moriturus, Chriſti valedictionem impudenter vſurpat; *pacem meam do vobis; pacem meam relinquo*

quartus reprehenſus à Roberto Groſthed Epiſcopo Lincolinenſi, quod diſpenſationem præmonſtratenſibus & alijs conceſſerat, quâ cenſurâ omni & caſtigatione immunes eſſent, tanquam Chriſti priuilegio ſe defendit, *Quid ad te de gratia mea? fecimus eis gratiam. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Et tu Bellarmine, quid aliud Pontificem quàm Chriſtum eſſe dicis, qui rectè *ſponſum Eccleſiæ dici* defendis, ſed tamen, ſi dijs placet Romanis, *minùs principalem* &c. Porrò tua quoque ſunt: *Papa Chriſtum nobis repræſentat qualis erat dum hic inter homines viueret: Papa habet illud officium quod habuit Chriſtus cùm in terris inter homines humano more viueret.* Tu ergo Pontificem etſi non ſimpliciter, tamen quodam modo; etſi non perſona, loco tamen & officio, Chriſtum eſſe dicis. Quod quia nouitatem habet apertam & manifeſtam, nec vllam habet vel leuiſſimam vmbram antiquæ traditionis (quis enim vnquam de Roma-

vobis. Innocentius quartus reprehēſus à Roberto Groſthed Epiſcopo Lincolinenſi, quòd diſpenſationem Præmonſtratenſibus & alijs cōceſſerat, quâ cenſurâ omni & caſtigatione im̄unes eſſent, tanquam Chriſti priuilegio ſe defendit: *Quid ad te gratia mea? fecimus ei gratiam. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Et quid Bellarminus aliud Pontificem Romanum quàm Chriſtum eſſe dicit, qui rectè *ſpōſum Eccleſiæ* dici defendit, ſed tamen, ſi dijs placet Romanis *minùs principalem*? Porrò & hæc quoque Bellarmini ſunt. *Papa Chriſtum nobis repræſentat, qualis erat, dum hic inter homines viueret; Papa habet illud officium, quod habuit Chriſtus, cùm in terris inter homines humano more viueret. Ieſuita ergo Pontificem, etſi* non ſimpliciter, tamen quodam modo, etſi non perſonâ, loco tamen & officio Chriſtum eſſe dicit, quod quia nouitatem habet apertam & manifeſtam, nec vllam habet vel leuiſſimā vmbram antiquæ traditionis (quis enim vnquam

Romano Pontifice ita locutus eſt ?) planè conuincit illum eſſe quem ſcriptura teſtatur Chriſti nomen ſibi ſumpturum, & hoc elogio ſe commendaturum, *Ego ſum Chriſtus*, Et quidem huic toti prophetiæ ſatisfactum patres in Romano Pontifice non dubitaſſent, ſi illum vnquam intellexiſſent in hanc elationis inſolentiam fuiſſe venturum.

quam de Romanæ Pontifice ita locutus eſt?) planè conuincit illum eſſe, quem ſcriptura teſtatur Chriſti nomẽ ſibi ſumpturum, & hoc Elogio, *Ego ſum Chriſtus*, ſe commendaturum: & quidẽ huic toti prophetiæ ſatisfactum Patres in Romano Põtifice non dubitaſſent, ſi illũ vnquam intellexiſſent in hanc elationis inſolentiam fuiſſe venturum.

Superi! quàm laborioſus eſt Thummius: vide ſis, quantum in exſcribendo tam vaſto opere laborem ſumpſit ſibi.

18.

ROBERTVS ABBATVS. pag. 284.

Quo perappoſitè deſcribit (*Daniel*) *Miſſæ Sacrificiũ*, & panaceum illud numen Pontifiicum, quo fortitudo illorum omnis & potentia continetur. In quo tantum habent fiduciæ, vt, prout quidam eorum in Imperij conuentibus ſæpiùs conteſtati ſunt, *quiduis potius pati poßint, quàm Miſſæ Sacrificium ſibi eripi.* In quo præſidium ſibi omne eſſe putant. ad implorandum in concilijs numen, ad exercitus in acie præ-

THVMMIVS pag. 180.

Quod nihil aliud (eſt) quàm panaceum illud numen Pontificium, quo fortitudo illorum omnis & potentia continetur, in quo tantũ habent fiduciæ, vt, put quidam eorum in Imperij conuentibus ſæpiùs conteſtati ſunt, *quiduis potius pati poßint, quàm Miſſæ ſacrificium ſibi eripi*, in quo præſidium ſibi omne eſſe putant, *ad implendum* in concilijs numen, ad exercitus in acie præmuniendos, ad ſanctos ſibi

præmuniendos, ad Sanctos ſibi promerendos, ad animas ab infeſtatione dæmonum cuſtodiendas, ad morbos & peſtilentias amouendas, ad porcorum & pecudũ ſanitatem procurandam, ad fruges à noxijs flatibus conſeruandas, ad omnem omninò gratiam viuis & mortuis impetrandam. Quod tanti eſſe putant vt quemadmodũ olim Iſraelitæ inaures ſuas aureas vitulo aureo fabricãdo conſecrare non detrectarunt, ita illi aurum & argentum ſuum, & pretioſiſſima quæque Miſſæ deuoueant, & altaria, ſcyphos, pyxides, veſtimenta, omnia ſplendidiſſima conquirant, nec vllis ſumptibus parcant, aut quid quam nimis charum habeant, quod huic furfuraceo deiculo excolẽdo deſeruiat. Dedicarunt illi palatia, poſſeſſiones, patrimonia, hæreditates, neque quicquam tanti erat, vt Miſſis redimẽdis non exponeretur, maximum ſe putantes animarũ propugnaculum nactos, ſi ſat illis Miſſarum impenderetur. Hunc Deum, patribus ignotum & inauditum, Pon-

ſibi promerendos, ad animas ab infeſtatione dæmonum cuſtodiendas, ad morbos & peſtilentias amouendas, ad porcorum & pecudum ſanitatem procurandam, ad fruges à noxijs flatibus conſeruandas, ad omnem omnino gratiã viuis & mortuis impetrandam. Quod tanti eſſe putant, vt quemadmodum olim Iſraelitæ Exod. 32.3. inaures ſuas aureas, vitulo aureo fabricando conſecrare non detrectarunt, ita illi aurum & argentum ſuum, & precioſiſſima quæque Miſſæ deuoueant, & altaria, ſcyphos, pyxides, veſtimenta omnia ſplendidiſſima conquirant, nec vllis ſumptibus parcant, ant quicquam nimis charum habeant, quod huic furfuraceo Deiculo excolendo deſeruiat. Dedicarũt illi palatia, poſſeſſiones, patrimonia, hæreditates, nec quicquam tanti erat, vt Miſſis redimendis non exponeretur, maximum ſe putantes animarum propugnaculum nactos, ſi ſat Miſſarum impenderetur. Hunc DEVM Patribus ignotum & inauditum, Pontifex in loco ſuo con-

Pontifex in loco ſuo conſtituit, & cùm reliquum omnẽ veri numinis contemptum & exerceat ipſe, & alijs impunè eſſe patiatur; huic numini qui vel leuiſſimum puluerem contumeliæ aſpergit, qui fruſtulum hoc conſecratum vultu aut verbo lædit, ignibus illum & immanitate omni perſequitur, & diris ſuis ad infernum vſq; deturbat.	conſtituit, & cum reliquum omnem veri numinis contemptum & exerceat ipſe, & alijs impunè eſſe patiatur, hoc numen qui vel leuiter ſaltem contumelia afficit, qui fruſtulum hoc conſecratum vultu aut verbo lædit, ignibus illum & immanitate omni perſequitur, ac diris ſuis vſque ad infernum *deturbare conatur.*

Implendum ſcripſit pro *implorandum* facili lapſu; fortè tunc calicem miſceri iuſſerat. Sed ad rem quod attinet. Quid ni repugnet Pontifex, ne ſacroſanctum hoc myſterium temeretur ab improbis Harpyijs? Omnis antiquitas venerata eſt; ſoli ſpurcidici quidam blaſphemant auctore Diabolo: qui Luthero auctor fuit, vt hoc abrogaret; Caluinum ſua ſtigmata adegerunt, vt fontem puritatis contaminaret. Siſteſem hic pedem, ſi & Thummius manum contineret; hactenus enim abundè vel Hermogenem ipſum, vel Hermogeni ſimillimum ſe probauit k.

Qui licet obſerues dextram, teneaſq; ſiniſtram,
Inueniet Mappas (Thummius ſententias, paginas, ſemipaginas verbatim) *quâ ratione trahat.*

19.

ROBERTVS ABBATTVS. pag.226.

Vbi tolle (Iudæorum) & Romanum Pontificem clariſſimè deſignat, qui *ſuperfluâ imperatorum deuotione* per fraudem abuſus, è *paruo reſpectu* ad *Sacerdotij principatum & vtriuſque poteſtatis Monarchiam emicuit* qui *puſillitatē* conuertit in *maieſtatem*, qui *obſequium* in *ſuperioritatem ad imperium* commutauit: qui pro veterũ Epiſcoporũ carcere & ſqualore,coronam & quidem triplicatam obtinuit, & ſibi reges habet *ligios & vaſallos*, ipſoſque Imperatori ſibi ad menſam & ſtrepam ſeruire compellit. Quod autem Bellarminus ex Auguſtino affert, *viguiſſe ſemper in Eccleſia Romana cathedra Apoſtolicæ principatum*, præeminentiam tribuit honoris, nō ſceptrum poteſtatis, & prioritatem ordinis notat, non regni maieſtatem. Nam ſi Romani Pontificis in cæteras Eccleſias autoritatem approbaſſet Auguſtinus, certè *appellationes tranſmarinas*

ad

THVMMIVS. pag. 205.

Typicè tamen Romani Pontificis ortum nobis deſignat (Prophetia) qui ſuperfluâ Imperatorum deuotione per fraudem abuſus, è paruo reſpectu ad Sacerdotij principatum & vtriuſque poteſtatis Monarchiam emicuit, qui *puſillitatem* conuertit *in maieſtatem*, qui *obſequium in ſuperioritatem ad Imperium commutauit*, qui pro veterum Epiſcoporum ſqualore coronam & quidem triplicatam obtinuit, & ſibi reges habet *ligios & vaſallos, ipſoſque Imperatores ſibi ad menſam & ſtrepam ſeruire compellit*,&c. *Nec eſt vt Ieſuita ex Aug.* Epiſt. 162. excipiat, &c. *in Romana Eccleſia ſemper viguiſſe Apoſtolicæ Cathedræ principatum*, cum Auguſt. ipſi tantùm præeminentiam honoris, non ſceptrum poteſtatis, prioritatem ordinis non regni maieſtatem tribuat. Si enim Romani Pontificis in cæteras Eccleſias authoritatem approbaſſet Auguſtinus certe

te ap-

ad Romanum Pontificem in concilio Carthagienſi cum cæteris ibi patribus non vetuiſſet, neque tam ſedulò egiſſet, vt illum Niceni Concilij Canones adulterantem falſi reum deprehenderet. Quæ porro ex proſpero & Leone afferuntur, antiquum fidei ſplendorem oſtendunt, non illam, qua nunc ſuperbit Eccleſia Romana; Iuriſdictionis amplitudinem. Nam *Sacerdotij principatus* apud Proſperum non aliter intelligendus eſt, quam vt locum relinquat Canoni Carthaginenſis Concilij, quo cautum eſt, vt *primæ ſedis Epiſcopus, non appelletur princeps Sacerdotum, aut Sūmus Sacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus*; quo principatus ille Sacerdotij, quem nunc Pontifex Romanus ſibi vendicat, prorsùs excluſus eſt.

tè *appellationes tranſmarinas ad Romanum Pontificem in Concilio Carthaginenſi cū cæteris ibi patribus non vetuiſſet*, neque tam ſedulò egiſſet, vt illum Niceni Concilij canones adulterantem falſi reum deprehenderet. Quæ porrò ex Proſpero & Leone *affert*, *antiquam fidem oſtendunt*, non illam, quâ nunc ſuperbit Eccleſia Romana, Iuriſdictionis amplitudinem. Nam *Sacerdotij principatus* apud Proſperum non aliter intelligendus eſt, quàm vt locum relinquat canoni Carthaginenſis Concilij, quo cautum eſt, vt *primæ ſedis Epiſcopus*, non appelletur *Princeps Sacerdotum*, aut *ſummus Sacerdos*, aut *aliquid huiuſmodi*, ſed tantùm *primæ ſedis Epiſcopus*; quo principatus ille Sacerdotij, quem nunc Pontifex Romanus ſibi vendicat *prorſus excluſus eſt*.

Quam dolet his prædicantibus tanto in honore apud Reges & Imperatorem Romanum eſſe Pontificem? apud ſuos miſeri, ſæpe inter lictores ſtipendia coguntur accipere. De Romani Pontificis auctoritate & præeminen-

tia vide quæ parte prima cap. 8. in notis, & cap. 9. dicta ſunt.

20.

ROBERTVS ABBATTVS pag. 230.

Ipſe (Pontifex Romanus) ſe, vt antè dictum eſt, *ſuper, gentes omnes & regna conſtitum eſſe gloriatur.* Atque eo nomine tributarium habuit orbem, & à gentibus omnibus vectigal accepit, & dum pallia Epiſcopis vendit, dum annatas & decimas, & Petri denarios & procurationes, & neſcio quas penſiones, & charitatiua ſubſidia requirit factum eſt quod ait Blondus: *Maiora vel ſaltem paria priſcorum temporum vectigalibus Europa penè omnis tributa Romam mittit, dum ſingula ciuitates à Romano Põtifice beneficia Sacerdotalia accipiunt.* Quare in illo cõpletum eſt, Bellarmine, quod ex Lactantio affers &c. & quod Hieronymus ait de Antichriſti regno per totum orbem propagando, factum in illo eſt, quod ex Chryſoſtomo commemoras, Antichriſtum Monarcham futurum, & ſucceſſurum Romanis

nis

THVMMIVS. pag. 208.

Imò (cùm) *ipſe ſe*, vt iam ſæpius demonſtratum eſt, *ſuper gentes omnes & regna conſtitutum eſſe gloriatur.* Atque eo nomine tributarium habuit orbem, & à gentibus omnibus vectigal accepit, & dum pallia Epiſcopis vendit, dum annatas & decimas & Petri denarios & procurationes, & neſcio quas penſiones & charitatiua ſubſidia requirit, factum eſt *id*, quod ait Blondus de inſtauratâ Rõâ lib. 3. *Maiora vel ſaltem paria priſcorum temporum vectigalibus Europa penè omnis tributa Romam mittit, dum ſingula ciuitates à Romano Pontifice beneficia Sacerdotalia accipiunt. In illo igitur* completum eſt, quod Hieronymus ait de Antichriſti regno per totum orbem propagando, factum eſt in illo quod ex Chryſoſtomo commemorat *Ieſuita*, Antichriſtum Monarcham futurum, & ſucceſſurum

ſurum

nis in Monarchia, ſicut Romani ſucceſſerunt Græcis, Græci Perſis, Perſæ Aſſyrijs; & ex Cyrillo, adepturum Monarchiam quæ antea fuerat Romanorum. Nam ille Romanis in Monarchia ſuccedit, *ſi ſic intelligas vt conſtet quod verißimè* ait Ambroſius: *Antichriſtus Romanis libertatem reddet, ſub ſuo tamen nomine.* Romani quippe veterem libertatem & imperij gloriam, qua gentes ſibi ſubiectas tenuerunt, prorſus amiſerant: Pontifex verò iterum fecit illos rerum dominos, & in orbis Imperium denuò perduxit, quod tamen non armis ſuis & iure politico, ſed nomine Pontificis, & præſidio legum illius vſurparunt. Quare ineptè concludis Bellarmine, *hac nullo modo conuenire Romano Pontifici, quia nunquam Pontifex rex fuit totius orbis terrarum.* Nam qui tu illū negas regem totius orbis extitiſſe, quem in toto orbe regnaſſe non negas? quem affirmāt populares tui te quoque ipſo non repugnante, *totius orbis principatum tenere*? ſed tibi rem integram putas,

ſurum Romanis in Monarchia ſicut Romani ſucceſſerunt Græcis, Græci Perſis, Perſæ Aſſyrijs, & ex Cyrillo adepturū Monarchiam quæ anteà fuerat Romanorum. Nam ille Romanis in Monarchia ſuccedit, & vt veriſſimè, ait Ambroſ. in 2. Theſſal. 2. *Antichriſtus Romanis libertatem reddet, ſub ſuo tamen nomine.* Romani quippè veterem libertatem & Imperij gloriam, quâ gentes ſibi ſubiectas tenuerunt, prorsùs amiſerant: Pontifex verò *illos* iterum fecit rerum Dominos, & in orbis Imperium denuò perduxit, quod tamen non armis ſuis & iure politico, ſed nomine Pontificis & præſidio legum illius vſurparunt. Ineptè igitur concludit Bellarminus, *Hac nullo modo conuenire Romano Pontifici, quia nunquam Pontifex Rex fuit totius orbis terrarum.* Nam quî illum negat Ieſuita regem totius orbis extitiſſe, quem tamen in toto orbe regnaſſe non negat, quem affirmant ipſius populares, ipſo quoq; Bellarmino lib.5. de Roman. Pontif. cap.6. non repugnante *to-*

putas, quia ſeculari ditione regem inficiaris. *Atqui verò cum certum ſit &c. manifeſtum eſt alio* prætextu fieri oportuiſſe, vt Antichriſtus in illos omnes ſibi regnum vendicaret. Quod Pontifex fecit nomine vniuerſalis Epiſcopatus, & titulo Eccleſiaſticæ poteſtatis, quam ſibi in omnes à Chriſto datam eſſe mentitur. Denique quale ſibi regnum Antiſtriſtus proponeret, Chryſoſtomus oſtendit; *Vacantem Imperij Romani principatum inuadens,* DEI *ſimul atque hominum Imperium ſibi rapere tentabit.* Tale ſibi Pontifex regnum molitus eſt, qui ſe idem eſſe dicit, quod erat Petrus, & *Petro Dominum terreni ſimul & cæleſtis Imperij iura commiſiſſe*, ac proinde ad ſe quoque terreni ſimul & cœleſtis Imperij iura ſpectare.

te *totius orbis principatum tenere?* ſed ſibi rem integrã putat, quia ſeculari ditione Regem inficiatur, ſed fruſtrà; cùm alio prætextu ſibi Dominum vendicârit, nomine videlicet vniuerſalis Epiſcopatus, & titulo Eccleſiaſticæ poteſtatis, quàm ſibi in omnes à Chriſto datam mentitur. Denique quale ſibi regnum Antichriſtus *propoſuerit* Chryſoſtomus oſtẽdit, in 2. Theſſal. 2. *Vacantem Imperij Romani Principatum inuadens, Dei ſimul atque hominum Imperium ſibi rapere tentabit.* Tale ſibi regnum molitus eſt, qui ſe idem eſſe dicit, quod erat Petrus. Et *Petro dominium terreni ſimul & cæleſtis Imperij iura Chriſtum commiſiſſe,* ac proinde ad ſe quoque terreni ſimul & cœleſtis Imperij iura ſpectare.

Indice non opus eſt, noſtris nec vindice libris.
Stat contrà, dicitque tibi tua pagina, Fures

ait Martialis cuidam Epigrammatum ſuorum plagiario. Quid tibi dicturos putas Thummi, Caluiniſtas prædicantes, quorum tu ſic libros expilaſti, vt paucis pro exemplo allatis ex

vnico

vnico tuo opuſculo propè mihi liber natus ſit. Quid Menzerus, quid Feurbornius opinionis de te concipient? *Hæcíne ſunt*, inquient, *magni illius Thummij ſedes argumentorum & officinæ eruditionis? hæc copia dicendi ſcribendíque? hæc armamenta, è quibus contra Antagoniſtas arma deſumit ſua? Ergóne è Caluiniſtis diteſcit? & illa, quæ contra nos euulgauit forſitan in Heſſen reſſeri aut Gerlachij Apothecis reperit. Profectò plus nobis timoris incuſſit, quàm neceſſe fuit. Nam qui ex aliena pharetra pugnat, citò telis carebit.* Quid tui collegæ ſentient? quid diſcipuli tui? nonnne dictata tua ex Alcaſare, Ribera, Cornelio, Toleto, Pererio, Beza, Sutliuio, Abbato, VVitakero deprompta ſuſpicari poterunt, & te tantum Doctorem poſthac tanti non facient? Magnam profectò nominis tui iacturam furtis tuis feciſti, mori præoptare debuiſſes, quam in furto deprehendi κρεῖττον ταῖς ἀλγηδόσιν τελευτᾶν, ἢ περίφωρον γινόμενον τὸ ζῆν αἰσχρῶς περιποιήσασθαι m. *moriendum potius fuit in doloribus, quàm furti compertũ vita turpiter potiri*, aiebat puer quiſpiam Lacon. Occurrere tibi viro tam literato debuiſſent illa Horatiana, quibus Celſum quẽdam à librorm expilatione ſæpius dehortatus eſt: *n.*

Quid mihi Celſus agit monitus, multúmque monendus

Priuatas, vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo.
Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat CORNICVLA *riſum*
FVRTIVIS *nudata coloribus.*

Occurrunt quidem rationes nonnullæ, quas facto tuo prætendere poſſe videaris; illis ſimiles, quas Ioannes Delzerus contribulis tuus & in Miniſterio collega apud Andream de Cornu furto calicis argentei prætexuit. Sed eas in præſenti ſuperſedeo recenſere, fortè Thummius occaſionẽ dabit, vt illas in medium producam.

Atque hæc ſunt, Lector, quæ parte hac vltima de Furtis Thum̃ianis afferre volui; è plurimis pauca, vt ex *hoc etiam vngue* noſceres Thũmium. Quod de illo iudicium ferre debeas, quid meritus ſit, tibi æſtimandum relinquo. Crucem illi non figo aliam, quàm quod in lucem furta protulerim: *Hæc crux illius eſto.* In illa, ſi placet, *gloriari* poterit, quiſquis Chriſti crucis, Eccleſiæque Romanæ hoſtis eſt.

a. *lib.7.Epig.84.* b. *lib.x.Epig.53.* c. *lib.1. Epig.39.* d. *Eccl.3.v.19.* e. *Matth.26.v.24.* f. *Horat.lib.2.Satyr.5.* g. *Hebr.9.v.27.* h. *Gen.2.v.17.* i. *Catull.de nupt.pel. & Thet.* k. *Martial. lib. 12. Epig. 29.* l. *lib.1.Epig.54.* m. *Plutarch.in Laconicis.*

Habes

Habes hic, *Lector*, Theodorum Thummium Prædicantem ἀναλυτικῶς ex ſuis opuſculis de Papa Antichriſto ἐν τύπῳ deſcriptum; veram Lutherani Prædicantis effigiem. Proprium eſt enim illi hominum generi, ignorantia laborare & ſcientiam venditare, Catholicos Calumnijs, maledictiſque proſcindere, clerum Romanū apud ſuos fictis mendacijs onerare atq; in inuidiam vocare, deſultoria arte pugnare, iactare robur proprium, & cum ad luctam ventum eſt turpiter elabi, vel in nebula offuſa victoriam clamare, cùm humi proſtrati ſint; inconſtanter in omnem partem abripi, affirmare idem & negare, & denique cùm reſpondere nihil poſſunt argumenta Catholicorum ridere, nugas, blateramenta, aniles fabulas, annales Voluſi vocare; cùm conuincuntur, maledicos nos, rabidos canes clamitare, ſcripturā ſacram pro libito explicare, patrum & totius antiquitatis in ea interpretanda auctoritatem contemnere, aliaque innumera facere, quæ non facit niſi animus à vero deuius & ſibi nimium fidens. Quæ quam omnia in Theod. Thummio reperiantur partes iſtæ ſeptem abundè docebunt. Si quicquam fallo, nihil cauſæ dico, quin protinus pro vano habear homine. Id tantum te Lector rogatum volo, vt animo libero proculque

cuique habitis amore & odio mea hæc legas. Conatus ſum modeſtè Thummium tractare, iuxta eas leges, quas parte prima conſtituerã. ſi quid acrius in eum dictum repereris nulla animi perturbatione dictum puta, ſed omnia veritas, & ſubinde iuſta indignatio, cum Sanctos ipſos & Magiſtratum impudentius eum tractare legerẽ, expreſsit. Os homini ſubinde verberandum fuit, cum frænum ſibi indi paſſurus non videretur. Id teſtor coram Deo iudice meo, me, quicquid in hoc libro ſcripſi, ſcripſiſſe vt Deus imprimis honoraretur; deinde vt lectori deuio rectam viam monſtrarẽ; atque vt & Thummio prodeſſẽ. nam & ipſe Chriſti ſanguine redemptus eſt, caro precio: poterit & ipſe hæres olim fieri gloriæ cœleſtis, modò ſi velit ſe reſpicere, iudicio ſuo non nimis fidere, ſacras ſcripturas iuxta Patrum vnanimem conſenſum interpretari, in ſuo ſenſu nõ abundare, verum amare, gloriam propriam non quærere, iugo Chriſti voluntatem & intellectum ſubiugare. Vale Lector & ad tui vtilitatem laboribus meis, vtere fruere.

Omnia ad maiorem Dei & Deiparæ gloriam, Romanæ Eccleſiæ augmentum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

INDEX CAPITVM
PARTIS I.

Cap. 1. *Cur de modeſtia, & ante omnia diſputetur?*
Cap. 2. *In quo modeſtia ſcriptorum conſiſtat.*
Cap. 3. *Quæ dicta ſunt auctoritate ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum patrum confirmantur.*
Cap. 4. *Exemplis dicta comprobantur.*
Cap. 5. *Sancti Auguſtini exemplo res eadē illuſtratur.*
Cap. 6. *An Lechnerus contra Thummium immodeſtè ſcripſerit?*
Cap. 7. *Quæ acrius à me in Thummium dicta ſunt.*
Cap. 8. *Quibus titulis Thummius Romanum Pontificem afficiat.*
Cap. 9. *Modeſtia Thummij in Romanam Eccleſiam.*
Cap. 10. *Modeſtia Thummij in Romanum Imperium.*
Cap. 11. *Modeſtia Thummij in Vrbem Romam.*
Cap. 12. *Patres Societatis quomodo tractet.*

PARTIS II.

Cap. 1. *Quomodo probet Thummius præpoſitionem* ἀντὶ *ſimul ſeu coniunctim ſignificare, & ſubordinationem, & contrarietatem.*
Cap. 2. *Quàm bellè probet Thummius,* ἀντιστρατηγὸν, *ſignificare Vicarium prætoris.*

Cap. 3. *Quàm ſolidè Thummius probet Papam eſſe Antichriſtum.*

Cap. 4. *Quàm ſolidè demonſtret Thummius, Chriſtum per vocem ἄλλος Ioan. 5. non determinatum ſed cõmunem quendam pſeudoprophetam innuiſſe.*

Cap. 5. *Quàm luculenter idem deducat ex eodem ſancti Ioannis loco.*

Cap. 6. *Quàm Ingenioſè probet Thummius Chriſtum Antichriſto opponi, vt plures numero perſonas ſignificat.*

Cap. 7. *Quàm acutè demonſtret Thummius per vocem alius (ſi alius venerit in nomine meo, illum recipietis, Ioan. 5.) non intelligi vnam certam perſonam.*

Cap. 8. *Quàm athleticè patrum autoritatem impugnet Thummius.*

Cap. 9. *Quàm Inuictè probet Thummius Chriſtum Matt. 24. per illa verba, & tunc veniet conſummatio, non intelligere conſummationem mundi, ſed Hieruſalem.*

Cap. 10. *Ridicula Thummÿ probatio, quâ demonſtrat iam Apoſtolorum tempore ſingulis hominibus in indiuiduo ſufficienter Euangelium annuntiatum eſſe.*

Cap. 11. *Specimen aliorum argumentorum circa idem obiectum.*

Cap. 12. *Quàm ridiculè probet Thummius in Æthiopia fidem Lutheranam eſſe.*

Cap. 13. *Quàm ſubtiliter probet Thummius, per ſacrificium*

cium Danielis 12. v. 11. non intelligi ſacrificium Miſſæ, vt Bellarminus tamen vult.

Cap. 14. *Quàm philoſophicè probet Thummius, idem numero Hieroſolymitanum templum ab Antichriſto reædificatum iri.*

Cap. 15. *Quàm ingenioſè probet Thummius, Eccleſiam ſub Antichriſti perſecutione fore inuiſibilem.*

Cap. 16. *Quàm neruoſo medio vtatur prædicans, quo probet Imperatorem Ius habere in caput, fortunàs, & ſedem Romani Pontificis.*

Cap. 17. *Quàm ingenioſè oſtendat Philoſophus noſter. p. VI. Emanuelem sà clericos in regum capita armare.*

Cap. 18. *Quî Thummius probet ab ipſo Baronio Epiſtolæ Sixtinæ inſcriptionem (vbi Sixtus vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus vocatur) in dubium vocari, & ſemper pro ſuſpectæ fidei habitam.*

Cap. 19. *Quàm validè Thummius, p. XI. argumentum pro titulo vniuerſalis Romani Pontificis elidat, quòd ex conciliorum loquendi modo deduximus.*

Cap. 20. *An hæc maior (vbi ſingularis numerus ibi vnum non multa) ſit particularis in primâ figurâ?*

Cap. 21. *An character, quem Antichriſtus ſuis daturus eſt ſit ſpiritualis?*

Cap. 22. *An, etiam meipſo iudice, vnus aut altèr ex Patribus (in ſententia de Antichriſti natiuitate) à Bellarmino diſcedant? Affirmat Prædicans. pag.* XXIII.

Cap. 23. *Mira Thummij Demonſtratio templum Salomonis nunquam abſolutè reædificandum.*

Cap. 24. *Enthymema Thummianum, quo illa verba Pauli. 2. Theſſ. 2. (ita vt in templo* DEI *ſedeat) non ſignificare templum materiale Hieroſolymitanum, ſed ſpirituale, nimirum Eccleſiam contendit.*

Cap. 25. *Magnus, ſed vanus Thummij conatus, quo probat paſsim in ſuo Apocalyptico charactere etiam in ipſo Papatu, & Romanâ Eccleſiâ eſſe multa millia eorum, qui genua Papæ non incuruant.*

Cap. 26. *Conatus alter priori non diſpar, quo eandem rem contendit.*

Cap. 27. *Prædicantica conſequentia, quâ Thummius deducit de aduentu Enoch, & Eliæ, ante mille annos non idem à totâ Eccleſiâ creditum fuiſſe, quod iam.*

Cap. 28 *An illa verba Apoc. c. 11. vbi Dominus eorum crucifixus eſt, ſpiritualiter, non literaliter, de Româ, non Hieroſolymâ ſint intelligenda?*

Cap. 29. *Elegans logici noſtri argumentatio, qua Romam Antichriſti ſedem futuram probare aggreditur.*

Cap. 30. *De re eâdem demonſtratio non abſimilis.*

Cap. 31. *Quàm ingenioſè prædicans à complemento, ab euentu argumentetur?*

Cap. 32. *Thummius quàm validè omnia Catholicorum miracula euertat.*

Cap. 33. *Quàm argutè Summuliſta Thummius S. Frãciſci miracula fictitia eſſe colligat.*

Cap

Cap. 34. *Eâdem Ingenij acrimoniâ alia omnia mira-cula eleuat miraculoſius Thummius.*

Cap. 35. *An Romanæ vrbis defectio Pontificis incuriæ adſcribenda? vbi, & mira quædam de rarâ Luthera-norum ſanctitate.*

Cap. 36. *Ioannem Huß, & Hieronymum Pragenſem rectè Euangelicos teſtes dici, quàm clarè oſtendat Prædicans.*

PARTIS III.

Cap. 1. *An Beda S. Auguſtinum, Vincentius Regius To-letum, & Maldonatum tranſcripſerint, nullâ auto-rum factâ mentione?*

Cap. 2. *An Bellarminus, & Lechnerus tela ſua ex alie-nâ pharetrâ deſumpſerint?*

Cap. 3. *An Patres nec docuerint, nec ſcripſerint Anti-chriſtum eſſe perſonam ſingularem.*

Cap. 4. *An Ioan: Maldonatus docuerit, in illis verbis Danielis 7. Tempus, & tempora, & dimidium tem-poris, ſumi numerum certum pro incerto?*

Cap. 5. *An Catholici cum Marcionitis, Valentinianis, & alijs hæreticis doceant, ſcripturam nullius eſſe au-toritatis?*

Cap. 6. *An Catholici Dogmata noſtra vulgo ignota ve-limus eſſe, vt Baſilidianos olim, & Carpocratianos voluiſſe ſcribit Thummius?*

Cap. 7. *An Catholici de libero arbitrio idem ſentiamus, quod Pelagiani?*

Cap. 8. *An Catholici cum Manichæis Chriſto corpus Phantaſticum aßignemus?*

Cap. 9. *An Catholici circa baptiſmi effectum idem doceamus, quod Marcionitæ, & Maßiliani?*

Cap. 10. *An Catholici ad Manichæorum morem cænemus?*

Cap. 11. *An nos cum Manichæis, & Tatianis, Sacerdotibus matrimonio interdicamus?*

Cap. 12. *An Catholici in ieiunijs ſimiles ſimus Manichæis, & Montaniſtis?*

Cap. 13. *An Carthuſiani, & Anachoretæ, quia cum alijs cibum non ſumunt, hæretici?*

Cap. 14. *An Catholici Deiparam ad modum Collyridianorum inuocemus?*

Cap. 15. *An Catholici Angelos colamus, ſicut olim Angelici?*

Cap. 16. *An Catholici crucem Domini veneremur, ſicut olim Armenij?*

Cap. 17. *An Catholici cum Marcionitis Virginitatem rebus omnibus præferamus?*

Cap. 18. *An Catholici bonis nos priuemus, ad modum Apoſtolicorum hæreticorum?*

Cap. 19. *An de facto Euangelium in toto orbe annuntietur?*

Cap. 20. *An Lutherus vllius ſanguinarij conſilij autor fuerit?*

Cap. 21. *An Lutherus ſe ſupra Apoſtolos extulerit?*

Cap. 22. *An Antichriſtus Romanus iam ab Apoſtolorum tempore Eccleſiam Dei ſit perſecutus?*
Cap. 23. *An S. Hippolytus affirmet, ab Antichriſto ſacrificium Eucharistiæ ſublatum iri?*
Cap. 24. *An Dominicus Sotus affirmet Antichriſti tempore omnes defecturos à fide?*
Cap. 25. *Vtrum S. Auguſtinus lib. 20. de ciuit. Dei, c. 8. de Antichriſto agat?*
Cap. 26. *An Bellarminus rectè ex S. Auguſtino probârit Hebræos vſos fuiſſe menſibus, qui conſtarent diebus triginta?*
Cap. 27. *Recenſentur aliquod minorum gentiū Thummiana mendacia.*
Cap. 28. *An Romæ, in Hiſpaniâ, Siciliâ, capitale ſit habere ſcripturam ſermone vulgari?*
Cap. 29. *An in Concilio Chalcedonenſi, Romano Pontifici fuerit datus titulus vniuerſalis Epiſcopi?*
Cap. 30. *An Taraſius ab Adriano Pontifice Generalis Patriarcha ſit appellatus?*
Cap. 31. *An ante mille, & amplius annos vniuerſa Eccleſia cenſuerit, Enochum, & Eliam, circa Antichriſti tempora venturos?*
Cap. 32. *An Arethas, & S. Auguſt. cauſam noſtram de Enochi, & Eliæ aduentu iuuent?*
Cap. 33. *An Rupertus, Beda, Arethas, Haymo, S. Auguſtin. quos Bellarminus adduxerat, per ciuitatem magnam in cap. 17. Apoc. ſeu per meretricem Babylonicam,*

 cam,

cam, nũ pro eadẽ re ſumit, S. Ioa. Intellexerit vniuerſam diaboli ciuitatem, ſeu omnem impiorum cœtum?

Cap. 34. *An Antichriſtus palàm negaturus ſit Chriſtũ?*

Cap. 35. *An Antichriſtus ſe, ipſo verbo, ſit Deum dicturus?*

Cap. 36. *An Pontifex Rom. ſe ſe prò Deo venditet?*

Cap. 37. *An Eccleſia accipiatur pro loco, in quo fideles conueniunt?*

Cap. 38. *Tubingæne an Romæ homines ſceleratiores?*

Cap. 39. *An Gerſon Catholicorum miracula fabulás eſſe doceat?*

Cap. 40. *An S. Bernardus dicat nullum à ſe miraculum editum?*

Cap. 41. *An S. Georgius extiterit?*

Cap. 42. *An S. Chriſtophorus & in rerũ natura, & Martyr fuerit?*

Cap. 43. *An Sylueſter 2. fuerit Magus?*

Cap. 44. *An S. Gregorius VII. Pontifex Magus?*

Cap. 45. *An quindecim Pontifices, qui inter Syluestrum II. & Gregorium* VII. *ſederunt, Magi fuerint?*

Cap. 46. *An ex ſolo Luthero centum ſectæ inter ſe pugnantes ortæ?*

PARTIS IV.

Cap. 1. *Antichriſtum à Iudæis ſuſceptum iri negat Thũmius, & concedit.*

Cap. 2. *Quod aliquis, qui non agnoſcit Deum aliquem, Iudæos ſit decepturus, negat Thummius, & affirmat.*

Cap. 3. *Antichriſti perſecutionem notiſſimam eſſe negat Prædicans, & affirmat.*

Cap. 4. *Antichriſti perſecutionem grauiſſimam fore negat Thummius, & concedit.*

Cap. 5. *Thummio multi martyres occiſi ſunt ob characterem non acceptum, antequam exiſteret ille character.*

Cap. 6. *Dæmonem ligatum eſſe ab anno Chriſti 308. vſque ad annum 1308. affirmat Thummius Theologus, negat Thummius Lutheranus.*

Cap. 7. *Animas iuſtorum ſtatim poſt mortem eſſe beatas affirmat Thummius Romanizans, Negat idem Thummius Lutherizans.*

Cap. 8. *Thummius opinionem nouam, & in Eccleſiâ Chriſti inauditam reÿciendam affirmat, & negat.*

Cap. 9. *Hebræos vſos fuiſſe annis Lunaribus negat Thūmius, & affirmat.*

Cap. 10. *Antichriſtum à Iudæis recipiendum negat, affirmat.*

Cap. 11. *Thummius negat, & affirmat. 1. Antichriſtum adhuc ſedere in verâ Dei Eccleſiâ. 2. Lutheranam non Papatum eſſe veram Dei Eccleſiam.*

Cap. 12. *Thummius per beſtiam Apocalypticam intelligit nunc Romanum Imperium, nunc Romam, nunc ipſum Antichriſtum, ex quo contradictio.*

Cap. 13. *Prædicans. 1. omnes Pontifices à Gregorio Magno Antichriſtos. 2. ſolum Papam Antichriſtum eſſe affirmat; negat.*

Cap. 14. *Eccleſia viſibilis penitus interire poteſt, & non poteſt, iuxta Thummium.*

Cap. 15. *Eccleſia viſibilis potuit ſecundum Thummium deſinere & non potuit.*

Cap. 16. *Per σέβασμα Cæſarem intelligi Tubingenſis Prædicans affirmat, Lutheranus Thummius negat.*

PARTIS V.

Cap. 1. *Cùm probare non poteſt Thummius quod dixerat, negat ſe dixiſſe.*

Cap. 2. *Cùm reſpondere ad argumenta noſtra non poteſt; corruptè ea proponit.*

Cap. 3. *Thummius cùm rationes noſtras oppugnare non poteſt ijs relictis aliud oppugnat.*

Cap. 4. *Onus probandi alijs imponit.*

Cap. 5. *Statum quæſtionis immutat.*

PARTIS VI.

Cap. 1. *Probare voluerat Thummius vocem ἀντίχριςος in ſcriptura ſumi pro Vicario Chriſti, iam ipſe fatetur ſe id non probaſſe.*

Cap. 2. *Probare voluerat Thummius, Antichriſtum Matt. 24. ſumi pro Vicario: iam ipſe fatetur ſe id nō Probaſſe.*

Cap. 3. *Probare voluerat Thummius Patres vocem Antichriſtus ſumere etiam pro Vicario Chriſti, iam ipſe fatetur ſe hoc non probaſſe.*

Cap. 4. *Docuerat Thummius Antichriſtum non bello, & in propatulo ſæuiturum; iam ipſe errorem hunc ſuum demiſsè agnoſcit.*

Cap. 5. *Thummius errorem quem Bellarmino affinxit, fatetur ſe finxiſſe.*

Cap. 6. *Thummius Syllogiſmum quem peſſimum fecerat, agnoſcit fuiſſe peſſimum.*

Cap. 7. *Fatetur Thummius ſe Caluinum, quem citauerat, alijs ſuffuratum.*

Cap. 8. *Antichriſtum exquiſitè dictum, Apoſtolorum tempore veniſſe Thummius docuerat falsò: iam palinodiam canit.*

Cap. 9. *Affirmauerat Thummius omnes orthodoxos vnanimiter docere Antichriſtum non eſſe vnam numero perſonam: iam fatetur ſe id probare non poſſe.*

Cap. 10. *Fatetur Thummius voculam* (actu) *in Epiſtolis S. Pauli non fuiſſe, ſed à ſe adiectam eſſe.*

Cap. 11. *Fatetur Prædicans ſe voculam* (ſolum) *ad textum Bellarmini adglutinaſſe.*

Cap. 12. *Fatetur Thummius ſe malè argumentatum.*

Cap. 13. *Fatetur Thummius Demonſtrare ſe non poſſe, Annales Societatis, vt affirmârat, Lutheranorum ſanguine conſperſos eſſe.*

Cap. 14. *Fatetur Prædicans ſe Romanæ in Lutheranos perſecutionis, nec annum, nec ſeculum nominare poſſe.*

Cap. 15. *Fatetur Thummius Pontificem Romanum non verè ſacrificium ſuſtuliſſe.*

Cap. 16. *Fatetur Prædicans Mortificationem carnis, quam à Pontifice ſublatam dixerat, non eſſe à Pontifice ſublatam.*

Cap. 17.

Cap. 17. *Fatetur Prædicans ſe aliquid credere, quod non eſt in ſcriptura.*
Cap. 18. *Fatetur prædicans non totam rationem Typi & Antitypi inter Antiochum & Antichriſtum conſiſtere in odio verbi* DEI *& Tyrannide, quod tamen prius affirmârat.*
Cap. 19. *Fatetur Thummius ſe malum Hiſtoricum eſſe.*
Cap. 20. *Fatetur Prædicans quos ante martyres dixerat non eſſe martyres.*

PARTIS VII.

Cap. 1. *Furta ex Franciſco Iunio.*
Cap. 2. *Furta ex Matthæo Sutlivio.*
Cap. 3. *Furta ex Roberto Abbato.*

INDEX RERVM HOC OPERE CONTENTARVM.

A.

Adam *Thummio fuit Deus.* 356.

Agonizantes *non ſunt apti ad rē Thummij teſtes.* 513.

Ἄλλος *Ioan. 5. ſignificat communem Pſeudoprophetam.* 115. 117. 121.

Alius *etiam pro ſingulari perſona accipitur.* 446.

Ἄλλος *multos ſignificat ſicut* ἕτερος *duos.* 448.

Amores *magni odij plerumq; prodromi.* 195.

Amorem *cælitum ridet Thummius.* 482.

Anabaptiſtarum *diſcordia.* 395.

Anachoretas *Lutherus in Eccleſia collocat, Thummius inter hæreticos.* 274.

Annales *Societatis Ieſu enormi macula à Thummio aſperſi.* 522.

Anni *lunares ad ſolares reducti.* 422.

Annus *lunaris quinque tantum diebus à ſolari deficit.* 422.

Ἀντὶ *nuſquam ſimul & contrarium & vicarium ſignificat.* 108. *In compoſitione nunquam ſignificat ſubordinationem eius cum quo iungitur.* 109.

Anti-

Antichriſtus. *Non fuit tempore Apoſtolorum 307. non eſt numero plures perſonæ. 119. 120. 464.* Nondum *venit. 184. ſedebit* Hieroſolymis, *non* Romæ. 184. Romæ *non occidetur. 192. A tempore Apoſtolorum, Martyrum ſanguinem fudiſſe ipſum fingit Thummius. 309. Palàm negaturus eſt Chriſtum. 346. ſeipſo verbo* Deū *dicturus eſt. 348. Eiuſdem vnus character, vnum nomen proprium. 464. Illius perſonalis reſidentia* Romæ *eſt intelligenda. 432. Idem iuxta Thummium eſt Martyr. 308. Antichriſtus pœnitens. 383.* Ἀντίχειστος *in ſcriptura nunquam pro Vicario Chriſti ſumitur. 497. Illum fore vnam ſingularem perſonam ſanctos Patres ſenſiſſe aduerſus Thummij mendacium oſtenditur ex ipſis Acatholicis Theologis. 238. Ille iuxta Thummium in vera Dei Eccleſia ſedet, non ſedet: ſedet in* Papatu; *non ſedet. 425. Eſt beſtia, non eſt beſtia, mulier, non mulier. 430. Romæ reſidet, non reſidet. 432.*

Apoſtolos *maiora miracula patraſſe, quàm Chriſtus, & alios Sanctos, quàm Apoſtoli & Prophetæ patrarint, non eſt abſurdum. 214.*

Arethæ *Thummius iniuriam facit. 341.*

Argumenta *ab euentu, à cōplemento ſolo ridicula. 199.*

S. Auguſtinus *norma pugnātium contra hæreticos. 45. 102. Is Hebræos vſos fuiſſe menſibus, qui conſtarent diebus triginta, affirmat contra Thummij mēdacium. 317. Idem de aduentu Eliæ meminit. 339.*

AEthio-

AEthiopes *quantopere cum Lutheranis in fide ſentiant.* 139.

B.

Baptiſmi *veritas tantùm moralem certitudinem requirit.* 480.

Baronius *non ait Epiſtolam Sixtinam ſuſpectæ ſemper fidei fuiſſe.* 151.

Baſiliden & Carpocraten *ſuis myſteria fidei ſuæ occultaſſe mentitur Thummius.* 249.

Beda *à Thummio furti falsò accuſatur.* 230.

Bellarminus *circa natiuitatem Antichriſti à Patribus non diſcedit.* 161. *Furti mendaciter à Thummio arguitur* 235. *rectè ex S. Auguſtino argumentatur.* 320. *menſes Antichriſto datos intelligit perfectos.* 459.

Brencius *Thummio contrarium docet.* 174.

C.

Caluiniſtæ *Thummij Præceptores.* 542.

Caroli V. *edictum contra ſcripta in Romanum Pontificem.* 77.

Character *quem Antichriſtus ſuis dabit malè ſpiritualis eſſe colligitur.* 159. *Peßimè diſtinguitur.* 200. *ob characterem multi occiſi antequam exiſterent ex mente Thummij.* 412. *Character Antichriſti non eſt profeſſio Papiſtici cultus.* 452.

Catholici *circa ſcripturæ auctoritatem non ſentiunt cùm Martionitis* 246. *à Thummio per iniuriam Pelagianis, Marcionitis, Maßilianis aßimilantur.* 252. 256. *Iidem*

256. *Iidem à Manichæis differunt circa Euchariſticam cænū. 262. non ſunt ſanguinarij. 302. Falsū Catholicos fidei ſuæ dogmata populo abſcōdere. 250. Cū Manichæis & Patianis ſentire circa Matrimonium. 266. cum Manichæis Io. Montaniſtis circa ieiunium. 268. Ab illis Deiparam coli vt à Collyridianis. 275. Item Angelos vt ab Angelicis. 278. Crucem Dominicam vt ab Armenijs. 280. Eoſdem cum Marcionitis Virginitatem rebus omnibus præferre. 283. More Apoſtolicorum hæreticorum bonis ſe priuare. 258. Pura puta Thummij Mendacia ſunt, aut ſi mauis Σφάλματα.*

Chriſtus *in arguendo manſuetus 26. ſeuerus 28. non opponitur Antichriſto vt plures numero perſonas ſignificat. 119. Quomodo miracula patrarit.* 212.

S. Chriſtophorum *nec extitiſſe nec martyrio affectū Thummius contra ſuoſmet ait.* 379.

Clementia *aliqua noxia eſt.* 16.

Clericus *in Regem rebellis crimen committit ſecundum Emanuelem sà.* 149.

Concilia *quî Romanum Pontificem appellârint.* 79. *Concilium Chalcedon: nunquam æqualitatem poſuit inter Eccleſiam Rom: & Conſtantinop.* 327.

Concordia *Thummij & Menzeri. 195. Academiæ Tubingenſis & VVittenbergenſis Ibid.*

Confirmatio *non eſt de neceſſitate ſalutis.* 449.

Correptio *quandoque adhibenda 17. Benigna & auſtera commendatur 18. illâ prius, deinde hac vtendum 22. ſit ſine cupiditate vindictæ.* 23.

Con-

Conſummatio *Matt.* 24. *mundi non Hieruſalem intelligitur.* 127.

Contumelia *quid ſit ?* 10. *quid ad eam requiratur ?* 12. *vnde naſcatur ?* 14. *De contumelia in Romanum Pontificem Sereniſs.* Electoris Maximiliani *iudicium.*

Contradictiones *Thummianæ* 405. *quæ cauſa contradictionum Thummianarum ?* 415.

Conuitium *quando contumelia fiat ?* 16. *Conuitiator ſubinde ſilentio, aliàs paribus dictis vnici debet* 24.

Crucifixus eſt: *Apoc.* 11. *litteraliter de Hieroſolyma intelligitur* 188.

D.

Dæmonis *in Lutheranos ingratitudo.* 484.

Defendentis *non eſt argumentari, vt vult Thummius.* 489.

Diploma *lepidum Thummio à S. Paulo datum.* 516.

E.

Eccleſia Romana *Thummio triuenefica, meretrix. impurum lupanar* 16. 93. *Conſtantinopolitanæ præfertur.* 328. 330

Eccleſia *ſub Antichriſti perſecutione non erit inuiſibilis* 144. *Eccleſia ſemper credidit circa aduentum Antichriſti teſtes venturos Antichriſto aduerſos* 181. *In Eccleſia Baalitica nulli fuerunt ſancti* 178. *Eccleſia Catholica antiqua eſt teſte Thummio* 306. *Eccleſia & cœtum fidelium, & locum in quo conueniunt ſignificat* 358. 362.

Enoch & Eliam circa Antichriſti aduentum venturos ante 1000.& amplius annos Eccleſia tenuit 182. vterque adhuc viuit 183.

Elias fuit in Eccleſia viſibili ſecundum Thummium & non fuit 435. Eliæ tempore Eccleſia aliqua viſibilis fuit 435.

Euangelium Apoſtolorum tempore non fuiſſe actu prædicatum omnibus hominibus contra Thummium teſtantur ipſe Lutherus, Pomeranus, alijq; Luthericolæ 131. etiam Caluiniſtæ 134. Non in omnibus inſulis, oppidis, pagis id ipſum fuit vnquam prædicatum 136. Euangelij Lutherani teſtes iuxta Lutherum ſunt Aſini, porci, canes &c. 227. Euangelium Lutheranum non annunciatur in toto orbe 288.

Extrema vnctio Thummio eſt excrementũ Papæ 84.

F.

Fæmina nulla eſt honeſta ex Thummij ſequela 485.

Fides Lutherana eſt in Æthiopia, ſicut Turcica Tubingæ 138. proxima interitum tempore Lutheri 222. Fidei Lutheranæ teſtes ſunt Ioannes Huß, & Hieronymus Pragenſis ſicut Caluiniſtæ & Sacramentarij 225.

Fides vſq; ad finem mundi non deficiet.

Furtum quid ſit? 539. Eadem ſcribere, quæ Catholici alij, non furtum, ſed doctrinæ ſoliditatem indicat 235.

G.

Gelaſius miracula vt fabulas nunquam reiecit, ſed

tantum

tantum Martyrum quædam geſta adulterino calamo ſcripta: Confeſſorum miracula pro Authenticis habuit. 206.

Gentiles *legem moralem non ignorarunt.* 457. *an in conſcientia obligati fuerint narrantibus alijs de Apoſtolorum miraculis habere fidem?* 475.

S. Georgius *à Thummio extitiſſe impudenter negatur, & contra ipſos ſectarios.* 376.

Gladium *Chriſtus promiſit paſſiuum, nō actiuum.* 291.

S. Gregorius VII. *Pontifex per Thummij calumniam Magus eſt.* 386.

H.

Hæretici *eiuſdem coloris eodem lixiuio digni.* 45. *vel hæretici appellari non ſuſtinent in alios omnis generis conuitijs effuſi.* 86. 99. *Eorum in vſu ſcripturæ licentia.* 517.

Hieroſolyma *myſticè Sodoma & Ægyptus.* 188.

Huſsitæ *non ſunt Euangelici.* 228.

I.

Ieſuitæ *num ſint otioſi?* 99. *num ſanguinarij?* 301. 520.

Imperatores *quibus titulis Romanum Pontificem affecerint.* 80. *quibus Eccleſiam Romanam.* 83. *quibus Romam.* 90.

Imperatorem *& orthodoxos* Principes *in quali Eccleſia Thummius collocet?* 87. 178. *quo Sacramento inunctos cenſeat?* 87. *Impios vocat.* 88.

Imperator *in Pontificem non habet ius.* 146.

Imperium Romanum *iuxta Thummium eſt Antichriſtus, eſt Tyrannicum, cruentum.* 89.

Infantes *etiã à Luthericolis legitimè baptizantur.* 168. *non ſunt impij, nec propriè pij.* 168.

Infantes *Thummiani teſtes.* 512.

Incarnationis *dilatio diuinæ bonitati non repugnat.* 473.

L.

Laurentius Valla *à Thummio fruſtra pro miraculorum euerſione citatur.* 208.

Lechnerus *non ſcripſit immodeſtè.* 51. *acriora illius in Thummium dicta* 55. 56. 57. 58. *& ſeqq. Ab Auguſtini acrimomnia non aliena.* 72. *ex mente Thummij Auctores expilat, non expilat.* 237.

Lex *nulla reatum inducit non ſufficienter promulgata.* 456.

Liber *apocriphus quid ſit?* 208.

Logica *Prædicantibus exoſa.* 106.

Lutherus *Thummio aduerſatur.* 175. 176. *Teſte Thummio ſcelerum auctor.* 221. *Loth VVittenbergenſis. Ibidem.*

Lutherus *Lipſiam auaram prædicat.* 222. *quod prædicauit, non credidit.* 223. *Eius ſcripta ſeditionum tuba.* 202. *animus eius ſanguinarius.* 293. *Mezentio ſimilis.* 299. *Ex ſententia Lutheri Tubingenſes ſceleratiores Romanis* 366. *E Luthero ſolo plus quàm centũ ſectæ inter ſe pugnantes ortæ* 394. *Eius ſomnia de*

beatis animabus 417. ſupra Apoſtolos ſe effert. 304.
Lutherani *doctores quam à nobis modeſtiam exigunt, ipſi non præſtant 4. Thummio Lutherano repugnant 391. an multi Lutherani, in Eccleſia Romana lateant? 171. Marcionizant magis quàm Catholici 246.*
Lutheranus *Biblia virgis cœdit 251. Lutherani ipſi inter ſe diſſident 399. an ſint in Eccleſia viſibili? 479. Nulla miracula patrare vnquam potuerunt 484. Lutherani prædicantes an toto orbe diffuſi? 288. an ab Indis, Chinenſibus, Iaponibus Martyrio affecti? 288. Eorundem in Ieſuitas humanitas 301.*

M.

Maldonato *à Thummio falſa doctrina affingitur 243.*
Manſuetudo *ſanctorũ in arguendo 28. S. Stephani 31. S. Auguſtini. 35. 37.*
Manichæi *nõ veſcebantur ſolo pane. 260. omnibus matrimonium prohibeant. 265. non omnes carnibus abſtinebant. 268.*
Marcionitæ *& Maßiliani circa effectum Baptiſmi à Catholicis ſeorſim ſenſerunt. 256.*
Marcionitæ *Virginitatem laudãt ex affectu malo eam omnibus rebus præferunt. 283.*
Martyres *Thummiani. 532.*
Martyrologium *Thummianum. 533.*
Matthæus *Sutliuius in Thummium commotus 559*
Matrimonium *ſacerdotibus ratione ſtatus prohibetur. 267.*

Mendaces *inconſtantes.* 404.

Miracula *Gerſon non dicit eſſe fabulas, vti Thummius Calumniatur.* 370. *Miracula ſanctorum Ignatij, Xauerij Thummius impiè arrodit.* 32. *omnia Catholicorum Miracula figmenta clamat.* 203. *etiam ſacræ ſcripturæ puerilia, ludicra dicit. an miracula S. Fräciſci Maiora ſint, quàm Chriſti?* 211. 217. *Miracula ficta à merito reijciuntur.* 209.

Modeſtia *index animi.* 1. *in ſcriptorib. amatur.* 3. *ſine acrimoniâ nonunquam noxia.* 4. *in quo ſita ſit* 6. *inaudita modeſtia Thummij in Romanum Pontificem.* 73. 74. *& ſeqq. in Romanam Eccleſiam.* 93. *& ſeqq. in Romanum imperium* 88. *in Vrbem Romam.* 90. *in Patres Societatis* IESV. 93. *& ſeqq. In SS. Ignatium & Xauerium Ibid. in Lechnerum.* 96. 97.

Modus *quid ſit?* 6. *in contentionibus litterarijs quis? à perſonis etiam deſumendus.* 9. *Non idem vbique adhibendus* 15. *Modus corripiendi S. Auguſtini.* 41.

Montanus *non inſtituit ieiunium.* 269.

Mortificatio *carnis à Pontifice non eſt ſublata.* 526. *Prædicantica carnis mortificatio* 527.

Myſterium *iniquitatis tempore Pauli quomodo cœperit gliſcere.* 460.

O.

Obiurgatio *diſtinguitur à contumelia ſeu conuitio.* 10. *Contumeliâ vacare debet.* 11. *acrioribus verbis conſiſtere poteſt.* 12.

Oratio

Oratio *Thummij pro pontifice & Romanâ Eccleſia.* 85.
Otho III. *Imper: Syluestri II. diſcipulus.* 384.

P.

SS. Patres *quàm modeſtè, Rom. Pontificem nominârint* 78. *quibus titulis Rom: Eccleſiam cohoneſtârint* 82 *Omnes SS Patres Thummio errori obnoxij* 123. *Idem per ciuitatem magnam cap.* 17. *Apoc. intelligunt impiorum cœtum* 344.
Perſecutionis *maximæ Thummius nec ſæculum, nec annum nominare poteſt* 522.
Pontifex. Rom. *non eſt Antichriſtus* 113. *Imperatori non eſt ſubiectus* 146. *Non poteſt eſſe Antichriſtus* 184. *Pontifex etiam ex mente Thummij non ſedet Romæ in cœtu infantium* 160. *non vendit ſe pro Deo* 352. *omnis creatura humana illi ſubeſt* 355. *Ex illius verbis patet eum non poſſe eſſe Antichriſtum* 355. *in concilio Chalcedonenſi non ſemel vniuerſalis appellatur, alijsq́ præfertur* 329. *Thummij penicillo deſcriptus* 73. *Pontifex Romanæ defectionis à Chriſto erit cauſa, ſicut Chriſtus fuit Iudæ à ſe* 220. *iuxta Thummium ille ſolus eſt Antichtiſtus Magnus, & non eſt* 433.
In XV. Pontifices *grandis Thummij iniuria.* 388.
Pontifex Eulalius *ab Honorio Imp. cur reiectus?* 147.
Prædicantes *non boni exorciſtæ.* 484.
Principium *petere quid ſit?* 127.
Proprætor *quà talis nec Vicarium, nec Legatum innuit.* 111.

R.

Rebelles *Thummio ſunt Antichriſti.* 201.

Roma *Babylon myſtica, ſtabulum meretricum: vrbs Sodomitica, &c. à Thummio definitur.* 90. *non erit ſedes Antichriſti.* 191. *à decem Regibus exuretur.* 194. *an Iuſtinianus Romam neget delendam.* 193.

S.

Sacramentum *Euchariſtiæ Thummio idolum.* 84.

Sacrificium *Miſſæ Thummio Miſſa idololatrica, &c.* 84. *Danielis* 12. *verſ.* 11. *rectè intelligitur ſacrificium Miſſæ.* 148.

Sapientiæ *mediocritas.* 8.

Scriptores *Societatis* IESV *quales ſint Thummij iudicio.* 46.

Scriptura *Thummio contraria.* 175. *Illius auctoritas apud Catholicos magna contra Thummij mēdacium.* 245. *falſum eſt ſcripturam vulgari ſermone habere in Hiſpania, Sicilia, Romæ, capitale eſſe.* 325.

Σέβασμα *idolum, non Cæſarem ſignificat.* 440. *alij Luthericolæ nunquam Cæſarem, ſed alia intelligunt per σέβασμα ibid.*

Seueritas *Chriſti corripientis.* 28. *etiam diſcipulos.* 30. *S. Stephani.* 31. *S. Petri in Simonem Magum. ibid. S. Pauli.* 32. 33. *S. Auguſtini.* 38. 40. 24. *& ſeqq.*

Sotum *affirmare tempore Antichriſti omnes à fide defecturos fingit Thummius.* 311.

Syluester II. *non fuit Magus.* 383. *benè peritus mamathematices.* 384.

T. Tem-

T.

Templum *Hieroſolymitanum idem numero non reædificabitur ab Antichriſto.* 143.

Templum Salomonis *nūquam reædificandum pulchrè probat Thummius.* 162. *item 2. Theſſal. 2. non ſignificari materiale templum Hieroſolymitanum, ſed ſpirituale.* 164.

Thummius *affectus ſuos ſcriptis prodit.* 3. *Iudicium eius de Ieſuitis.* 47. *proponit ſe nolle conuitiari.* 47. *Iudiciū de ſcriptis Lechneri.* 48. *E Lechneri ſcriptis phraſes clepſit.* 53. *Exemplum modeſtiæ ſe proponit.* 53. *idem propoſitum violat.* 54. *vt culpam affingat, crimen fingit.* 59. *Antichriſti filius eſt.* 114. *tractat ſcripturam, vt Philoſoph. Ariſtotelem.* 118. *An dicendus ſophiſta?* 135. *In quibus Æthiopibus ſimilis?* 140. *Infans eſt.* 170. *Elia ſe maiorē facit.* 171. *Egregius hiſtoricus.* 204. 530. *quid pro quo citat.* 271. 508. *calumniâ afficit Illyricum.* 309. *Craßißimum eius mendacium.* 310. *Typographi errores allatrat, cum alios non reperit.* 316. *Eius minorum gentium mendacia* 321. *E Caluiniſtis ſua confirmat* 323. *Fructus eius è Biblijs* 326. *crimen falſi comittit* 337. 353. 359. 372. 461. 466. *Iniuriâ illius in Gerſonem* 369. *Luthero ſuo contrarius* 314. 316. *Thummius credit, quod ſcriptura nuſpiam dicit* 439. 528. *aliorum ſcripta corrumpit* 443. *Bellarminum corrumpit* 519. *ſcripturam corrumpit* 515. *aliorum argumenta corrumpit* 454. *Grammaticæ*

ignarus 448. egregius iuris peritus 453. Propheta 417. Ingenioſus fur. 541. non clepit. ſed deſumit 508. Ipſius blandus furandi modus 554. 559. contentio eius cum Sutliuio 559. Palinodiam canit 496. & ſeqq. Stupendus logicus 107. 504. 519. refutatur à Melanchtone 506. contra ſuos collegas pugnat 510. nec guttam honeſti in ſe ſanguinis supereſſe fatetur ipſe.

Non ideo quia prior agit quod poſterior acturus eſt, ille huius typus eſt. 491.

V.

Verbum Dei non vbique fructiferum eſt. 173. verbum Lutheranum non prælegitur Romæ. 178.

Vicarius Chriſti nō eſt hoc ipſo, qui Chriſtum ſub Chriſti nomine oppugnat. 472.

Vincentius regius à Thummio iniuriâ notatur. 132.

Vniuerſalis titulus ſol Pontifici Rom: alijs legitimè non conuenit 153. qumodo datus ſit Ioanni Patriarchæ Conſtantinop: 154. iſtum titulum ab Adriano Pontifice Taraſio Patriarchæ datum mentitur Thūmius. 336.

Vniuerſalis propoſitio per allatas inſtantias an deſinat eſſe vniuerſalis? 157. In Logica Thummij non fit vniuerſalis propoſitio per vbi ſubiecto additum. 155.

Vota eſſe de neceßitate ſalutis nemo Catholicorum docet, vt Thummius illis more ſuo imponit. 449.

VV.

VVirtenbergenſium temperantia. 222.

VVierus exiguus teſtis. 382. à Thummio allatus ipſi contradicit. 383.

ERRATA
SIC CORRIGE.

Pagina. I. verſu. 13. Lege *quo. 4.v.27.* ἐπέβαλε. *ibid.v. 3. á fin. ſi aliter. 5.v.3.* ἤπια. *ibid.v.25.* ποιουμένη τι *14.v. 3. ſuperbi. 15.v. 17. an. 16.v. vlti.* dele *alienum. 19. v. 16.* διόρθωσαι. *ibid. v. 10.* ἀγνοοῦντας. *ibid. v. 11.* κολάζομεν. *21. v. 18. conditio in. 22. v. 11. enim. 27. v. 17.* καίτοι. *ibid. v. 21. ora. 28. v. 16. Sadducæos. 35. v. 15. in errorem 52.* in margine *cap.* VIII. *66. v. 2. á fin. tortè explicatis. 118. v. 4. cur. 124. v. 2. ſubeſſe. 139. v. 2. & 14. Æthiopia, Æthiopibus. 189. v. 23. vim. 20. 1. v. 7. meliore. 206. v. 2. legi. 210. v. 16. Staphylum. 2. 14. v. 26. Loſſius. 222. v. 20. mortem. 225. v. 6. ſacrificium. 236. v. 16. Iuras. 248. v. 22. Meiſneri. 258. v. 2. hoc. 269. v. 19. ab. 284. v. 22. periurium. 295. v. 4. hos. 304. v. 3. claritate. 309. v. 2. legi. ibid. v. 9. efferate anime. 310. v. 3. me. 311. v. 2. ſuffitus. 312. v. 20. vſq; 318. v. 20. efficiant. 324. v. 1. vide. 326. v. 25. pagi: 329. v. 3. ſpiſſum. 332. v. 18. confirmatiorem. 345. v. 23. Chriſtiani. 360. v. 25.* ἐκκλησίαν. *367. v. 15. oſtendat. 375. v. 7. ye. 375. v. 17. Lucein. 388. v. 2. [illegible]gnis.*

gnis. 389. v. 4. ſchaphnaburg. 390. v. 60. Hoſtienſis. 391. v. 5. Baleum. 395. v. 14. exanimatos. 399. v. 3. vobis. 400. v. 24. ἕστηκεν 401. v. 2. ἀνατεϱπλώ. 422. in fronte paginæ. *Antilogia 430. v. 25 & 26. Romanum. Antichriſtus. 431. v. 9. 7. capita 435. v. 1. ego 439. v. 26 cultus. 447. v. 3. effutires. ibid. v. 4. aſſeruiſſe. ibid. v. 21. (vox alius. 450. v. 25. propè 462. v. 18. mox. 468. v. 7. decimum. 472. v. 1. ipſum 475. v. 22. impoſturis. 479.* adde: *cùm non conſtet. 484. v. 8. valuerunt. 488. v. 7. non 492. v. 5. Rhapaulas. 542. v. 3. quo 543. v. 3. ſpoliata 573. v. 12. Minorem, quod duo tantum illa doceat Renatus, ex ipſo pete &c. 560.* infra verſum *7. Abbatus. idem pag. 581.* infra verſum *5. 592. v. 24. emerim. 597. v. 13.* Romano. *608. v. 9. paſſurus.*

Reliqua Leuiora, interpunctiones præſertim, prudenti Lectori relinquo.

INGOLSTADII,

Ex Typographeo



GREGORII HÆNLINI.

ANNO M. DC. XXVI.